Supp. 60,011 | c

ALBINUS, B.S.

B. S. ALBINI

Ex DE Libris

SCELETO

Societatis Medicae Edinensis —— 1765.

HUMANO

LIBER.

LEIDAE

Apud J. & H. VERBEEK, Bibliop.

CIↃIↃCCLXII.

31650b

WELLCOME INSTITUTE LIBRARY

B. S. ALBINI DE SCELETO HUMANO LIBER.

PRAEFATIO.

Quum tabulas oſſium emiſi, brevem tantummodo indicem rerum adjunxi, qui in linearibus eorum inſcriptus, in promtu eſſet, neque opus oneraret. Similiterque tabulis ſceleti non niſi nudum brevemque indicem adjeci. Quo factum eſt, ut illa omnia, ad quae adhibita in iis diligentia eſt, aegrius cognoſcantur, neque fortaſſe niſi à paucis; eoque uberior explicatio deſiderari poſſet.

De qua re deliberanti viſum mihi eſt pleniorem ſceleti rationisque atque uſus partium ejus hiſtoriam tradere, in eaque loca notare & deſignare, ubi quaeque expreſſa ſunt: quippe fore, ut hoc pacto ſatis ſim declaraturus quod in tabulis continetur. Eoque magis faciendum hoc eſſe credidi, quod dilatanda videbantur quae de oſſibus ad uſus auditorum meorum olim prodidi (*a*). Atque hae potiſſimum cauſſae fuerunt, cur vetera mea colligerem, ederemque; qui alioquin hoc mihi oneris non facile impoſuiſſem.

Ipſum autem naturae opus exſcripſi, non ſcriptores; quamvis quidem egregia aliorum magnifaciam, inter eaque noviſſima, quae in manus meas venerunt, Winslowi & Monronis.

Quod vero ad illuſtrationem tabularum attinet, non attigi ſubtilius illud, quod in conficiendis praetermittere nequivi. Nihil enim in iis eorum, quae reddenda erant, negligendum eſſe putavi, ſingularique ab artifice, quod ei debeo, perfectae ſunt docilitate, attentione, accuratione. Nimis autem longum fuiſſet, minutiora

(*a*) De oſſibus corp. hum. Lugd. bat. CIↃ IↃ CCXXVI.

tiora deſcribendo perſequi. Quin etiam lineae, quibus ad exprimendum ſcalptores utuntur, ut propoſitae res poſcebant, ductae ſunt, punctaque poſita, ac lumen atque umbrae temperata; & arte quidem non vulgari, non quae intuentes fallat, ſed conveniens ſit ad rem; utque nihil non expreſſi ſit, nihil, ne in gravioribus quidem umbris, obſcuri: quae quidem non inveniuntur anatomicorum in tabulis, & tamen, ubi plenius reddendum, imaginesque non generatim atque univerſe, ſed ſubtiliter exprimendae, neceſſaria ſunt, artemque requirunt exquiſitam. Addidit etiam hoc elegantiae, ut icones habitum, quantum fieri poteſt, oſſis referant. De iis autem ſilui, cognoſcenda relinquens illis, qui artis peritiores ſunt.

Sed non queo praeterire hoc, res in tabulis oſſium exhibitas non eſſe, ut pictores ſolent, quum ex uno eodemque aſpectu (*b*) prope aſtantes judicant, redduntque quemadmodum ſic apparet: ſed, ut architecti, quum exempli gratia

(*b*) Noſtri, *uyt een oogpunt.*

tia capitellum generis corinthii aut compoſiti reddendum eſt, ſingula quaeque recte metiuntur, redduntque, ut in tabulis poteſt, plene. Itaque dicere artifex, quo uſus ſum, ſolebat, docuiſſe me ſe circino & regula uti, à quibus, ut ſolent, abhorruerit. Quod inſtitutum non in iis modo tenui, ſed etiam in iconibus hiſtoriae muſculorum, oſſium foetus humani, uteri parturientis, vaſis chyliferi, academicarumque annotationum. Et qui rationem, qua in tabulis ſceleti & muſculorum uſus ſum, aſſequentur, haud ſecus habendam eſſe cognoſcent, ac ſi, quo dictum eſt modo, menſus eſſem. Itaque ſi ſingula oſſa iconibus majoribus ſceleti, quae ex oſſibus illis ipſis, quum compoſita in ſceletum eſſent, deſcriptae primum ſunt, eo poſitu, quo in iis ſunt, impono, plane reſpondent. Neque geometricam ſubtilem illam accurationem conſequi facile eſt, aut operaeprecium, utpote momentum in his non habentem.

Videtur autem rei magnitudo admirabilitasque atque utilitas mereri operam, quam impendi. Ac ſpes eſt fore, ut diſcendi cupidi, ſi quid

quid modo diligentiae conferant, hiſtoria tabuliſque ducibus, ſceletum quem habeant, ejusque partes, non ſine fructu ſint conſideraturi.

Qui non adhibito imaginum adjumento hiſtoriam ubique non ſatis intelligent, hi, ſi animum adverterint ad genus quod pertractatur, minus, puto, culpabunt. Non enim res tantummodo enumerabimus, neque veluti indicem earum dabimus; ſed deſcribemus, neque jejune & tralatitio modo, ſed pro virili parte plenius. Sane qui tot tamque diverſas formas poſitusque ac compoſitiones deſcripta legent, neque ſimul in tabulis contemplabuntur, veluti Euclidis elementa nuda legent, aut Melam Pliniumve, ubi orbis ſitum, terrarumque atque aquarum formam deſcribunt; aut Celſum, ubi deligandi modum. Quae quidem quo quis plenius perſecutus ſit, eo minus intelligatur: praeſertim ſi in uſu quotidiano poſita non ſunt, quemadmodum non ſunt quae deſcripſi.

Per icones autem redduntur legentibus planiora; per quas res ſimul ipſae veluti ante oculos ponuntur, ſupplenturque quae alioqui neque tradi, neque accipi facile poſſunt.

Qui

Qui vero praeterientes legunt, ut è Nilo canis lambitat currens; qui ſuperficiaria quadam cognitione contenti ſunt; qui falſane multa mixta ſint veris parum attendunt; iis quidem hanc operam non poſui.

Sed veniamus ad propoſitum, ordiamurque ab illis, quae generatim praemittere oportet.

C A-

CAPUT I.

Generatim de oſſibus.

I. Natura oſſibus propria eſt, firma, dura, rigida.

II. Ea ſubjecta corpori ſtabilimentum ſunt, ac robur: quae ſi tolleres, non ſuſtineret ſeſe, nec valeret firmitate.

Ex iis formae corporis noſtri fundamentum eſt, ac conveniens membrorum per articulos flexibilitas.

Conceptacula quoque ex iis ſunt ad tutamentum; ut encephali: capacitateſque ad uſus alios; ut narium pro ſenſu olfactus: canaleſque; ut ſemicirculares cochleaque in aure.

III. Aptaque magnitudo eſt, formaque, ac firmitas; quibus idcirco differunt inter ſe plurimum, ut oportunum eſt.

IV. Aptantque ſe ad illa quae aut prope admota ſunt, aut annexa, aut circumpoſita; tanquam ſi fingerentur ab iis, formarenturque.

Senſim creſcendo nimirum, compingendoque ſeſe vi interiore, obſequuntur iis, ſeſeque adaptant; id quod de ſulcis calvariae, quibus arteriae meningis craſſae inhaerent, expoſuimus in academicis annotationibus (*c*). Similiterque fit per alia, ac manifeſtius eſt in iis, quae muſculis adſcribenda ſunt.

Sic maxilla, qua maſſeter adjacet, depreſſior eſt. In dorſo oſſis ilium plagae ſunt, ubi gluteus medius & minor adjacent. Nempe creſcens os inhibitum ab iis fuit, ac repreſſum.

Ne-

(*c*) Lib. IV. cap. I.

Neque tantummodo veluti cedunt, cohibitaque manent depreſſa ac ſinuata, ſed etiam cogentibus muſculis excreſcunt. Sic ubi affixi trahunt, praeſertim ubi tendine duriore affixi, obſequens os excreſcit. Maſſeter qua maxillae infra tendineis partibus affixus eſt, ibi ea veluti tuberculata eſt. In ſcapula eminentiae transverſae ſunt, ubi partes tendineae interiores ſubſcapularis affixae. Quorum exempla attuliſſe ſuffecerit, exſtantibus quamplurimis.

Itaque per muſculos aut complanantur, aut ſinuantur, aut eminere coguntur, redduntur que inaequabilia, ſcabraque.

Eoque modo quae prima junioreque aetate nulla fuerant, creſcentibus oſſibus oriuntur, paulatimque incrementa capiunt, & poſt plenum quoque incrementum augeſcunt, eoque magis, quo robuſtiores ſunt homines, & quo magis nervos ſuos adhibent. Quamobrem fere leviora ſunt foeminis quam viris, debilibusque quam robuſtis.

Animadvertendum igitur quid natura veluti ex propoſito efficiat, quidque accedat.

CAPUT II.

De compoſitione oſſium.

I. Componunturque diverſimode, ut quoque in loco res poſcit.

II. Referri autem modus ad genera quaedam poteſt. In quo veteres, quique inſecuti ſunt, plurimum diſcrepant inter ſe, aliis aliter & partientibus & appellantibus, atque etiam aliter utentibus nominibus quae impoſuerant priores. Nos quae res ipſa oſtendit perſequemur, adhibebimusque nomina uſitata antiquioribus

bus qui impoſuerunt (*d*), ſic tamen, ut declaremus quod per ea volumus: neque, ubi recedendum fuit ab iis qui ante nos ſcripſerunt, multa moleſtaque atque inutili diſputatione nos impediemus.

III. Igitur compoſitionis genera duo ſunt; ſymphyſis, & articulus.

Symphyſis eſt, quum interpoſito aliquo, eoque utrique continuato, conjunguntur, ſic ut mobilia in conjunctione non ſint, ſed quantum concedat flexibilitas illius, quod conjungit.

Articulus eſt, quum ſic componuntur, ut abſoluta ſint, inque compoſitione mobilia.

IV. De ſymphyſi primum. In ea quod interponitur conjungitque, aut membrana eſt, aut cartilago, aut ligamentum.

V. Symphyſis quae per membranam fit, compoſitio eſt oſſium calvariae, aliorum cum aliis: ubi meninx craſſa interſerta, aut perioſteum.

Ea autem praeterea cohaerent alia ratione. Siquidem qua parte cohaerent, veluti ſerrata ſunt, denticulosque exigunt diſcretos intervallis: denticulique alterius per intervalla reſpondentia alterius apte recipiuntur. Quibus interſertâ annexâque membranâ cohaerent firmius. Eoque modo connectuntur firmiter, coeuntia veluti in unum, ut in coitu mobilia non ſint.

Quas commiſſuras ſuturas appellant, dividuntque in veras, ſquamoſas, harmonias: de quibus ſuo loco dicetur.

VI. Symphyſis quae per cartilaginem fit, ſynchondroſis appellatur. In eaque flexibilitas cartilaginis mobilitatem quandam permittit.

Sic

(*d*) Vide Galeni librum de oſſibus, in prooem.

Sic cum ſterno conjungitur coſta ſumma, dextra laevaque.

VII. Symphyſis quae per ligamentum fit, ſynneuroſis appellari poteſt. Obſequiturque ob flexibilitatem ligamenti.

Sic conjunguntur vertebrae corporibus ſuis, oſſaque ſterni inter ſe.

VIII. Nunc de articulo. In eo, qua parte componuntur, deſinunt in cartilaginem operimento ſimilem: per quam forma abſolvitur, inter ſeque apta ſunt.

IX. Eorum autem alii ad facilem mobilitatem minus nati aptique ſunt, inque compoſitione dimoveri quidem nonnihil oſſa poſſunt, ſed obſcurius.

Cujus exempla ſunt commiſſurae oſſium coxarum cum ſacro. Ea coagmentantur planitie inaequabili, alterius eminentiis receptis per ſinus alterius: &, qua coagmentantur, cartilaginoſa aut veluti cartilaginoſa ſunt in ſummo, neque laevia.

X. Aliis mobilitas eſt evidens, facilisque; ut articulis femoris, humeri, ſimilibusque: diarthroſem appellant.

In ea operimentum, in quod, qua parte componuntur, oſſa deſinunt, cartilago eſt, eaque dura, ſolidaque, atque ubi finitur laevis (*e*), lubricaque, totaque aptiſſima ad facilem mobilitatem.

Quod ubi habent, ibi cartilaginoſa eſſe, ut breves ſimus, cum Celſo (*f*) dicemus.

XI. Diarthroſis autem genera poni poſſunt duo.

Alterum, ubi illo ſuo operimento contingunt ſe oſſa inter ſe, ſic ut verſatilia ſint. Cujus quidem generis pleraeque omnes ſunt.

Alterum, ubi interjecta articulo cartilago quaedam eſt, flexilis, mobilis, abſoluta ab oſſibus qua parte componuntur, eaque

(*e*) *Ut oſſium t.* XXIV. a.

(*f*) Medicin. lib. VIII. cap. I.

que committens inter ſe. Ut videmus in articulis maxillae, claviculae & ſterni, triquetri & ulnae, tibiae & femoris.

XII. Praeterea autem ſunt quoque articuli, qui ad diarthroſem aut referendi ſunt, aut commode referuntur.

Invenitur, qui fit ex compoſitione quidem oſſium cartilaginoſorum, ſed alterius cartilagine in ligamenti naturam verſa. Cujusmodi inventus, qui claviculae cum ſcapula eſt.

Invenitur, qui fit non ex oſſibus compoſitis, ſed oſſe & ligamento, ea parte duriore, & veluti cartilaginoſo. Pars capitis tali ſic componitur.

Fiunt alii ex compoſitione ſterni extremarumque cartilaginum, in quas coſtae ab utroque latere ſex infra primam migrant.

XIII. Jam & alia ratione genera diarthroſis poni poſſunt duo, ut alia laxa ſit, alia ſtricta: quae differant mobilitate, inſigniore in illa, minus in hac.

Laxae exempla ſunt, articulus humeri, cubiti, coxae, genu. Strictae ſunt, per quos carpi oſſa ordinis ſecundi componuntur alia cum aliis, per quos cuneiformia cubiformeque tarſi.

De quibus quidem aliis aliisque aliter atque aliter videri poteſt.

XIV. Et quaedam diarthroſes proprio nomine, referente Galeno (*g*), appellatae ſunt à veteribus; enarthroſis, arthrodiae, ginglymi.

Enarthroſis: quum recipiens ſinus profundus eſt (κοτύλη appellatur), receptumque caput rotundum, inſidensque cervici procerae; ut in articulo acetabuli coxae & capitis femoris.

Arthrodiae: ubi ſinus non profundus (γλήνην appellarunt), caputque rotundum, ſed inſidens cervici humili; ut in articulo ſcapulae & humeri.

Gin-

(*g*) De oſſibus in prooem.

Ginglymi: quum os alterum alterum viciſſim ingreditur; ut in articulo cubiti & humeri.

Verum ab his diſcrepant caeterae, certe pleraeque omnes, differuntque inter ſe, ut referri ad genera commode nequeant, ſingulaeque cognoſcendae ſint.

XV. Nulli autem articuli non ligamento continentur: alii pluribus. Et articuli quam concedunt mobilitatem, ei colligatio convenit. Sed alienum eſt inſtitutis meis, de his plenius agere.

XVI. Scapulae praeterea, praeterquam quod parva parte in claviculis innituntur, non niſi per carnes conjunguntur cum aliis, nec contingunt ea, eoque quoquoverſus duci & impelli facile poſſunt: quam appellant ſyſſarcoſem. Ea autem neque ad ſymphyſem, neque ad articulum pertinet.

CAPUT III.

De ſceleto generatim.

I. Alia autem aliis continua ſerie juncta, humanam quandam in effigiem componuntur; quam fabricam ſceletum appellamus (*h*).

Eumque, alioqui caducum, muſculi continent ac regunt.

II. Differunt eo inter ſe homines, neque minus duos unos indiſcretos inveni, quam facies.

Differunt pro ratione aetatis maxime (*i*), tum etiam propter ſexum. Quaedam diſſimilitudines ex aliis cauſſis fiunt, natione, tem-

(*h*) *Sceleti t.* I. II. III.

(*i*) Vide icon. oſſ. foet. hum.

temperie, vitae genere. Et ludit natura frequenter, ſaepe plurimum.

III. Exponemus qui perfectior videatur, viri florentis maxime aetatis, appoſitae ſtaturae, boni habitus & temperiei, valetudine commoda, corpus ſuum moderate exercentis, neque formam ejus depravantis. Et quum etiam hoc in genere differentiae ſint, ex multis elegimus qui potiſſimum norma ſint caeterorum. Caeteriſque qui praeſtantior viſus eſt, ejus icones exhibuimus in tabulis ſceleti, & oſſium: eumque deſcribemus.

Quibus alii diſcrepant, indicabimus pauca, nec fere niſi notabiliora nonnulla. Neque diſſimilitudines perſequendi ſuſciperemus conſilium, labyrinthumque ingrederemur, ex quo egreſſus nullus ſperetur. Cujus legentes, quaeſo, meminerint, ne, animadverſis quae differant, erraſſe nos arbitrentur.

Iisque, quae inſtitutam naturae rationem oſtendant, maxime intenti, adjiciemus quae accedunt, minuta quoque, ubi res poſcere videbitur.

Minuta alia relinquemus. Sic ubi alia adjacent, ubi muſculi ligamentaque affiguntur, ea ad illarum partium hiſtoriam potius pertinere putamus, niſi quibus in locis earum cauſſa memorabile quid invenitur.

Itaque minutiora quoque, quorum finis non inveniretur, quaeque ad hujus libri inſtitutum non pertinent, ſcientes conſultoque praeteribimus.

Et quoniam hic liber iis, qui fabricam cognoſcere ſtudent, deſtinatus eſt, non interrumpemus eum alienis. Quae quidem videntur ſeparanda eſſe, quemadmodum Euclides fecit in elementis ſuis.

IV. Quae autem naturam ſibi propoſuiſſe arbitrari poſſumus, ea oſtenderunt juniora, utpote, quamvis imperfectiora, ſimplicio-

ciora, & veluti puriora, ab iisque, quae poſt accedunt, libera.

Perfectionem, quaeque ſenſim accedunt per ea, quae adjacent, adhaerentque, oſtenderunt provectiora.

Contemplatio à prima aetate, ubi primum cognoſci poſſunt, per aetatum ſucceſſionem uſque in ſenium, ea docuit quomodo ſenſim perficiantur, accedantque alia, atque os aut exuberet, aut deficiat, aut à recto declinet, deflectatque.

Contemplatio denique aliorum atque aliorum cognoſcendas diſſimilitudines dedit.

V. Conſiderabimus autem ſceletum erectum, facie, pectore, pedibus, recta in priora directis, pendentibus brachiis, ſic ut volae in femora directae ſint. Quod praemonere neceſſarium viſum eſt, quo facilius intelligant qui partem priorem, poſteriorem, ſuperiorem, inferiorem, lateralem, exteriorem, interiorem, memoratas legent.

CAPUT IV.

De partibus ſceleti.

I. Ergo fabricae veluti primordium ſpina haberi poteſt. Mediae thorax appoſitus. Summae caput impoſitum. Fundamentum coxae ſunt. Quas pedes ſuffulciunt. Adjuncta thoraci brachia (*k*).

Quocirca hoc ordine, quem res ipſa oſtendit, dicere malo potius, quam, ut vulgo ſolent, à capite ordiri.

(*k*) *Sceleti t.* I. II. III.

CAPUT V.

De ſpina.

I. Spina columna eſt, per corpus ab imo, perque collum ad caput uſque poſteriore in parte media erecta (*l*). Quamvis enim alio poſitu corporis columnae uſum non praebeat, pronisque in animalibus prona ſit; columnae tamen faciem exhibet, ut licere nobis poſſit tanquam columnam proponere.

II. Conſtat ex oſſibus novem & viginti: ſacro (*m*), coccygis quatuor (*n*), vertebrisque quatuor & viginti; quarum quinque lumborum ſunt (*o*), dorſi duodecim (*p*), cervicis ſeptem (*q*).

Quae in lumbis ſunt dorſoque ac cervice, fere proprio nomine vertebrarum appellantur. Ejusdem autem generis ſacrum eſt, & coccyx.

III. Communia vertebris lumborum, iisque quae ad dorſum ſunt, ac cervicis inferioribus quinque ſunt haec.

Corpus habent orbiculatim quaſi vertebratum, breveque, ac ſupra infraque planiore orbe finitum (*r*).

Re-

(*l*) *Sceleti t.* II. III. I.

(*m*) *Sceleti t.* II. ψ - Λ *in ſpina. Et t.* I. x - A *in ſpina. Et t.* III. N O P *in ſpina.*

(*n*) *Sceleti t.* II. Ξ - Ω *in ſpina. Et t.* III. Q - T *in ſpina. Et t.* I. B *in ſpina.*

(*o*) *Sceleti t.* II. ν - φ *in ſpina. Et t.* I. i - w *in ſpina. Et t.* III. Υ - M *in ſpina.*

(*p*) *Sceleti t.* II. V - μ *in ſpina. Et t.* I. Π - h *in ſpina. Et t.* III. ζ - Φ *in ſpina.*

(*q*) *Sceleti t.* II. y - T *in ſpina. Et t.* I. κ - Ξ *in ſpina. Et t.* III. n - ε *in ſpina.*

(*r*) *Oſſium tab.* VIII. IX. & X. a b.

Retro arcus eſt, quem corpus è lateribus juxta poſteriorem partem ſupra emittit, ſic ut ſinus arcus corpori obverſus ſit (*s*).

Ex hoc arcu cum tergo corporis foramen eſt, quo mediae perforatae ſunt (*t*).

Arcus extrinſecus proceſſus exigit ſeptem, veluti ramos: transverſos duos, obliquos quatuor, & ſpinam.

In dextra inque laeva transverſus eſt, cum obliquis duobus.

Transverſus tendit in latus (*v*).

Obliqui ſupra infraque transverſi radicem emittuntur. Eorumque alter ſurſum directus, quem ſuperiorem (*w*); alter deorſum, quem vocabimus inferiorem (*x*). Eminentque ultra corpus, ille ſupra, hic infra.

A tergo arcus medius in ſpinam migrat (*y*).

Corpus extrinſecus ſpongioſum, caetera ſolidiora (*z*).

IV. Ab his reliquae quaſi degenerant. Nempe colli ſummae duae, & quae in ſacro ſunt, coccygeque, ut poſt dicetur.

V. Spinae autem partes ſunt tres; baſis, appendix, columna. Baſis os ſacrum eſt, idemque cum coccyge appendix. Ad columnam caeterae vertebrae pertinent.

De baſi primum.

(*s*) *Oſſium t.* VIII. & IX. *ic.* IV. V. III. *Et t.* X. *ic.* IV. V. VII.

(*t*) *Oſſium t.* VIII. *ic.* IV. & V. o. *Et t.* IX. *ic.* IV. & V. t. *Et t.* X. *ic.* IV. V. VII. p.

(*v*) *Oſſium t.* VIII. & IX. *ic.* IV. & V. c. *Et t.* X. *ic.* IV. & V. g.

(*w*) *Oſſium t.* VIII. *ic.* IV. d f. *Et t.* IX. *ic.* IV. d e. *Et t.* X. *ic.* IV. c d.

(*x*) *Oſſium t.* VIII. *ic.* V. e g. *Et t.* IX. *ic.* V. f g. *Et t.* X. *ic.* V. e f.

(*y*) *Oſſium t.* VIII. *ic.* IV. & V. h. *Et t.* IX. *ic.* IV. & V. m. *Et t.* X. *ic.* IV. & V. l m m.

(*z*) *In iconibus iisdem.*

C A-

CAPUT VI.

De oſſe ſacro.

I. Os ſacrum anconi, prothyridem quam appellant, ſimile eſt, ejus in modum impoſitam ſibi ſpinae columnam ſuſtinens, forma triangula, menſula veluti alata, inde ſimilitudine appendicis (*a*).

II. Singulis vertebris multo majus eſt. Compoſitum autem ex degeneribus quinque, aliis infra alias poſitis; paulatimque minoribus: quae continua ſerie conjunctae continuataeque, ut unum ſit (*b*).

Cujus diſſimilitudines notabiles attuli in academicis annotationibus (*c*).

III. Conjunctionis autem ratio haec eſt.

Corpora conjuncta oſſe ſunt intermedio (*d*), loco ligamentorum, quibus juniore aetate connexa fuerant (*e*), nato.

Superſunt per circuitum indicia, tanquam lineae diſcolores (*f*).

IV. Proceſſus quoque obliqui inferiores cum ſuperioribus coierunt, deletis, qui ante fuerant, articulis (*g*), natisque ex iis tuberculis ſcabris (*h*).

V.

(*a*) *Oſſium t.* VII. *ic.* I. II. III. IV.

(*b*) *Oſſium t.* VII. *ic.* I. II. III.

(*c*) Lib. IV. cap. XI.

(*d*) *Oſſium t.* VII. *ic.* I. & II. a c.

(*e*) *Icones oſſium foet. hum. ic.* LII. & LIII. 24, 25, 26, 27. *Et ic.* LIV. 6. *Et academ. annot. lib.* IV. *t.* VII. *ic.* I.

(*f*) *Oſſium t.* VII. *ic.* I. c, c, c, c. *Et ic.* II. c.

(*g*) *Icon. oſſ. foet. hum. ic.* LIV. D, I E.

(*h*) *Oſſium t.* VII. *ic.* II. h, h, h, h.

v. Et quae arcuum partes ab exteriore parte obliquorum dextrorum ad exteriorem ſiniſtrorum pertinent, diſcretae antea (*i*), conjunguntur inter ſe, continuanturque, ut indicia quaedam ſuperſint, ubi diſcretae fuerant. Ex quo ſcutulum quoddam tenue fit (*k*).

vi. Itaque loco foraminis ſingularum, canalis eſt communis vertebris illis omnibus (*l*).

vii. Proceſſus denique transverſi quum modice proceſſerunt, confluunt quoque in unum, ſed absque interruptione ulla (*m*): quippe qui diſcreti nunquam fuerunt (*n*).

viii. Verum proceſſus transverſi differunt praeterea hoc, quod ante augentur parte à corporibus accedente, eaque majore.

In eosque arcuum principia migrant tota, ac cum iis continue quae ante ea eſt lateris corporum pars (*o*), fere à ſummo ad imum, ſic ut corporibus à priori parte aequabiliter continuentur (*p*).

ix. Nunc de ratione ſacri, quod ex iis fit.

Superiore parte latius, inde contrahit ſe lateribus longioribus in mucronem imum, anguſtum, hebetem (*q*).

Intraque partem priorem & poſteriorem ſupra craſſum eſt: inde extenuat ſe ſenſim, ut mucro tenuis ſit (*r*).

Ac latera ſupra latiora ſunt, ſenſimque anguſtantur, infra acutiora (*s*).

x.

(*i*) *Icon. oſſ. foet. hum. ad t.* VII. *p.* LVII. & *ic.* LIV. ♆ F G F ♆, ω K ω, A L A, B B.

(*k*) *Oſſium t.* VII. *ic.* II. *inter* hhhh *dextr.* & *ſiniſtr.*

(*l*) *Oſſium t.* VII. *ic.* IV. p.

(*m*) *Oſſium t.* VII. *ic.* I. & II. iiiii *dextr.* & *ſiniſt.*

(*n*) *Icon. oſſium foet. hum. ad t.* VII. *p.* LVII. & *ic.* LII. o o, o σ: & *ic.* LIII. δ, δ: & *ic.* LIV. o, o. *Et academ. annotat. l.* IV. *t.* VII. *ic.* I.

(*o*) *Oſſium t.* VII. *ic.* IV. i, i.

(*p*) *Oſſium t.* VII. *ic.* I. i, i, i, i, i *dextr.* & *ſiniſtr.*

(*q*) *Oſſium t.* VII. *ic.* I. & II.

(*r*) *Oſſium t.* VII. *ic.* III.

(*s*) *Oſſium t.* VII. *ic.* III. l & *infra.*

x. Ante per mediam longitudinem corpora ſunt (*t*). Retro, diſtans ab iis ſcutulum (*v*), canali intermedio (*w*). Latera, quae ex proceſſibus transverſis fiunt, concreta ſunt (*x*).

XI. Supra media parte vertebrae lumborum ſimile eſt, medio corporis primae orbe (*y*), retroque arcu (*z*), foramine (*a*), proceſſibus obliquis ſuperioribus (*b*), ſpina (*c*).

Sed lateribus, ubi proceſſibus transverſis reſpondet, multum diſcrepat (*d*).

XII. Orbis vertex eſt medius (*e*), baſis columnae ſpinae.

Reſpondet imae lumborum corporis orbi inferiori, & magnitudine, & forma, & poſitu: ovatus per circuitum, intra latera longior, retro rectior (*f*), ad rationem corporis vertebrae obliquus, declivis in poſteriora.

Imae autem illius corpus huic baſi relicto intervallo ſuperimminet, impleturque intervallum ligamento, quod orbibus annexum corpora continet (*g*).

Orbique per circuitum margo quidam ſupereminet, ſolidior, albidus, circuitu interiore inaequabilis, retro anguſtior; cui annexa ligamenti durior pars, ac valentior: intra quem orbis veluti deſidet, ſubtiliterque ſcaber eſt (*h*).

Itaque ſummum ſacri corpus proximum imae lumborum interjecto

(*t*) *Oſſium t.* VII. *ic.* I. a, a, a, a, a.
(*v*) *Oſſium t.* VII. *ic.* II. hhhhhhh.
(*w*) *Oſſium t.* VII. *ic.* II. aaa. *Et ic.* IV. p.
(*x*) *Oſſium t.* VII. *ic.* I. *ab externo latere* iiiii, iiiii. *Et ic.* II. iiiii kkkknnl *dextr.* & *ſiniſtr.* *Et ic.* III. lnnmkk.
(*y*) *Oſſium t.* VII. *ic.* IV. ab.
(*z*) *Oſſium t.* VII. *ic.* IV. *intra* h *dextr.* & *ſiniſtr.*
(*a*) *Oſſium t.* VII. *ic.* IV. p.
(*b*) *Oſſium t.* VII. *ic.* IV. f, f.
(*c*) *Oſſium t.* VII. *ic.* IV. d.
(*d*) *Oſſium t.* VII. *ic.* IV. i, i.
(*e*) *Oſſium t.* VII. *ic.* IV. a b.
(*f*) *Oſſium t.* VII. *ic.* IV. a b.
(*g*) *Sceleti t.* I. σ *infer. in ſpina.*
(*h*) *Oſſium t.* VII. *ic.* IV. b & a *med.*

jecto ligamento illo ſuſtinet, cum eoque ſpinae columnam, quae inde ſequitur (*i*).

XIII. Proceſſus obliqui poſteriori parti laterum ſacri, quae ſunt è proceſſibus transverſis primae, primum inhaerent, indeque ſupra retroque ſupereminent, atque etiam ante juxta partem ſuperiorem, infraque juxta poſteriorem, circuitu finiti rotundiore (*k*).

Ampliores, intra latera tenuiores, inque eminentem oram ſuam exacuti (*l*).

Lunatique; extrinſecus, qua ſupereminent, ex transverſo gibbi (*m*); ex interiore parte ſinuati, circuitu ſinus rotundiore, ſinu aequabili, & cartilaginoſo (*n*).

Ac ſic poſiti, ut à poſteriore parte diducti ſint (*o*), ſinumque alter alteri obvertat, ſed ſimul dirigat oblique retrorſum (*p*).

Quam relinquunt inter ſe intercapedinem, in eam inſeruntur obliqui inferiores lumborum imae, cum quibus componuntur, recipientes eos per ſinus ſuos (*q*).

XIV. Verum à lateribus orbis arcusque, anteque obliquos ſuperiores, continue ab iis veluti alae ſunt amplae, ultra tendentes in latera (*r*).

Modice ſupra eas, ubi incipiunt, orbis eminet: proceſſus obliqui ſuperiores eminent altius (*s*).

In latera tendentes lateſcunt, inde ab orbe ſinuatae, à poſteriore parte in priorem gibbae, extremo retuſae & craſſae (*t*).

Ex-

(*i*) *Sceleti t.* I.
(*k*) *Oſſium t.* VII. *ic.* IV. f, f. *Et ic.* II. fg, fg.
(*l*) *Oſſium t.* VII. *ic.* IV. f, f.
(*m*) *Oſſium t.* VII. *ic.* IV. f, f.
(*n*) *Oſſium t.* VII. *ic.* II. g, g.
(*o*) *Oſſium t.* VII. *ic.* IV. f, f.
(*p*) *Oſſium t.* VII. *ic.* II. g, g.
(*q*) *Sceleti t.* II. *inter* φ *&* ψ *in ſpina.*
(*r*) *Oſſium t.* VII. *ic.* IV. i, i.
(*s*) *Oſſium t.* VII. *ic.* IV. a *med.* if, if. *Et compara ic.* I.
(*t*) *Oſſium t.* VII. *ic.* IV. i, i.

Extremum autem à poſteriore parte mucro eſt brevis, ſupra eminentior (*v*): qui extremo proceſſui transverſo proximarum lumborum reſpondet.

Interque eum atque obliquum ſuperiorem lunula eſt transverſa, ſurſum retrorſumque patens (*w*).

Ac mucrones illi extremi fere ad eandem altitudinem pertinent, ad quam obliqui ſuperiores (*x*).

Alae autem in priora declives ſunt: vertex medius, in comparatione ad eas, contra, ante elatior, retro humilior (*y*).

XV. Retro orbem arcus eſt, cum eoque foramen (*z*). Migratque arcus in ſpinam (*a*). De quibus poſt dicetur plenius.

XVI. Dictum eſt de parte ſuperiore.

Quod infra ſequitur, id ſingularum ſuperioris illius partium recta continuatio eſt, fereque appendicem refert, ſed qua nitatur.

Quum vero partem habeat priorem & poſteriorem, lateraque, atque imum, haud incommodum fuerit, per ſingula ſeparatim ire.

XVII. Itaque ante per mediam longitudinem corporum ſyntagma eſt (*b*), & ab ejus utroque latere ſyntagma proceſſuum transverſorum (*c*). Ex quo planities una eſt.

XVIII. Syntagma autem corporum à vertice ſummo ſenſim lenteque anguſtatur, ſed corpore imo citius, magisque: infraque latitudinis eſt modicae, ubi extremus ſacri mucro eſt (*d*).

XIX.

(*v*) *Oſſium t.* VII. *ic.* IV. i *à latere exteriore* f.

(*w*) *Oſſium t.* VII. *ic.* IV. *ab exteriore latere* f.

(*x*) *Oſſium t.* VII. *ic.* I. i, i *ab exteriore latere* f, f. *Et ic.* II. i, i *ſuper.* & f, f.

(*y*) *Oſſium t.* VII. *ic.* IV. a *med.* & i, i. *Et compara ic.* I. b *ſuper.* & i, i *ſuper.*

(*z*) *Oſſium t.* VII. *ic.* IV. p.

(*a*) *Oſſium t.* VII. *ic.* IV. d.

(*b*) *Oſſium t.* VII. *ic.* I. acacacaca.

(*c*) *Oſſium t.* VII. *ic.* I. iiiii, iiiii.

(*d*) *Oſſium t.* VII. *ic.* I. bacaca cacab.

XIX. Syntagmata quoque proceſſuum transverſorum ſenſim anguſtantur, ſed citius ac magis. Quippe ſupra proximo corpore latiora, acuto fine pertinent ad imum mucronem (*e*).

Verum ubi deſinunt, ora undulata eſt (*f*). Fere autem à ſummo gibba, dein ſinuata, rurſusque gibba, rurſusque ſinuata, rurſusque gibba, rurſusque ſinuata extremo. Fereque gibba eſt, ubi proceſſus transverſus primae deſinit: iterumque, ubi tertiae: iterumque, ubi quartae & quintae: quippe qui procurrunt.

XX. Supra corpus primum ſuperiore parte ſua modice lateribus illis prioribus altius eſt (*g*).

Alae in latera illa continuo rotundoque flexu deſinunt (*h*).

XXI. Corpus primum à priori parte mox infra verticem ex transverſo rotundius, proximaeque lumborum ſimilius: inde depreſſius (*i*). Quae ſequuntur, depreſſiora (*k*).

XXII. Corpora lateraque aequabilia, niſi quod corpora juxta commiſſuras ſuas nonnihil eminent (*l*); ac latera ſulcis, quibus foramina procurrunt, exarata ſunt (*m*).

Lineaeque, quae inter corpora ſunt, depreſſiores (*n*).

XXIII. Retro in dorſo ſacri per longitudinem in medio ſcutulum eſt, inde à proceſſibus obliquis ſuperioribus (*o*); & ab ejus lateribus continuata ei ſyntagmata transverſorum (*p*).

XXIV.

(*e*) *Oſſium t.* VII. *ic.* I. iiiii, iiiii.

(*f*) *Oſſium t.* VII, *ic.* I. *ubi latera diſſimilia inter ſe.*

(*g*) *Oſſium t.* VII. *ic.* I. b *ſuper.* & i, i *ſuperior.*

(*h*) *Oſſium t.* VII. *ic.* I. i, i *ſuperior.*

(*i*) *Oſſium t.* VII. *ic.* I. b a *ſuperior.*

(*k*) *Oſſium t.* VII. *ic.* I. a, a, a, a b *infer.*

(*l*) *Oſſium t.* VII. *ic.* I. b, c, c, c, c, b.

(*m*) *Oſſium t.* VII. *ic.* I. r, r, r, r *dextr.* & *ſiniſtr.*

(*n*) *Oſſium t.* VII. *ic.* I. c, c, c, c.

(*o*) *Oſſium t.* VII. *ic.* II. hhhhe *dextr.* & *ſiniſtr.*

(*p*) *Oſſium t.* VII. *ic.* II. iiiiikk kknn *dextr.* & *ſiniſtr.*

XXIV. Scutulum à ſummo paulatim anguſtatur (*q*).

Latera autem primum lateſcunt, latiſſima mox infra obliquos ſuperiores primos; unde cum ſcutulo anguſtantur (*r*).

Lateraque extrema per longitudinem ſinuoſa ſunt. Leniter quidem plus quam dimidia parte ſuperiore (*s*), ubi inter oram eorum oramque prioris ſacri partis planities interjacet (*t*), quae cum oſſibus ilium componitur. Infra quam communis eſt partis poſterioris priorisque ora (*v*), inde ubi haec ſecundum ſinuatur (*w*).

XXV. Scutulum lateribus brevius, quae ultra illud tum ſupra tum infra pertinent.

Quippe infra verticem corporis primi incipit (*x*), anteque mucronem extremum deſinit (*y*), qui fit è corpore ultimo.

Latera autem à ſummis alis pertinent ad mucronem extremum (*z*).

XXVI. Scutulumque infra dehiſcit à vertebra quarta (*a*).

Quo fit, ut in partes duas deſinat, dextram & ſiniſtram, intercapedine viſenda. Eaeque, ſicuti ſcutulum, ſenſim anguſtiores (*b*).

XXVII. Leniterque inaequabile eſt, ac fere dextra laevaque parte aequaliter.

Su-

(*q*) *Oſſium t.* VII. *ic.* II. hhhhe *dextr.* & *ſiniſtr.*

(*r*) *Oſſium t.* VII. *ic.* II. iiiiikk kknn *dextr.* & *ſiniſtr.*

(*s*) *Oſſium t.* VII. *ic.* II. *inter* nn & ll.

(*t*) *Oſſium t.* VII. *ic.* II. ll.

(*v*) *Oſſium t.* VII. *ic.* II. *infra* l.

(*w*) Supra §. XIX.

(*x*) *Oſſium t.* VII. *ic.* II. *circa* oo.

(*y*) *Oſſium t.* VII. *ic.* II. ee. *Et ic.* III. e.

(*z*) *Oſſium t.* VII. *ic.* II. *inter* i *ſuper.* & *infer. dextr.* & *ſiniſtr.*

(*a*) *Oſſium t.* VII. *ic.* II. *inter* h & h *infer.* & e & e.

(*b*) *Oſſium t.* VII. *ic.* II. h *infer.* & e, *dextr.* & *ſiniſtr.*

Supra primum in ora (*c*), ubi ligamenta affixa, quae alligant arcui imae lumborum.

Dein per indicia arcuum, è quibus coalitum eſt (*d*).

Dein per ſcrobiculos inaequabiles, ubi arcus ſeparati fuerant olim (*e*).

Dein per tubercula utrimque quatuor (*f*), in quae verſi ſunt proceſſus obliqui (*g*).

XXVIII. Infraque utraque parte, in quas finditur, migrat in tuberculum, infra deſinens in mucronem (*h*).

Hi proceſſus obliqui inferiores poſtremi, id eſt vertebrae imae, ſunt, qui cum ſuperioribus coccygis componuntur (*i*).

XXIX. Spinas hoc ſcutulum exigit tres: unam nimirum arcus cujusque vertebrarum ſuperiorum trium (*k*).

Parvae ſunt, eoque minores, quo inferiores (*l*).

Eminent in poſteriora, modice inclinatae deorſum (*m*).

Totaeque diſtant inter ſe (*n*): niſi quod per intermediam eminentem humilemque veluti lineam, aut eminentiorem ſpinam, eamque radicibus earum continuatam, conjunctae iis ſunt (*o*).

Prima longior, hac brevior ſecunda, hac tertia, eaque humilis (*p*).

La-

(*c*) *Oſſium t.* VII. *ic.* II. o, o.

(*d*) *Oſſium t.* VII. *ic.* II. *infra* o, o, *& ſic porro.*

(*e*) *Oſſium t.* VII. *ic.* II. *ab utroque latere inter* d *prim. & ſecund. & ſecund. & tert. infraque tert.*

(*f*) *Oſſium t.* VII. *ic.* II. h, h, h, h *dextr. & ſiniſtr.*

(*g*) Supra §. IV.

(*h*) *Oſſium t.* VII. *ic.* II. c, c.

(*i*) *Sceleti t.* II. *inter* Δ *&* Σ *in ſpina.*

(*k*) *Oſſium t.* VII. *ic.* II. d, d, d.

(*l*) *Oſſium t.* VII. *ic.* III. d, d, d.

(*m*) *Oſſium t.* VII. *ic.* II. *&* III. d, d, d.

(*n*) *Oſſium t.* VII. *ic.* III. d, d, d.

(*o*) *Oſſium t.* VII. *ic.* II. *inter* d *&* d. *Et ic.* III. *inter* d *&* d *ſuper.*

(*p*) *Oſſium t.* VII. *ic.* III. d, d, d.

Latera iis intra partem ſuperiorem & inferiorem lata ſunt (*q*). Eaque ſenſim modiceque anguſtantur, magis ac magis convenientibus oris, ſuperiore & inferiore: ſed ſuperiore vergente magis deorſum, quam inferiore ſurſum (*r*). Prima autem, quia longior, anguſtata magis, quam ſequentes, in mucronem deſinit (*s*). Secunda & tertia ad finem usque latae: fereque ſic confluunt cum linea conjungente, ut diſcernere facile non ſit (*t*).

Intra latera tenues (*v*), ſenſimque tenuiores, in fine rurſus craſſiores, ipſo extremo hebetes, leniterque inaequabiles (*w*).

Supra autem longiores ſunt, longiusque prominent, quam infra; eoque in fine oblique terminantur, ipſo extremo per altitudinem leniter gibbo (*x*).

Caeterum prima bifurca eſt aliis, fiſſa in partem dextram laevamque; fiſſa aut extrema parte, aut tota; fiſſa aut aequaliter, aut inaequaliter, ut altera pars craſſior ſit longiorque, eaque aliis laeva, aliis dextra.

XXX. Sed infra tertiam dehiſcente ſcutulo fit, ut ſpinae etiam vertebrae quartae quintaeque veluti in partes duas diviſae ſint, altera ad dextram, altera ad ſiniſtram fiſſi ſcutuli oram, ſpecie tuberculorum.

Quorum prima majora ſunt, oblongaque, eoque ſpinae ſimiliora, altero ab altero oblique in latera recedente ad formam ſcutuli, ubi id hiare incipit (*y*). Et cum proximis tuberculis obliquorum quartae & quintae confluunt (*z*).

Se-

(*q*) *Oſſium t.* VII. *ic.* III. d,d,d.
(*r*) *Oſſium t.* VII. *ic.* III. d *ſuper.*
(*s*) *Oſſium t.* VII. *ic.* III. & II. d *ſuper.*
(*t*) *Oſſium t.* VII. *ic.* III. *inter* d *ſecund. & tert.*
(*v*) *Oſſium t.* VII. *ic.* III. d,d,d.
(*w*) *Oſſium t.* VII. *ic.* III. & II. d,d,d.
(*x*) *Oſſium t.* VII. *ic.* III. d *ſuper.*
(*y*) *Oſſium t.* VII. *ic.* II. *ſupra* h,h *infer.*
(*z*) *Oſſium t.* VII. *ic.* II. h,h *infer.*

Secunda multo minora leviaque, mox juxta radicem obliquorum inferiorum quintae ſunt (*a*).

XXXI. Quae à lateribus ſcutuli latera ſunt, inſigniter inaequabilia ſunt per tubercula, eminentias, foveas; caeterum ſimilia ei (*b*).

XXXII. Tubercula ibi quinque per longitudinem, extremi ab hac parte proceſſus transverſi (*c*).

Quorum primum in ſummo eſt, mucro ille, in quem deſinere alam diximus (*d*), à latere proceſſus obliqui ſuperioris ſummi (*e*).

Sequentia (*f*) à latere atque è regione tuberculorum, in quae proceſſus obliqui coierunt (*g*).

Prima tria acuminata ſunt: poſtrema hebetiora (*h*).

Tertiorum alterum cum coxa componebatur, planitie cartilaginoſa, ovata, oblique in latus ſurſum directa (*i*).

XXXIII. Interjacentibus eminentiis oblongis, iisque per longitudinem retro fere ſinuatis, alia aliis juncta ſunt (*k*).

Prima & ſecunda à parte ſcutuli gibbae, ab altera ſinuatae (*l*).

Tertia & quarta contra (*m*): tertia altera rectior (*n*).

Quarta praeterea cum tuberculis ſuis hebetior eſt (*o*).

Et

(*a*) *Oſſium t.* VII. *ic.* II. *inter* h *infer.* & e.

(*b*) *Oſſium t.* VII. *ic.* II. iiiiikkkk nn *dextr.* & *ſiniſtr.*

(*c*) *Oſſium t.* VII. *ic.* II. i *ſuper.* & k, k, k, k *dextr.* & *ſiniſtr.*

(*d*) Supra §. XIV.

(*e*) *Oſſium t.* VII. *ic.* II. i *ſuper.*

(*f*) *Oſſium t.* VII. *ic.* II. k, k, k, k.

(*g*) Supra §. IV.

(*h*) *Oſſium t.* VII. *ic.* II. i *ſuper.* & k, k, k, k.

(*i*) *Oſſium t.* VII. *ic.* II. m.

(*k*) *Oſſium t.* VII. *ic.* II. *inter* i *ſuper.* & k *proxim. Et inter* k & k *ſequent.*

(*l*) *Oſſium t.* VII. *ic.* II. *inter* i *ſuper.* & k *proxim. Et inter* k *prim.* & *ſecund.*

(*m*) *Oſſium t.* VII. *ic.* II. *inter* k *tert.* & *quart.*

(*n*) *Oſſium t.* VII. *ic.* II. *inter* k *ſecund.* & *tert.*

(*o*) *Oſſium t.* VII. *ic.* II. *inter* k *tert.* & *quart.*

Et quintum quoque ejuſmodi eminentia infra procurrit (*p*).

XXXIV. Supra mox ab externo latere tuberculorum ſuperiorum trium, eminentiarumque intermediarum, foveae viſendae ſunt duae, altera infra alteram (*q*), media eminentia à tuberculo ſecundo intercurrente diſcretae (*r*). Totamque inde lateris latitudinem tenent.

Superior profundior. Utraque inaequabilis, inque fundo foraminibus inſignibus veluti perforata, maxime ſuperior (*s*).

Singulae in ſingulis proceſſibus transverſis vertebrarum ſuperiorum duarum ſunt (*t*).

Atque iis partibus contra oſſa ilium eſt, pone commiſſuras (*v*).

XXXV. Jam vero intra partem priorem & poſteriorem, de quibus hactenus diximus, per longitudinem incurvum eſt (*w*), ante ſinuatum totum (*x*), retro inde infra proceſſus obliquos ſuperiores primos gibbum (*y*). Quod enim à poſteriore parte ſupra eſt, vertebrae lumborum ſimilius eſt, ſacro ibi veluti recurvato in poſteriora (*z*).

Aliis ſupra infraque rectius; infra longitudinis medium magis incurvum, ante maxime, corpore ibi tertio ejusque proceſſibus transverſis; ubi nimirum infra commiſſuras eſt, quibus cum oſſibus ilium componitur.

XXXVI.

(*p*) *Oſſium t.* VII. *ic.* II. & III. k *infer.*

(*q*) *Oſſium t.* VII. *ic.* II. & III. n, n.

(*r*) *Oſſium t.* VII. *ic.* II. & III. *inter* n & n.

(*s*) *Oſſium t.* VII. *ic.* II. & III. n, n.

(*t*) *Oſſium t.* VII. *ic.* II. & III. n, n.

(*v*) *Sceleti t.* II.

(*w*) *Oſſium t.* VII. *ic.* III.

(*x*) *Oſſium t.* VII. *ic.* I.

(*y*) *Oſſium t.* VII. *ic.* II.

(*z*) *Oſſium t.* VII. *ic.* II. & III.

XXXVI. Et intra latera quoque incurvum eſt (*a*), ante ſinuatum (*b*), retro gibbum (*c*).

Supra autem magis incurvum: inde minus & minus, ut infra rectius ſit (*d*).

Magisque incurva pars ſuperior, quae intra nexus cum oſſibus ilium eſt, quam quae infra ſequitur (*e*).

Ac ſuperior illa magis incurva tum ante tum retro eſt lateribus ſuis, quae è ſyntagmatibus proceſſuum transverſorum ſunt (*f*).

XXXVII. Ante autem aequabiliter ſinuatum (*g*). Dorſo inaequabiliter gibbum (*h*).

Siquidem latera dorſi ſupra, ubi foveas duas eſſe diximus (*i*), depreſſiora ſunt, ſpectantque retrorſum & oblique in latus, perque longitudinem etiam ſinuata ſunt (*k*).

Inde tubercula proceſſuum transverſorum, in utroque latere quinque, cum eminentiis intermediis (*l*).

Ab iis eorundemque intervallis modice ſinuata ſunt: ſupra usque in proceſſus obliquos ſuperiores primos (*m*); inde usque in ſcutulum, ubi ei transverſi continuantur, in intervallis obliquorum (*n*).

Inde ſcutulum per transverſum modice gibbum (*o*).

Quod

(*a*) *Oſſium t.* VII. *ic.* I. & II.
(*b*) *Oſſium t.* VII. *ic.* I.
(*c*) *Oſſium t.* VII. *ic.* II.
(*d*) *Oſſium t.* VII. *ic.* I. & II.
(*e*) *Oſſium t.* VII. *ic.* I. & II.
(*f*) *Oſſium t.* VII. *ic.* I. & II.
(*g*) *Oſſium t.* VII. *ic.* I.
(*h*) *Oſſium t.* VII. *ic.* II.
(*i*) Supra §. XXXIV.
(*k*) *Oſſium t.* VII. *ic.* II. nn *dextr.* & *ſiniſtr.*
(*l*) *Oſſium t.* VII. *ic.* II. i *ſuper.* & kkkk *dextr.* & *ſiniſtr.*
(*m*) *Oſſium t.* VII. *ic.* II. *inter* i *ſuper.* & f *dextr.* & *ſiniſtr.*
(*n*) *Oſſium t.* VII. *ic.* II. *inter* g & q *prim. Et* iiii *dextr.* & *ſiniſtr.*
(*o*) *Oſſium t.* VII. *ic.* II. hhhhe *dextr.* & *ſiniſtr.*

Quod ubi hiat, infraque, gibba corpora ſunt ultima duo (*p*). Supereminent ſpinae (*q*). Ea autem & longitudinis, & declivitatis, & obliquitatis extremi earum ratio eſt, ut extremis ſuis veluti in lineam interruptam componantur, per longitudinem gibbam, ad ſimilitudinem ſcutuli, diſtantem autem ab eo ſupra magis, inde minus & minus (*r*).

XXXVIII. Corporibus autem à vertice quem diximus (*s*) ſummo ſenſim & anguſtatis intra latera (*t*), & intra partem priorem & poſteriorem extenuatis (*v*), ultimo ſacrum veluti mucrone infra deſinit (*w*).

Orbeque corporis illius ultimi finitur inferiore, ovato, transverſo, multo longiore quam latiore (*x*), fereque oblique poſito, ut ad rationem corporis ſui in poſteriora acclivis ſit (*y*), ſicuti primi orbis ſummus declivis eſt (*z*).

Ei, ut ſummo corporis primi, eminens per circuitum margo, intra quem deſidet, ſinuatusque eſt medius (*a*).

Cum quo orbe coccygis primum interjecto ligamento conjungitur (*b*), ut orbis ſummus cum ima lumborum (*c*).

XXXIX. Sequuntur latera ſacri extrema (*d*).

Infra, ubi è proceſſibus transverſis vertebrarum inferiorum duarum

(*p*) *Oſſium t.* VII. *ic.* II. a c a *infer.*
(*q*) *Oſſium t.* VII. *ic.* II. d, d, d.
(*r*) *Oſſium t.* VII. *ic.* III. d, d, d.
(*s*) Supra § XII.
(*t*) *Oſſium t.* VII. *ic.* I. a, a, a, a, a. *Et ic.* II. a, a, a.
(*v*) *Oſſium t.* VII. *ic.* III. a, a.
(*w*) *Oſſium t.* VII. *ic.* I. II. III. a *infer.*
(*x*) *Oſſium t.* VII. *ic.* I. *infra* b *infer.*
(*y*) *Oſſium t.* VII. *ic.* III. *juxta* a. *infer.*
(*z*) Supra §. XII.
(*a*) *Oſſium t.* VII. *ic.* I. *infra* b. *infer.*
(*b*) *Sceleti t.* II. *inter* Λ *&* Ξ *in ſpina.*
(*c*) Supra §. XII.
(*d*) *Oſſium t.* VII. *ic.* III. l.

rum eſt, tenuius eſt, ibique pars prior & poſterior una deſinunt in oram tenuem (*e*).

Quae ſupra eam eſt pars longitudinis plus quam dimidia, qua eſt è transverſis vertebrarum primarum trium, craſſa eſt (*f*).

XL. Nempe ſuperioribus illis craſſioribusque partibus cum oſſibus ilium componitur (*g*).

Deſinuntque ab utroque latere in planitiem inaequabilem (*h*), eamque oblique poſitam, ſic ut intra eas ſacrum veluti bis cuneatum ſit, anguſteturque generaliter tum à ſummo deorſum, tum à priori parte in poſteriorem (*i*). Iisque planitiebus in oſſibus ilium quaſi defigitur (*k*).

XLI. Ea autem latera ſupra retroque incipiunt juxta radicem mucronis, in quem ala ſuperior deſinit. Inde ſecundum extremas alas tendunt in priora deorſum, flexaque pergunt deinde inter partis prioris poſteriorisque oras, tendentia deorſum in poſteriora (*l*).

A primo acutiora, ſenſim lateſcunt: ubi autem flectunt ſe, inde anguſtantur generaliter, infraque in oram illam tenuem, quam infra eſſe diximus (*m*), deſinunt (*n*).

Circuitu à primo leviter tum ſupra tum infra gibba; ubi ſe flectunt ante rotundiora, retro ſinuata. Inde ſecundum oram partis prioris ſacri longius ſinuata, poſt gibba, in fine rurſus ſinua-

(*e*) *Oſſium. t.* VII. *ic.* III. *infra* l.

(*f*) *Oſſium t.* VII. *ic.* III. l *cum mucrone ſuperiore & inferiore.*

(*g*) *Sceleti t.* I. *inter* y *in ſpina &* β *in coxa. Et t.* II. *inter* ω ω ω *ſuper. in ſpina &* g *in coxa.*

(*h*) *Oſſium t.* VII. *ic.* III. l.

(*i*) *Oſſium t.* VII. *ic.* II. l, ll.

(*k*) *Sceleti t.* I. *inter* y *in ſpina &* β *in coxa. Et t.* II. *inter* ω ω ω *ſuper. in ſpina &* g *in coxa.*

(*l*) *Oſſium t.* VII. *ic.* III. l *cum mucrone ſuperiore & inferiore.*

(*m*) Supra §. XXXIX.

(*n*) *Oſſium t.* VII. *ic.* III. l *cum mucrone ſuperiore & inferiore.*

nuata: ſecundum oram partis poſterioris generaliter gibba, niſi quod ibi circuitus bis aliquantum ſinuatur; primum juxta eminentiam, qua proximae foveae ſuperioris partis dorſi ſacri ſeparatae ſunt; iterumque infra alteram earum (*o*).

XLII. Totaque planities leviter cartilaginoſa ſunt, praeter mucronem ſummum imumque, juxta quos rotundo ea circuitu finitur, nonnihil ſupereminens (*p*). Diſterminaturque ab imo ibi, ubi ora poſterior ſecundum ſinuatur (*q*).

Iisque planitiebus cum oſſibus ilium firmiter coagmentatur; ac ſic fulcitur.

XLIII. Quodammodo autem diviſae in duas, inter procurrentem ſinum primum orae poſterioris (*r*), primumque prioris (*s*). Quarum partium ſuperior major eſt (*t*).

Circaque hunc locum planities veluti in ſinum cubiti flexa eſt, in quem pars ſuperior atque inferior oblique conveniunt (*v*).

XLIV. Supereſt canalis hujus oſſis: in quem is, qui ſpinae medullam continet, infra migrat.

Is fit è conjunctis foraminibus vertebrarum illarum (*w*), intus in medio per ſacri longitudinem (*x*).

Ad eum ante ſunt conjuncta inter ſe corpora (*y*): retro ſcutulum ex conjunctis arcubus, proceſſibusque obliquis (*z*). A lateribus principia arcuum ſunt, ſed diſcreta (*a*).

XLV.

(*o*) *Oſſium t.* VII. *ic.* III. l *cum mucrone ſuperiore & inferiore.*

(*p*) *Oſſium t.* VII. *ic.* III. l.

(*q*) Supra §. XLI.

(*r*) Supra §. XLI.

(*s*) Supra §. XLI.

(*t*) *Oſſium t.* VII. *ic.* II. l, l *ſiniſtr.*

(*v*) *Oſſium t.* VII. *ic.* II. *inter* l & l *ſiniſtr. Et infra* l *dextr.*

(*w*) Supra §. VI.

(*x*) *Oſſium t.* VII. *ic.* IV. p.

(*y*) *Oſſium t.* VII. *ic.* IV. a *ſuper. Et ic.* II. a *ſuper.* & a ç a *infer.*

(*z*) *Oſſium t.* VII. *ic.* IV. *inter* h *dextr.* & *ſiniſtr. Et ic.* II. oo, & h *infer.* e *dextr.* & *ſiniſtr.*

(*a*) *Oſſium t.* VII. *ic.* IV. *circa* q *dextr.* & *ſiniſtr. ſuper.*

XLV. Supra, ubi incipit, foramini verarum ſimilis eſt (*b*), arcu à radicibus proceſſuum obliquorum ſuperiorum declinante oblique deorſum in poſteriora (*c*).

Infra patet, juxtaque imum retro cum dehiſcente ſcutulo hiat (*d*).

Paulatimque cum vertebris decreſcit, tum intra latera anguſtatus, tum intra partem priorem & poſteriorem (*e*).

Formaque ex transverſo eſt lunata, rotundis cornubus extremis (*f*). Quippe ante gibba corpora ſunt, retro ſinuatum ſcutulum, ab utroque latere ſinuata principia arcuum.

Ad eum autem ſingula corpora per altitudinem leviter ſinuata ſunt, eminentiore orbe utroque. Verum os, quo orbes conjuncti, fere depreſſius.

Ad eundem corpus ſummae per altitudinem leviter eminet medium, eminentia anguſta humilique (*g*).

Cujus juxta mediam longitudinem foramen inſignius à parte ſiniſtra eſt unum, à dextra minora ſunt duo, intus penetrantia (*h*).

XLVI. Ab utroque autem latere oſtiis per longitudinem patet quatuor, inter diſcreta arcuum principia (*i*).

Magna ſunt, ovata, per altitudinem longiora.

Fiuntque ſupra infraque ex ſinuatis arcuum principiis, ſuperioris infra, inferioris ſupra: ante è conjunctis corporibus duobus oſſeque conjungente: retro è conjunctis proceſſibus obliquis (*k*).

XLVII.

(*b*) *Oſſium t.* VII. *ic.* IV. p.

(*c*) *Oſſium t.* VII. *ic.* IV. *inter* h *&* h. *Et ic.* II. oo.

(*d*) *Oſſium t.* VII. *ic.* II. *circa* a a *infer.*

(*e*) *Oſſium t.* VII. *ic.* IV. p.

(*f*) *Oſſium t.* VII. *ic.* IV. p.

(*g*) *Oſſium t.* VII. *ic.* II. a *ſuper.*

(*h*) *Oſſium t.* VII. *ic.* II. *ab utroque latere* a *ſuper.*

(*i*) *Oſſium t.* VII. *ic.* IV. q, q *ſuper.*

(*k*) *Oſſium t.* VII. *ic.* IV. q, q *ſuper.*

XLVII. Verum juxta haec oſtia ab exteriore eorum latere ſacrum inter priorem & poſteriorem partem perforatum eſt (*l*), ſic ut oſtia in foramina illa migrent, veluti exitus eorum (*m*).

Itaque in ſacro tum ante, tum retro, foramina ab utroque latere ſunt quatuor, alia infra alia (*n*).

Fit hoc eo, quod transverſi extremi coëunt, contra quam in vertebris veris, ubi diſtantes inter ſe toti, intervalla relinquunt.

Itaque inter conjunctos transverſos & corpora eorumque commiſſuras foramina relinquuntur priora (*o*): inter conjunctos eosdem conjunctosque proceſſus obliquos, poſteriora (*p*).

XLVIII. Priora prope orbiculata, eoque minora, quo inferiora (*q*).

Eadem veluti in latus tendunt, ſulcoque per proceſſus transverſos, ubi illi jam confluxêre, procurrunt, ſenſim evaneſcente (*r*). Quorum qui ſuperiores, fere transverſi: ſubſequentes in latus adſcendunt, ut inferiores, magis. Imi leves.

XLIX. Contra priora poſteriora ſunt, eaque minora, neque omnibus ita rotunda (*s*).

Ultraque proximum eorum circuitum tubercula, in quae obliqui coïerunt, aliquantum eminent; maxime in ſummis, ubi tubercula illa majora ſunt (*t*). Quo fit, ut à tergo aſpicienti denormare rotunditatem foraminis videantur.

L. In

(*l*) *Oſſium t.* VII. *ic.* I. *&* II. q, q, q, q *dextr. & ſiniſtr.*

(*m*) *Ut oſſium t.* VII. *ic.* II. *juxta* q *tert. dextr. & ſiniſtr.*

(*n*) *Oſſium t.* VII. *ic.* I. *&* II. q, q, q, q *dextr. & ſiniſtr.*

(*o*) *Oſſium t.* VII. *ic.* I. q, q, q, q *dextr. & ſiniſtr.*

(*p*) *Oſſium t.* VII. *ic.* II. q, q, q, q *dextr. & ſiniſtr.*

(*q*) *Oſſium t.* VII. *ic.* I. q, q, q, q *dextr. & ſiniſtr.*

(*r*) *Oſſium t.* VII. *ic.* I. r, r, r, r *dextr. & ſiniſtr.*

(*s*) *Oſſium t.* VII. *ic.* II. q, q, q, q *dextr. & ſiniſtr.*

(*t*) *Oſſium t.* VII. *ic.* II. h, h, h, h *dextr. & ſiniſtr.*

L. In ſuperiore ſacri parte, qua contra vertebram primam lumborum eſt, oſtiis foraminibusque lunulae reſpondent, eorum nimirum partibus inferioribus.

Oſtiis lunulae reſpondent in ſuperiore parte principiorum arcus, intra partem priorem & poſteriorem ſinuatorum, inter corpus & proceſſus obliquos ſuperiores (*v*). Expletque oſtium vertebra lumborum prima.

Foraminibus prioribus lunatae alae reſpondent, ubi parte priore juxta corpus ſunt (*w*).

Foraminibus poſterioribus lunulae (*x*) reſpondent, quae ſunt inter proceſſus obliquos ſuperiores extremosque transverſos (*y*).

LI. Et in parte quoque inferiore, qua contra vertebram coccygis primam eſt, lunulas ſacrum habet, reſpondentes ſuperiori parti oſtiorum, foraminumque.

Lunulas habet infra in principiis arcus vertebrae imae, inter corpus vertebrae illius, proceſſusque obliquos inferiores (*z*). Reſpondent ſuperiori parti oſtiorum, expletque vertebra coccygis prima.

A quarum externo latere lunulam habet (*a*), reſpondentem ſuperiori parti foraminum poſteriorum.

Lunataque juxta corpus eſt pars inferior proceſſuum ejusdem vertebrae transverſorum (*b*), reſpondens parti ſuperiori foraminum

(*v*) *Oſſium t.* VII. *ic.* IV. *ab exteriore latere* q *ſuper. dextr. & ſiniſtr.*
(*w*) *Oſſium t.* VII. *ic.* I. *inter* f *&* i *ſuper. dextr. & ſiniſtr.*
(*x*) Supra §. XIV.
(*y*) *Oſſium t.* VII. *ic.* II. *inter* f *&* i *ſuper. dextr. & ſiniſtr.*
(*z*) *Oſſium t.* VII. *ic.* III. *inter* e *&* a *proxim.*
(*a*) *Oſſium t.* VII. *ic.* III. *inter* e *&* a *proxim.*
(*b*) *Oſſium t.* VII. *ic.* I. *&* II. *infra* i *infer. dextr. & ſiniſtr.*

num priorum. Eamque lunulam à reliqua ora eminentia parva diſterminat (*c*).

LII. Canalis autem caudam, in quam ſpinae medulla deſinit, continet extremam. A qua nervi per oſtia penetrant, perque foramina priora exeunt foras: exeuntque per poſteriora rami exiles.

Qui per foramina priora, ii pergunt deinde per ſulcos, quibus foramina procurrunt.

Caudaque extrema prodit è canali extremo.

LIII. Nunc haud abs re fuerit partes ſacri ſummatim colligere.

Igitur per longitudinem priori in parte media corpora ſunt cum commiſſuris ſuis (*d*).

Inde ab utroque latere ſyntagma proceſſuum transverſorum (*e*), & foramina priora (*f*).

A lateribus ſupra planities cartilaginoſae (*g*).

Poſt has in dorſo foveae duae (*h*).

Inde per longitudinem dorſi tubercula extremorum proceſſuum transverſorum (*i*).

Inde proceſſus obliqui ſuperiores (*k*), infraque eos tubercula ex conjunctis obliquis ſequentibus orta (*l*), & obliqui imi (*m*).

Interque haec tubercula ſunt foramina poſteriora (*n*).

Scu-

(*c*) *Oſſium t.* VII. *ic.* I. & II. *juxta* i *infer. dextr.* & *ſiniſtr.*

(*d*) *Oſſium t.* VII. *ic.* I. b a c a c a c a c a b.

(*e*) *Oſſium t.* VII. *ic.* I. i i i i i *dextr.* & *ſiniſtr.*

(*f*) *Oſſium t.* VII. *ic.* I. q r, q r, q r, q r *dextr.* & *ſiniſtr.*

(*g*) *Oſſium t.* VII. *ic.* III. l.

(*h*) *Oſſium t.* VII. *ic.* II. n n *dextr.* & *ſiniſtr.*

(*i*) *Oſſium t.* VII. *ic.* II. i *ſuper.* & k, k, k, k *dextr.* & *ſiniſtr.*

(*k*) *Oſſium t.* VII. *ic.* II. f g, f g.

(*l*) *Oſſium t.* VII. *ic.* II. h, h, h, h *dextr.* & *ſiniſtr.*

(*m*) *Oſſium t.* VII. *ic.* II. e, e.

(*n*) *Oſſium t.* VII. *ic.* II. q, q, q, q *dextr.* & *ſiniſtr.*

Scutulum deinde in medio (*o*), cum ſpinis (*p*).

Interque hoc, principiaque arcuum, ac corpora, canalis (*q*).

LIV. Supraque latius ac craſſius, tum apta baſis columnae eſt (*r*), tum apte fulcitur, ab oſſibus ilium veluti comprehenſum (*s*).

Paulatimque decreſcens, veluti appendix eſt, quae curvata in priora, corpus infra à poſteriore parte apte commodeque terminat (*t*), atque à priori parte pelvem (*v*), ut convenit.

Et quum columnae continuatio ſit, ei partibus ſuis reſpondet, ſic tamen, ut, quemadmodum res poſcit, veluti degenerent.

CAPUT VII.

De coccyge.

I. Extrema ultra ſacrum appendix coccyx eſt, adjunctus extremo ejus mucroni (*w*).

Itaque commodum fuerit ſubjungere, appendicemque abſolvere.

II.

(*o*) *Oſſium t.* VII. *ic.* II. *inter* hhhhe *dextr. & ſiniſtr.*

(*p*) *Oſſium t.* VII. *ic.* II. d,d,d, *&c.*

(*q*) *Oſſium t.* VII. *ic.* IV. p. *Et ic.* II. *inter* a *ſuper. &* aca *infer.*

(*r*) *Sceleti t.* I. *inter* A *&* w *in ſpina. Et t.* II. *inter* ψ ψ *&* φ *in ſpina.*

(*s*) *Sceleti t.* I. *inter* y *in ſpina &* β *in coxa dextr. & ſiniſtr. Et t.* II. *inter* ωωω *ſuper. in ſpina &* g *in coxa dextr. & ſiniſtr.*

(*t*) *Sceleti t.* II. ψ —— Δ *in ſpina. & t.* III. N O P *in ſpina.*

(*v*) *Sceleti t.* I. A A A A yy *in ſpina.*

(*w*) *Sceleti t.* II. Π—Ω *in ſpina. Et t.* III. Q—T *in ſpina.*

II. Specie quoque eſt triangula, ſimiliterque è vertebris, ſimiliter continua ſerie poſitis, degeneribus, & à ſacro minoribus ac minoribus (*x*).

III. Fere autem corpora ſunt, à ſacro ſenſim & breviora, & anguſtiora, & tenuiora, multoque latiora quam craſſiora, circuitu ovato (*y*).

IV. Itaque orbes ovati ſunt, intra latera longiores (*z*).

Primo ſuperior ſinuatus eſt per transverſum, ſinu utrimque ſurſum per proceſſus obliquos proximos producto (*a*). Atque is ſacri mucronem extremum, cum quo componitur, leviter recipit (*b*).

Inferior, quo cum oſſe ſecundo componitur, per transverſum non niſi leviter ſinuatus (*c*).

Levius ſinuatus uterque ſecundi (*d*).

Tertii uterque, ac ſuperior quarti, depreſſiores (*e*).

Ligamenta interſunt (*f*), ut inter ſacri imaeque lumborum corpora (*g*): quibus adhaerentibus continentur, conceſſa flexibilitate modica, in priora praeſertim, & in adverſum.

Margo iis, intraque eum fundus (*h*), ut in ſacro (*i*). Mediusque fundus foveam parvam habet (*k*), ut in ſacri imo (*l*).

Orbes

(*x*) *Oſſium t.* VII. *ic.* V. VI. VII.
(*y*) *Oſſium t.* VII. *ic.* V. VI. VII. a, a, a, a.
(*z*) *Oſſium t.* VII. *ic.* V. *&* VI.
(*a*) *Oſſium t.* VII. *ic.* V.
(*b*) *Sceleti t.* III. *inter* P *&* R *in ſpina.*
(*c*) *Oſſium t.* VII. *ic.* VI.
(*d*) *Oſſium t.* VII. *ic.* V.
(*e*) *Oſſium t.* VII. *ic.* V. *&* VI.
(*f*) *Sceleti t.* II. *inter* Λ *&* Ξ *&* Ξ *&* Φ *in ſpina. Et t.* III. *α, α, α in ſpina extrema.*
(*g*) Supra cap. VI. §. XII.
(*h*) *Oſſium t.* VII. *ic.* V.
(*i*) Supra cap. VI. §. XXXVIII.
(*k*) *Oſſium t.* VII. *ic.* V.
(*l*) Supra cap. VI. §. XXXVIII.

Orbes omnes ad rationem corporis ſui obliqui, in poſteriora acclives (*m*), ut ſacri imus (*n*).

Senioribus aut aliqua eorum, aut omnia coëunt inter ſe, primumque eorum cum ſacro, quemadmodum corpora inter ſe coëunt ſacri, nota ſuperſtite quoque ſimili (*o*).

Ultimum infra porrecto mucrone deſinit (*p*).

v. De caetero, ut ſacrum extremum, ſic poſteriore parte ex transverſo gibba ſunt (*q*), priore depreſſiora (*r*), lateribus anguſtis (*s*).

Priori parte per altitudinem ſinuata, eminentibus oris, ſuperiore & inferiore (*t*).

VI. Arcum nullum habent, eoque neque foramen, neque ſpinam (*v*).

VII. Nec niſi ſoli primae proceſſus obliquis ſuperioribus ſimiles ſunt, è poſteriore parte corporis juxta latera emiſſi: parvi, à craſſiore radice gracileſcentes, fine mucronato (*w*). Quibus cum ſacri obliquis inferioribus poſtremis componitur (*x*).

Obliqui inferiores nulli (*y*).

VIII. Sed omnium corpus è ſuperiore laterum parte proceſſus transverſis ſimiles, ut ſacri ima, exigit; eo minores, quo quaeque vertebra minor (*z*).

Fere

(*m*) *Oſſium t.* VII. *ic.* V. VI. VII. *Et ſceleti t.* III. R, S, T *in ſpina.*

(*n*) Supra cap. VI. §. XXXVIII.

(*o*) Vide academ. annotat. lib. IV. cap. XI.

(*p*) *Oſſium t.* VII. *ic.* V. VI. VII.

(*q*) *Oſſium t.* VII. *ic.* VI.

(*r*) *Oſſium t.* VII. *ic.* V.

(*s*) *Oſſium t.* VII. *ic.* VII.

(*t*) *Oſſium t.* VII. *ic.* V. & VII.

(*v*) *Oſſium t.* VII. *ic.* VI. & VII.

(*w*) *Oſſium t.* VII. *ic.* V. VI. VII. f.

(*x*) *Sceleti t.* II. *inter* Δ & Σ *in ſpina. Et t.* III. *inter* P & Q *in ſpina.*

(*y*) *Oſſium t.* VII. *ic.* VI. & VII.

(*z*) *Oſſium t.* VII. *ic.* V. VI. VII, i, i, i, i.

Fere autem mucronati primae, ſequentibus forma tuberculorum.

IX. Coccyx igitur pars veluti extrema ſacri eſt, gracileſcens, degenerans, flexilis, ſimilitudine caudae (*a*).

A ſacro, ut illud, in priora curvatur, commodeque terminat eam imi corporis, pelvisque partem (*b*), ſic ut nonnihil obſequatur.

CAPUT VIII.

De columna ſpinae.

I. Quae à ſacro erigitur columna, diviſa eſt in vertebras quatuor & viginti. Earumque prima ſacro, indeque aliae aliis recte ſuperimpoſitae, ut corpora corporibus reſpondeant, arcus arcubus, proceſſus proceſſibus, transverſi transverſis, obliqui obliquis, ſpinae ſpinis, foramina foraminibus (*c*).

Columna autem è corporibus fit, cujus additamentum reliqua ſunt, à poſteriori parte adjunctum.

(*a*) *Sceleti t.* II. Π—Ω *in ſpina. Et t.* III. Q—T *in ſpina.*

(*b*) *Sceleti t.* II. Π—Ω *in ſpina. Et t.* III. Q—T *in ſpina.*

(*c*) *Sceleti t.* I. κ—w *in ſpina. Et t.* II. y—φ *in ſpina. Et t.* III. n—M *in ſpina.*

CAPUT IX.

De corporibus vertebrarum.

I. Ut corpus primae ſacri primaeque lumborum interpoſito ligamento disjunguntur, & conjunguntur (*d*); ſic reliquarum columnae corpora (*e*), excepta ſumma.

Omniumque orbi margo ſimilis, ſimilisque intra eum fundus (*f*).

II. Itaque fit columna erecta, procera, quaſi geniculata, & cum ſtabilitate flexilis.

Quae flexilitas cognoſcitur, ſi à ſpina recenti arcus omnes reſciſſi ſunt, ut ſola corpora ſuperſint, connexa ligamentis intermediis.

III. Verum corpus cervicis ſextae ſupra priori parte plus quam duplo latius eſt quam infra (*g*).

Totis autem lateſcit lateribus: quibusque lateſcit partibus, eae infra lunatae ſunt, ſinu oblique deorſum inque latus directo; ſupra in latera declives ſunt (*h*).

IV. Ac ſupra verticibus finitur duobus, dextro laevoque (*i*); inter eosque procurrit axi (*k*).

V. Vertices maximam quidem partem in corpore ſunt, retro autem etiam in radicibus arcus (*l*).

Per

(*d*) Supra cap. VI. §. XII.
(*e*) *Sceleti t.* I. σ, σ, *&c. in ſpina. Et t.* III. α, α, *&c. in ſpina. Et t.* II. χ, χ, *&c. in ſpina. Et t. chyliferi.*
(*f*) *Oſſium t.* VIII. IX. X. *ic.* IV. *&* V. b a.
(*g*) *Oſſium t.* X. *ic.* I. *&* VI. a.
(*h*) *Oſſium t.* X. *ic.* I. *&* VI. a.
(*i*) *Oſſium t.* X. *ic.* VI. VII. VIII. u.
(*k*) *Oſſium t.* X. *ic.* VI. VII. VIII. r.
(*l*) *Oſſium t.* X. *ic.* VII. *&* VIII. u.

Per circuitum ante orbiculati, inde retrorſum lateribus ſenſim adductioribus ovati, latere etiam interiore leviter ſinuati, convenientesque ad foramen vertebrae, ad quod aſtant (*m*).

Ab axi declives ad latera recedunt, caeterum recti (*n*).

Cartilaginoſi toti, planiores, à priori parte in poſteriorem gibbi (*o*).

In iis vertebra ſumma inſiſtit, compoſita in articulos (*p*).

VI. Axis recta, craſſa, longior quam craſſior, ſpecie tereti, intra latera tenuior (*q*).

A verticibus radice ſurgit ſenſim anguſtiore (*r*), mox ſinuata lateribus (*s*), ſupraque faſtigiatur in acumen, coëuntibus in id lateribus gibbis (*t*), leviterque inaequabilibus (*v*), quibus ibi ligamenta affiguntur, ad os occipitis pertinentia.

VII. Ea ante, praeter radicem, leviter eminens tuberculum eſt (*w*), circuitu ovato, intra latera anguſtius (*x*). Totaque parte priore cartilaginoſum eſt, per transverſum teres (*y*).

Quo cum arcu ſummae priore componitur in articulum (*z*).

VIII. Poſteriore parte infra cacumen per altitudinem leviter ſinuata tota eſt, & quaſi rotulae orbitae ſimilis (*a*). Qua parte ligamentum transverſum continet, procedens à ſumma.

IX. Corporis autem ſummae partes ſunt duae, dextra laeva-
que

(*m*) *Oſſium t.* X. *ic.* VII. u.
(*n*) *Oſſium t.* X. *ic.* VI. VII. VIII. u.
(*o*) *Oſſium t.* X. *ic.* VII. & VIII. u.
(*p*) *Oſſium t.* X. *ic.* I. II. III. u.
(*q*) *Oſſium t.* X. *ic.* VI. VII. VIII. r.
(*r*) *Oſſium t.* X. *ic.* VI. r.
(*s*) *Oſſium t.* X. *ic.* VIII. *infra* r.
(*t*) *Oſſium t.* X. *ic.* VI. *ſupra* t. *Et ic.* VII. & VIII. *ſupra* r.
(*v*) *Oſſium t.* X. *ic.* VII. & VIII. *ſupra* r.
(*w*) *Oſſium t.* X. *ic.* VI. t.
(*x*) *Oſſium t.* X. *ic.* VI. t.
(*y*) *Oſſium t.* X. *ic.* VI. & VIII. t.
(*z*) *Oſſium t.* X. *ic.* I. *ſupra* r *infer.*
(*a*) *Oſſium t.* X. *ic.* VIII. s.

que (*b*), conjungente à parte priore arcu transverſo, tenuiore & rectiore, cujus ſinus ad interiora eſt (*c*).

Ac medio inter partes illas loco pone arcum illum priorem intercapedo magna eſt (*d*).

Corporisque parte dextra laevaque inſiſtit in verticibus ſextae (*e*): per intercapedinem axem recipit (*f*), ſic ut ea ſummo cacumine ſuo ſupra arcum nonnihil emineat (*g*). Intercapedo autem axe multo major eſt (*h*).

X. Pars dextra laevaque corporis retro circuitu rotundae, inde latera longiora paulatim colligunt in mucronem rotundum, qui prior eſt: laterumque exterius rotundum eſt, interius medium rectius, quo nimirum ad foramen vertebrae ſunt (*i*).

XI. Infraque nil niſi ſinus cartilaginoſus ſunt, cui circuitus idem (*k*).

Sinus leves ſunt, planioresque, atque in latera declives (*l*).

Iisque cum verticibus ſextae componitur in articulos. Sic autem conveniunt cum iis, ut, quum à priori parte in poſteriorem rectiores ſint quam illi, ante & retro angulus relinquatur patens (*m*).

XII. Arcus prior ſupra rectior eſt, leviter per longitudinem ſinuatus (*n*)

In-

(*b*) *Oſſium t.* x. *ic.* x. w: & *ic.* IX. x.
(*c*) *Oſſium t.* x. *ic.* x. γ: & *ic.* IX. ν γ.
(*d*) *Oſſium t.* x. *ic.* x. & IX. α.
(*e*) *Oſſium t.* x. *ic.* I. II. III. u.
(*f*) *Oſſium t.* x. *ic.* II. aβaβ r.
(*g*) *Oſſium t.* x. *ic.* I. r *ſuper. Et ic.* II. r.
(*h*) *Oſſium t.* x. *ic.* II. aβaβ r.
(*i*) *Oſſium t.* x. *ic.* x. *inter* a & w: & *ic.* IX. a. *Et ic.* I. *infra* a: & *ic.* III. a *infer.*
(*k*) *Oſſium t.* x. *ic.* x. w.
(*l*) *Oſſium t.* x. *ic.* x. w: & *ic.* I. & II. *mox ſupra* u.
(*m*) *Oſſium t.* x *ic.* I. II. III. u.
(*n*) *Oſſium t.* x *ic.* I. *ſupra* γ.

Infra utrimque ſinuatus, medius eminet, mucrone gibbo, hebeteque (*o*).

Qua ad intercapedinem ſpectat, aequabilis eſt (*p*), praeterquam in longitudine media.

In ea enim, aliquantum infra oram ſuperiorem, indeque uſque in mucronem imum, nonnihil eminet, circuitu fere orbiculato (*q*): eaque parte cartilaginoſus eſt, leviterque ſinuatus (*r*). Cui ſinui axis ſextae leviter inſidet (*s*) tuberculo ſuo cartilaginoſo.

XIII. Axis autem praeterea continetur ligamento transverſo, quod per ſinum ejus poſteriorem (*t*) pertinet, utroque extremo affixum ſummae.

Cujus affixum eſt tuberculis, quae in dextra ſiniſtraque corporis parte ad intercapedinem ſunt (*v*).

XIV. Ex quo ſextae ſummaeque articuli ſunt tres: corporum duo, dexter laevusque (*w*): tertiusque inter eos medius, axis & arcus prioris (*x*).

Per quos verti ſumma, cum eaque caput, & dextram verſus poteſt, & laevam. Vertiturque corporis parte dextra laevaque ſuper vertices ſextae: arcu priore, ligamentoque transverſo, circum axem.

Permittuntque articuli praeterea, ut moveri nonnihil quoque ſumma poſſit, quum caput inclinatur.

XV. Supra autem pars illa corporis ſummae dextra laevaque à poſteriore parte retrorſum procurrunt mucrone ſenſim graciliore, ſine

(*o*) *Oſſium t.* X. *ic.* I. *infra* γ.
(*p*) *Oſſium t.* X. *ic.* II. aa.
(*q*) *Oſſium t.* X. *ic.* X. *ſupra* α. *Et ic.* IX. v.
(*r*) *Oſſium t.* X. *ic.* IX. v.
(*s*) *Oſſium t.* X. *ic.* II. r.
(*t*) Supra §. VIII.
(*v*) *Oſſium t.* X. *ic.* II. *&* IX. β, β.
(*w*) *Oſſium t.* X. *ic.* I. *&* II. u.
(*x*) *Oſſium t.* X. *ic.* I. *ſupra* r *infer. Et ic.* II. r.

ſine hebete : eoque ibi intra partem priorem & poſteriorem longiores ſunt (*y*).

XVI. Inque verticem ſinuati ſunt per longitudinem altius, ſinibus cartilaginoſis (*z*).

Siniſter hîc generatim ovatus, retro latior, lateribusque ultra mediam longitudinem ſinuatus, exteriore maxime (*a*).

Cujus ubi ſinuata latera ſunt, ibi dexter hîc, (ut aliis quoque alteruter, aut uterque) diviſus in duos, disjungente intervallo (*b*). Prior major (*c*), poſterior in mucrone corporis (*d*). Prior ovatus, intraque partem priorem & poſteriorem longior (*e*): poſterior rotundior (*f*).

Siniſter dextrique longitudine ſua pertinent à parte priore in poſteriorem, ſimulque oblique, hi in dextram, ille in laevam: itaque in poſteriora diducti ſunt (*g*). Verticesque illi ſinuati alter in alterum oblique directi ſunt (*h*).

Recipiunt tubera oſſis occipitis, quibus calvaria in iis inſiſtit (*i*), compoſitis in articulos. Per quos flecti ea in priora inque poſteriora poteſt. Inſuperque quodammodo cedunt, quo tempore caput vel in alterutrum de lateribus inclinamus, vel circumagimus.

Hactenus de commiſſuris corporum.

XVII. Jam vero columna corporum qua incipit, craſſior eſt.

Intra partem priorem & poſteriorem craſſitudinis per lumbos dor-

(*y*) *Oſſium t.* X. *ic.* IX. a, a.
(*z*) *Oſſium t.* X. *ic.* IX. x, y z.
(*a*) *Oſſium t.* X. *ic.* IX. x.
(*b*) *Oſſium t.* X. *ic.* IX. y, z.
(*c*) *Oſſium t.* X. *ic.* IX. z.
(*d*) *Oſſium t.* X. *ic.* IX. y.
(*e*) *Oſſium t.* X. *ic.* IX. z.
(*f*) *Oſſium t.* X. *ic.* IX. y.
(*g*) *Oſſium t.* X. *ic.* IX. x, y z.
(*h*) *Oſſium t.* X. *ic.* IX. x, y z.
(*i*) *Intelligi poteſt ex ſceleti t.* II. *ſupra* C *in capite & ſpina : & t.* III. *ſupra* n *in capite & ſpina.*

dorſumque maxime ejusdem, usque ad dorſi octavam: ab ea fere gracileſcit ad ſummam cervicis usque (*k*), quae ſexta craſſior corpore (*l*).

Sed intra latera gracileſcit uſque ad dorſi decimam (*m*). Inde, tanquam non ſuffectura latitudine, uſque ad cervicis imam lateſcit permodice, quadam capitelli ſimilitudine (*n*). Supra quod rurſus veluti columna altera gracileſcit uſque ad imam ſextam (*o*). Rurſusque per ſextam lateſcit, ſed inſignius; ab eaque per ſummam lateſcere pergit, ſed minus; eoque veluti in capitellum deſinit (*p*), in quo caput inſiſtit.

XVIII. Corpora quo quaeque ſuperiora, eo fere breviora (*q*).

Sed cervicis inferiores vix differunt inter ſe hac parte (*r*).

Sextaeque corpus quintae altius: ſummae rurſus brevius quam ſextae (*s*); ut aliis quoque hae duae diſcrepant.

XIX. Et inter ſacrum primaeque lumborum corpus intervallum majus. Inter ſequentia, ut ſequuntur, ſenſim, usque ad quintum decimum, minus aliquanto: à quo ſequentia ultimo nonnihil majora (*t*).

Reſpondent craſſitudine, quae opplent ligamenta (*v*).

XX. Earum corpora, quae per lumbos, dorſumque, ac cervicis partem inferiorem pertinent, media graciliora, paulatim tum ſur-

(*k*) *Oſſium t.* VIII. IX. X. *ic.* III. a, & I. a.

(*l*) *Oſſium t.* X. *ic.* III. a a *ſuper.*

(*m*) *Oſſium t.* VIII. & IX. *ic.* I. a, *ſeqq.*

(*n*) *Oſſium t.* IX. *ic.* I. a.

(*o*) *Oſſium t.* X. *ic.* I. a.

(*p*) *Oſſium t.* X. *ic.* I. a.

(*q*) *Oſſium t.* VIII. & IX. *ic.* III. & I. a.

(*r*) *Oſſium t.* X. *ic.* III. & I. a.

(*s*) *Oſſium t.* X. *ic.* I. & III. a.

(*t*) *Oſſium t.* VIII. IX. & X. *ic.* I. & III.

(*v*) *Sceleti t.* I. σ, *&c. in ſpina. Et t.* III. α, *&c. in ſpina. Et t. chyliferi.*

ſurſum, tum deorſum pleniora, ſic ut ſinuata ſint per altitudinem, lateribus maxime (*w*).

Itaque, quamvis graciliora, orbe ampliore finiuntur, componunturque.

XXI. Orbis in lumbis, dorſoque, tanquam ſi columna recta per transverſum ſecta eſſet, planior eſt (*x*).

Sed cervicis primarum quinque orbis ſuperior ex transverſo ſinuatus eſt, medio tamen fundo planior, corpore ab utroque latere ſurgente, deſinenteque in acumen. Fundusque in poſteriorem partem à priori acclivis eſt (*y*).

Inferior cervicis poſt primam quinque ex transverſo gibbus, medius itidem planior, & à priori parte in poſteriorem ſinuatus, acclivisque (*z*), eo fere magis, quo quaeque ſuperior (*a*). Inque ſexta corpus infra à priori parte veluti in mucronem deſinit hebetem, circuitu laterum imaeque partis gibbum (*b*).

Ex quo corpus ſuperioris cujusque earum per corpus proximae inferioris quodammodo recipitur (*c*).

Et ſequentes quoque dorſi, lumborumque proximi, ejusmodi mucronem ſupra habent, ſed minorem, juxta poſteriorem partem laterum (*d*); parte inferiore, quae reſpondet, fere hebete.

XXII. Et imae lumborum corporis orbes, ſuperior inferiorque, à parte priore in poſteriorem inclinantur alter in alterum, corpore ſenſim breviore (*e*).

Ac

(*w*) *Oſſium t.* VIII. IX. & X. *ic.* I. & III. a.

(*x*) *Oſſium t.* VIII. & IX. *ic.* IV. & V. a b.

(*y*) *Oſſium t.* X. *ic.* IV. ab. *Et ic.* I. & III.

(*z*) *Oſſium t.* X. *ic.* V. ab. *Et ic.* I. & III.

(*a*) *Oſſium t.* X. *ic.* I. & III.

(*b*) *Oſſium t.* X. *ic.* I. & VI. a.

(*c*) *Oſſium t.* X. *ic.* I.

(*d*) *Oſſium t.* IX. *ic.* IV. *juxta* l. *Et ic.* III.

(*e*) *Oſſium t.* VIII. *ic.* III. b, b.

Ac ſic, qui ſubjacet, ſacri orbis ſummus ad ſui corporis rationem obliquus eſt; id eſt, poſitu ſimilis ſuperiori imae lumborum (*f*).

Intervallum quoque, quod inter ſacri corpus ſuperius corpusque lumborum primae eſt, in priorem partem fere magis diducitur: ſimiliterque illud quod inter corpus primae & ſecundae (*g*).

Ex quo lumbi à ſacro primum ſurgentes, retrorſum inſigniter incurvati ſunt (*h*).

Reliquorum corporum hac parte certa ratio non eſt. Fere autem, ubi curvamen ſpinae majus eſt, ibi ad ſinum curvaminis intervallum inter corpora minus eſt, eoque ligamentum brevius; ut circa dorſi vertebram ſeptimam, octavam, nonam, decimam (*i*).

XXIII. Corpus omnium ovatam figuram refert, intra latera craſſius.

A lumborum autem quarta quae ſequuntur, paulatim taciteque recedunt, lateribus depreſſioribus, & quidem oblique, ſic ut ad eorum rationem ante magis prominula ſint, gibbaque. A ſuperiore autem dorſi parte rurſus ante depreſſiora, perque cervicem planiora, in qua parum eminent (*k*).

Sic retuſiora ad ventrem, prominendo non impediunt. Ad thoracem diſcernunt magis, permittentibus quae is continet. In collo cedunt, neque impedimento ſunt appoſitis.

XXIV.

(*f*) Supra cap. VI. §. XII.

(*g*) *Oſſium t.* VIII. *ic.* III.

(*h*) *Oſſium t.* VIII. *ic.* III. I. II. *Et ſceleti t.* I. A σ W σ S *in ſpina.*

(*i*) *Oſſium t.* IX. *ic.* III.

(*k*) *Oſſium t.* VIII. IX. X. *ic.* IV. *&* V. a b: *& ic.* I. *&* III. a. *Et ſceleti t.* I. w, s, o, l, i, h, f, dd, Ω, Ψ, Ξ, Γ, τ, π *in ſpina. Et t.* III. K, E, A, Ψ Ψ, Π, Θ Θ, ω, φ, ν, ζ, *&c. in ſpina.*

XXIV. Privatim autem corpus cervicis ſextae ſupra à priori parte in dextra laevaque ſinuatum eſt, corpore intermedio ſurſum ſenſim anguſtato, ſupraque procurrente veluti mucrone longiore (*l*). Qui ſinus continuatio ſunt interruptorum illorum, quos ſeries transverſorum cervicis, à priore parte ſinuatorum, efficit (*m*). Inſident muſculi longi colli.

XXV. Summaque priori in parte media, ubi arcus eſt, ſurgit tuberculo (*n*): cui longus colli affigitur, ac ligamentum oſſi occipitis alligans, quodque deorſum ſuper corpora vertebrarum pertinet.

XXVI. Jam à poſteriore parte, qua ad foramen vertebrae pertinent, corpora à ſacro primarum ex transverſo gibba ſunt, ab imo ad ſummum: eoque orbes quoque eorum retro gibbi ſunt.

Corpora autem ſequentium lumborum, dorſique, ac cervicis inferiorum ſex, ibi ex transverſo modice ſinuata ſunt, ſuperioribus cervicis fere planioribus: ex quo orbes quoque eorum retro ſinuati ſunt (*o*).

Sextae autem corpus ibi fere gibbum (*p*).

XXVII. Ac poſteriorem illam partem in lumborum inferioribus quatuor in dextram laevamque aequaliter dividit eminentia humilis anguſtaque, per altitudinem porrecta; ut in ſacri ſumma (*q*).

XXVIII. Inque parte illa poſteriore media inveniuntur foramina majora intus in corpus penetrantia; ut in ſacro (*r*). Fere autem majora duo, dextrum laevumque: quae in aliquibus in lumbis dorſoque oſtio communi incipiunt (*s*).

XXIX.

(*l*) *Oſſium t.* X. *ic.* I. & VI. a.
(*m*) *Oſſium t.* X. *ic.* I. h.
(*n*) *Oſſium t.* X. *ic.* I. IX. X. *y*.
(*o*) *Oſſium t.* VIII. IX. X. *ic.* IV. & V. a b.
(*p*) *Oſſium t.* X. *ic.* VII. a.
(*q*) Supra cap. VI. §. XLV.
(*r*) Supra cap. VI. §. XLV.
(*s*) *Oſſium t.* VIII *ic.* II. *in corpore imo. Et t.* X. *ic.* VII. a.

XXIX. Verum hoc corpora vertebrarum dorſi habent praeter alia praecipui, quod ſinus iis cartilaginoſi in utroque latere ſunt duodecim, juxta vias nervorum (*t*): per quos recipiuntur capitula prima coſtarum (*v*). Quos ubi habent, protuberant (*w*).

Primus in corpore ſummae, juxta orbem ſuperiorem, forma rotundiore (*x*).

Secundus in commiſſura corporis ſummae proximaeque inferioris, è partibus conſtans duabus: altera, eaque majore, in parte ſuperiore inferioris (*y*); altera in inferiore ſuperioris (*z*): quae in ſinum anguli in ipſa commiſſura conveniunt, caetero circuitu rotundae (*a*).

Ac ſic ſequentes octo in vertebris ſequentibus: niſi quod in iis, quae poſt primas aliquot ſunt, pars inferior ſinus non ſolum in corpore eſt, ſed etiam in radice arcus (*b*).

Undecimus autem & duodecimus in ſuperiore parte lateris corporis radiceque arcus imarum duarum ſunt, inſignes, ovati (*c*).

CAPUT X.

De arcubus vertebrarum.

I. Per arcus corporibus additos circuitus major (*d*), &, continentibus arcus illos ligamentis, columna ſtabilior eſt.

Ita-

(*t*) *Oſſium t.* IX. *ic.* III. i, i, i, kl, *&c.*

(*v*) *Sceleti t.* I. *inter* ♈ *&* L: *& inter* ♈ Ω *&* O *in ſpina & thorace.*

(*w*) *Oſſium t.* IX. *ic.* III. q, r, *&c.*

(*x*) *Oſſium t.* IX. *ic.* III. i *ſuper.*

(*y*) *Oſſium t.* IX. *ic.* III. l.

(*z*) *Oſſium t.* IX. *ic.* III. k.

(*a*) *Oſſium t.* IX. *ic.* III. lk.

(*b*) *Oſſium t.* IX. *ic.* III.

(*c*) *Oſſium t.* IX. *ic.* III. i, i *infer.*

(*d*) *Oſſium t.* VIII. IX. X. *ic.* IV. *&* V.

Itaque reſectis ligamentis illis, poſt tenuia quae ſpinas continent, hiant arcus facilius, curvataque in priora columna obſequitur magis.

II. Radices eis craſſiores ſunt (*e*), intraque oram ſuperiorem & inferiorem latae, praeter interiorem partem cervicis ſummae, quae anguſta (*f*).

III. Generaliter ſenſim tenuiores ut ſuperiores, ad dorſi decimam uſque (*g*). Poſt nonam ſequentibus, primaeque cervicis, ſenſim aliquanto craſſiores. Poſt cervicis primam ſequentibus quatuor aliquanto, quam ei, tenuiores (*h*), parum differentes inter ſe. His craſſiores ſextae (*i*), his ſummae (*k*).

IV. Altitudine in lumbis fere aequales (*l*). In dorſi prima & ſecunda multo altiores (*m*), ob ſinum, ut videtur, cui coſta inhaeret (*n*). His minor in tertia, indeque fere minor ac minor uſque ad cervicis primam (*o*). In cervice inferioribus quinque prope aequales inter ſe. Altiores ſextae (*p*): minus altae ſummae (*q*).

V. Om-

(*e*) *Ut oſſium t.* VIII. *ic.* IV. *&* V. *ab utroque latere* o. *Et t.* IX. *ic.* IV. *&* V. *ab utroque latere* t. *Et t.* X. *ic.* IV. *&* V. *inter* p *&* k.

(*f*) *Oſſium t.* VIII. *ic.* III. *inter* a *&* c d *ſuper. Et t.* IX. *ic.* III. *inter* a *&* h *ſuper. & circum* i *&* i *infer. Et t.* X. *ic.* IV. *inter* p & k.

(*g*) *Exemplum praebet t.* VIII. *ic.* IV. *&* V. *ab utroque latere* o. *Et t.* IX. *ic.* IV. *&* V. *ab utroque latere* t.

(*h*) *Exemplum praebet t.* X. *ic.* IV. *&* V. *inter* p *&* k.

(*i*) *Oſſium t.* X. *ic.* VII. *juxta* g.

(*k*) *Oſſium t.* X. *ic.* IX. e: *& ic.* X. *juxta* k.

(*l*) *Oſſium t.* VIII. *ic.* III. *inter* a *&* c.

(*m*) *Oſſium t.* IX. *ic.* III. *ſupra infraque* i.

(*n*) *Oſſium t.* IX. *ic.* III. i.

(*o*) *Oſſium t.* IX. *ic.* III. *inter* a *&* h.

(*p*) *Oſſium t.* X. *ic.* III. *inter* q *&* q *ſuper.*

(*q*) *Oſſium t.* X. *ic.* III. s.

v. Omnes ſupra infraque ora finiuntur rotunda (*r*). Cervicis autem ſummae inferior depreſſa, ſinuata (*s*).

Brevesque ſunt, ac longitudine omnibus ſatis ſimiles (*t*).

vi. Eaeque radices in ſumma cervicis curvantur altera in alteram ſinu: ſic autem, ut primum aliquantum in dextram tendat dextra; laeva in laevam, ſenſimque recurvatae, in arcum migrent (*v*).

Similes fere dorſi quartae, quintae, ſextae, ſeptimae, octavae (*w*).

In caeteris tendunt quoque oblique in latus: in dorſi ſuperioribus quatuor magis, magisque in cervice. Sed inde recurvant ſe magis, in truncos arcus migraturae (*x*).

vii. Et à radicibus flectitur arcus deorſum, inde in poſteriora declivis (*y*).

Lateribusque, quos truncos appellamus, rectioribus retro veluti in angulum rotundum contrahitur (*z*): praeterquam in dorſi quarta, quinta, ſexta, ſeptima (*a*), octava, cervicisque ſumma (*b*): ubi aequabiliter ſinuatus.

VIII.

(*r*) *Oſſium t.* viii. *ic.* iv. & v. *ab utroque latere* o. *Et t.* ix. *ic.* iv. & v. *ab utroque latere t. Et t.* x. *ic.* iv. & v. *inter* p & k: & *ic.* ix. ε.

(*s*) *Oſſium t.* x. *ic.* x. *à latere* k *infra* w.

(*t*) *Oſſium t.* viii. *ic.* iv. & v. *ab utroque latere* o: & *ic.* iii. *ſupra infraque* p. *Et t.* ix. *ic.* iv. & v. *ab utroque latere* t: & *ic.* iii. *ſupra infraque* s. *Et t.* x. *ic.* iv. & v. *inter* p & k.

(*v*) *Oſſium t.* x. *ic.* ix. εζδ: & *ic.* x. kδk.

(*w*) *Ut oſſium t.* ix. *ic.* iv. & v. *circum* t.

(*x*) *Ut oſſium t.* viii. *ic.* iv. & v. *circum* o. *Et t.* x. *ic.* iv. & v. *circum* p.

(*y*) *Oſſium t.* viii. *ic.* iv. *inter* i & h: & *ic.* ii. *inter* i l e *ſiniſtr.* & *dextr. Et t.* ix. *ic.* iv. *circum* n: & *ic.* ii. *inter* n f *ſiniſtr.* & *dextr. Et t.* x. *ic.* iv. n: & *ic.* ii. *ab utroque latere* l, & *ab utroque* δ.

(*z*) *Ut oſſium t.* viii. *ic.* v. *infra* o *Et t.* x. *ic.* iv. *ſupra* p: & *ic.* v. & vii. *infra* p.

(*a*) *Oſſium t.* ix. *ic.* iv. *ſupra* t: & *ic.* v. *infra* t.

(*b*) *Oſſium t.* x. *ic.* ix. *ſupra circum* p: & *ic.* x. *infra circum* p.

VIII. Intraque partem ſuperiorem & inferiorem trunci arcus in dorſi ſuperioribus undecim, cervicisque inferioribus ſex, radicibus latiores ſunt, infra procurrentes.

In prima dorſi, lumborumque omnibus, primum latitudine radicibus fere pares, dein aliquanto latiores. In ſumma cervicis arcus poſt ſinum ſuperiorem inferioremque aliquanto usque in mediam longitudinem latior (*c*).

IX. Iidem in lumbis, dorſoque, ac cervicis ima, ſummisque duabus, craſſiores ſunt (*d*). Tenues in cervicis ſecunda, tertia, quarta, quinta (*e*).

Supraque quam infra tenuiores in lumbis (*f*), dorſique prima & ſecunda, ac cervicis ſexta & ſeptima (*g*). In caeteris circa altitudinem mediam craſſiores; inde tum ſurſum tum deorſum tenuiores (*h*).

Et in ſumma cervicis principiis arcus craſſioribus orſus, ſenſim extenuatur, rurſusque craſſeſcit in medium (*i*). Ubi in caeteris rami obſcurant; nempe proceſſus obliqui transverſique ac ſpina: & in ſexta cervicis etiam ſuſtentacula ſummae.

XI. Oraque truncorum ſumma modice lunata per longitudinem in lumbis (*k*), dorſique ima (*l*), ac ſuperioribus quatuor (*m*), cervicisque inferioribus quinque (*n*). In caeteris dorſi fere rectior.

In

(*c*) *Oſſium t.* x. *ic.* II. *ab* ε *ad* ϑ.

(*d*) *Oſſium t.* VIII. *ic.* v. k. *Et t.* IX. *ic.* v. o. *Et t.* x. *ic.* VII. *utrimque infra* p: *&* *ic.* IX. *intra* ε *&* ζ: *&* *ic.* x. *infra* p.

(*e*) *Oſſium t.* x. *ic.* IV. *ſupra* p: *&* *ic.* v. *infra* p.

(*f*) *Oſſium t.* VIII. *ic.* IV. i, *&* *ic.* v. k.

(*g*) *Oſſium t.* x. *ic.* IX. *intra* ε *&* ζ, *&* *ic.* x. *infra* p.

(*h*) *Cognoſci poteſt oſſium ex t.* IX. *ic.* v. *circa* o, *&* *ic.* IV. n.

(*i*) *Oſſium t.* x. *ic.* x. *circum partem inferiorem* p: *&* *ic.* IX. *circum partem ſuperiorem* p.

(*k*) *Oſſium t.* VIII. *ic.* IV. i.

(*l*) *Oſſium t.* IX. *ic.* II. *ſupra* n.

(*m*) *Oſſium t.* IX. *ic.* II. *juxta* d.

(*n*) *Oſſium t.* x. *ic.* II. *inter* l *&* mm.

In ſexta cervicis lunata primum, dein gibba (*o*). In ſumma leviter gibba (*p*).

XI. Infra autem (excepta ſumma cervicis) tum dexter tum laevus procurrit deorſum. Procurrunt proceſſibus obliquis inferioribus.

XII. Et in lumbis quidem, dorſique proxima procurrunt mucrone inſigni, ſenſim anguſtiore, acuminatoque, lateribus rectioribus, ſed exteriore ſupra ſinuato (*q*).

Tenduntque mucrones oblique in latus, dexter in dextrum, laevus in laevum: in ima magis, ab eaque minus & minus, ut quaeque ſuperior.

Itaque intercapedinem relinquunt inter ſe, forma anguli deorſum verſus diducti. Majorem hebetemque in prima: fere rectum in ſecunda: acutum in ſequentibus, eoque acutiorem, quo quaeque ſuperior. Rurſusque in dorſi ima tendunt in latus magis, angulusque inter eos rectior eſt.

XIII. In ſequentibus autem dorſi cervicisque exceſſus minor eſt, extremoque circuitu latior, gibbusque (*r*).

XIV. Ac radix mucronis in lumbis dorſoque longitudinem illam tenet, quae infra inter radicem communem transverſi & obliqui ſuperioris, radicemque ſpinae eſt (*s*).

In dorſo autem, ima excepta, ora inferior tum juxta radicem communem transverſi & obliqui ſuperioris, tum juxta radicem ſpinae, lunata eſt (*t*).

In

(*o*) *Oſſium t.* x. *ic.* II. *ab utroque latere* a: *& ic.* VII. *ab utroque latere* p.

(*p*) *Oſſium t.* x. *ic.* II. *infra* r.

(*q*) *Oſſium t.* VIII. *ic.* II. e. *Et t.* IX. *ic.* II. f *infer.*

(*r*) *Oſſium t.* IX. *ic.* II. f *ſuper. Et t.* x. *ic.* II. e.

(*s*) *Oſſium t.* VIII. *ic.* II. e. *Et t.* IX. *ic.* II. f.

(*t*) *Oſſium t.* IX. *ic.* II. f.

In cervice exceſſus juxta radicem communem transverſi & obliqui ſuperioris eſt (*v*). Ultraque eum truncus ad ſpinam usque leviter anguſtatur, infra ſinuatus (*w*).

XV. Arcus, qui è conjunctis truncis fit, intra partem dextram & ſiniſtram à lumborum prima usque ad dorſi primam anguſtior eſt, ut vertebrae ſuperioris eſt (*x*).

Rurſus dorſi primae aliquanto latior: hoc, ſecundae (*y*).

Dorſi tertiae multo latior (*z*). Ab ea ſequentibus usque ad decimam fere nonnihil anguſtior, ut vertebrae ſuperioris (*a*).

Rurſus à decima usque ad cervicis ſecundam latior, quo ſuperioris (*b*).

Rurſus ſenſim anguſtior à ſecunda illa ſequentibus quatuor (*c*).

Latitudo autem plus minus dupla altitudinis (*d*). Sed à dorſi decima latitudo ad rationem altitudinis excedit magis (*e*), ut in cervicis ſexta latitudo ſit praeter propter quadrupla (*f*).

Cumque proceſſibus obliquis inferioribus, qui pars ejus ſunt, ſcutulum refert (*g*), infra procurrente angulo dextro laevoque, qui obliqui ſunt (*h*). Id in aliis aliisque & forma & magnitudine dif-

(*v*) *Oſſium t.* X. *ic.* II. e.

(*w*) *Oſſium t.* X. *ic.* II. *inter* e *&* l.

(*x*) *Oſſium t.* VIII. *ic.* II. *inter* i l e *ſiniſtr. & dextr.*

(*y*) *Oſſium t.* IX. *ic.* II. *inter* n f *ſiniſtr. & dextr.*

(*z*) *Oſſium t.* IX. *ic.* II. *inter* f *ſiniſtr. & dextr.*

(*a*) *Oſſium t.* IX. *ic.* II. *inter* f *ſiniſtr. & dextr.*

(*b*) *Oſſium t.* IX. *ic.* II. *inter* f *ſiniſtr. & dextr. Et t.* X. *ic.* II. *inter* e *ſiniſtr. & dextr.*

(*c*) *Oſſium t.* X. *ic.* II. *inter* e *ſiniſtr. & dextr.*

(*d*) *Oſſium t.* VIII. *ic.* II. *inter* i l e *ſiniſtr. & dextr. Et t.* IX. *ic.* II. *inter* f *ſiniſtr. & dextr.*

(*e*) *Oſſium t.* IX. *ic.* II. *inter* f *ſiniſtr. & dextr. Et t.* X. *ic.* II. *inter* e *ſiniſtr. & dextr.*

(*f*) *Oſſium t.* X. *ic.* II. *inter* e k *ſiniſtr. & dextr.*

(*g*) *Oſſium t.* VIII. *ic.* II. i e *ſiniſtr. & dextr. Et t.* IX. *ic.* II. n f *ſiniſtr. & dextr. Et t.* X. *ic.* II. c e *ſiniſtr. & dextr.*

(*h*) *Oſſium t.* VIII. *ic.* II. e. *Et t.* IX. *ic.* II. f. *Et t.* X. *ic.* II. e.

differt. Generaliter autem diſſimilitudinis tria genera ſunt: aliud in lumbis (*i*), aliud in dorſo (*k*), aliud in cervice, ubi minor cum ſcutulo ſimilitudo (*l*).

XVI. Extrinſecus arcus ab utroque latere ſpinae, usque ad proceſſus proximos ſinuatus eſt: reſpondentque in ſumma colli ſinus leves, ab utroque latere tuberculi, quod ſpinae loco eſt (*m*). Quo fit, ut per columnae longitudinem ab utroque ſpinarum latere ſemicanalem una referant.

XVII. Leviterque ibi inaequabilis in lumbis dorſique proximis duabus, ac cervicis ſexta (*n*). Aequabilis caeteris (*o*).

XVIII. Privatimque ibi ſupra inaequabilis eſt (*p*), exceptis ſummis cervicis duabus: praetereaque in inferioribus dorſi deſidet (*q*), ut tenuior ſit.

Eminentiisque ſurſum procurrit in lumborum ſuperioribus quatuor, dorſoque: quae multo inſigniores ſunt dorſi inferioribus decem, aculeisque ſimiles (*r*).

Quibus locis adhaerent, quae continent, ligamenta valentia, ab altero arcu ad proximum alterum pertinentia.

XIX.

(*i*) *Oſſium t.* VIII. *ic.* II. i e *ſiniſtr.* & *dextr.*

(*k*) *Oſſium t.* IX. *ic.* II. n f *ſiniſtr.* & *dextr.*

(*l*) *Oſſium t.* X. *ic.* II. c e *ſiniſtr.* & *dextr.*

(*m*) *Oſſium t.* VIII. *ic.* II. *inter* d & h: & *ic.* IV. *inter* f & h. *Et t.* IX. *ic.* II. & IV. *inter* c & m. *Et t.* X. *ic.* II. *inter* c e & l: & *ic.* IV. *inter* d & l.

(*n*) *Oſſium t.* VIII. *ic.* II. *inter* d & h. *Et t.* IX. *ic.* II. *inter* c & m. *Et t.* X. *ic.* II. *inter* g & l.

(*o*) *Oſſium t.* IX. *ic.* II. *inter* c & m. *Et t.* X. *ic.* II. *inter* e c & l.

(*p*) *Ut oſſium t.* VIII. *ic.* IV. & II. i. *Et t.* IX. *ic.* IV. & II. n. *Et t.* X. *ic.* IV. n.

(*q*) *Ut oſſium t.* IX. *ic.* II. n.

(*r*) *Ut oſſium t.* IX. *ic.* II. *in tertia* n.

XIX. Ex interiore parte arcus cum radicibus ſuis ad foramen vertebrae eſt (*s*).

Ad quod in ſumma cervicis pertinet fere totus, aequabilis, &, praeter anguſtiores radices, planior (*t*).

In caeteris, praeter radices (*v*), arcus pars tantummodo pertinet ſuperior (*w*), eaque cum radicibus aequabilis eſt, planiorque.

Pars enim inferior nonnihil deſidet, inaequabilisque eſt, atque à ſuperiore retrorſum inclinatur (*x*).

Infraque (excepta cervicis ſumma) in media poſtica parte ſuperior per inferiorem procurrit mucrone, ab utroque ejus latere ſinuata.

Qui mucro extremus acutior cervicis infra ſummam quinque. Sequentibus novem acutus. Caeteris hebes (*y*).

Mucro in mediis dorſi duabus infra procurrit inſtar aculei. In quibus quoque ab utroque mucronis latere pars ſuperior aculeis ſimiliter infra procurrit.

Caeterum in iis, quae ſupra dorſi medias illas ſunt, ora partis ſuperioris inferior hebetior eſt: in iis, quae infra, acutior, fereque denticulata.

Parti inferiori, proximaeque orae ſuperioris, ejusque mucroni, aculeisque, ligamenta affiguntur, quibus arcus continentur.

XX.

(*s*) *Ut oſſium t.* VIII. *ic.* V. *ab utroque latere* o, *infraque*; *&* k. *Et t.* IX. *ic.* V. *ab utroque latere* t; *&* o. *Et t.* X. *ic.* V. *ab utroque latere* p; *&* o: *& ic.* X. *infra circum* p.

(*t*) *Oſſium t.* X. *ic.* X. *inter* p *&* δ.

(*v*) *Ut oſſium t.* VIII. *ic.* V. *ab utroque latere* o. *Et t.* IX. *ic.* V. *ab utroque latere* t. *Et t.* X. *ic.* V. *ab utroque latere* p.

(*w*) *Ut oſſium t.* VIII. *ic.* V. *inter* o *&* k. *Et t.* IX. *ic.* V. *inter* t *&* o. *Et t.* X. *ic.* V. *ſupra* o.

(*x*) *Ut oſſium t* VIII. *ic.* V. k. *Et t.* IX. *ic.* V. *&* I. o. *Et t.* X. *ic.* V. *&* VI. o.

(*y*) *Ut oſſium t.* VIII. *ic.* V. k.

xx. Arcusque poſt radices alii aliis velut imbricatim ſuperimminent, retrorſum modice declives (z).

Relinquunt autem intervalla inter ſeſe: primusque lumborum inter ſe & ſummum ſacri, ſummusque cervicis inter ſe & calvariam. Quae utrimque terminata proceſſibus obliquis: praeter illud quod inter cervicis ſummas duas eſt, illudque quod inter ſummam & calvariam; ubi nimirum obliqui nulli.

Eaque inter ſacrum primamque lumborum (a), interque lumborum ſequentes (b), interque ſummam dorſique imam (c), magna ſunt, fereque triangula, baſi inferiore. Inter dorſi inferiores duas minus (d). Inter dorſi ſequentes multo minora (e). His majora inter dorſi ſummas duas (f), interque ſummam ac cervicis imam (g), inque cervice (h), fiſſuris transverſis ſimilia.

Satis autem disjuncti, ut flexibilitati neceſſariae columnae non obſtent, neque, quum flectendum eſt, alii in alios, ſummusque in calvariam, incurrendo officiant.

xxi. Lunulae denique in radicibus ſunt, pertinentes ad vias nervorum.

Nempe radices ſupra à parte priore in poſteriorem lunatae totae ſunt, à corpore ad obliquum ſuperiorem, qui proximus eſt (i).

In-

(z) *Oſſium t.* viii. *ic.* ii. *inter* i l e *ſiniſtr. & dextr. Et t.* ix. *ic.* ii. *inter* f *ſiniſtr. & dextr. Et t.* x. *ic.* ii. *inter* e *ſiniſtr. & dextr. Et ſceleti t.* ii.

(a) *Sceleti t.* ii. *inter* Γ & Φ *in ſpina.*

(b) *Oſſium t.* viii. *ic.* ii. *inter* h & h. *Et ſceleti t.* ii.

(c) *Sceleti t.* ii. *inter* ν & κ *in ſpina.*

(d) *Oſſium t.* ix. *ic.* ii. *inter* m & m. *Et ſceleti t.* ii.

(e) *Oſſium t.* ix. *ic.* ii. *inter* m & m. *Et ſceleti t.* ii.

(f) *Oſſium t.* ix. *ic.* ii. *inter* m & m. *Et ſceleti t.* ii.

(g) *Sceleti t.* ii. *inter* V & T *in ſpina.*

(h) *Oſſium t.* x. *ic.* ii. *inter* l & l. *Et ſceleti t.* ii.

(i) *Oſſium t.* viii. *ic.* iv. *ab utroque latere* o: & *ic.* iii. *infra* p. *Et t.* ix. *ic.* iv. *inter* l & d: & *ic.* iii. *infra* s. *Et t.* x. *ic.* iv. *inter* p & k;

Infra autem cum proxima ora arcus lunatae ſunt, à corpore ad obliquum inferiorem, qui à radice diſtat; ut lunula inferior major ſit, quam ſuperior (*k*). Ea in lumbis dorſoque ratio eſt.

In cervice autem, ubi obliquus inferior radici proximus eſt, ſola radix lunata infra eſt (*l*).

Verum in cervicis ſexta ſupra (*m*), in ſumma infra (*n*), lunulae ſunt ampliores, pone partes corporis eorum, quibus in articulos componuntur.

Ac ſummae ſupra lunulae minores ſunt (*o*), pone partes corporis, quae calvariam ſuſtinent. Eae autem pars ſunt ſemicanalium, qui à foraminibus proceſſuum transverſorum excurrunt.

CAPUT XI.

De proceſſibus obliquis vertebrarum.

I. Utrimque autem arcus illi per articulum conjuncti ſunt (*p*). Siquidem proceſſus obliqui ſuperiores cum inferioribus vertebrae proximae ſuperimpoſitae componuntur partibus cartilaginoſis. Excipienda autem ſumma cervicis, ſextaeque pars ſuperior: de quibus in fine dicetur.

Qui articuli ſtabilitatem afferunt, eo quod arcus conjungunt: ita-

(*k*) *Oſſium t.* VIII. *ic.* V. *ab utroque latere* o: *&* *ic.* III. *ſupra* p. *Et t.* IX. *ic.* V. *ab utroque latere* t: *&* *ic.* III. *ſupra* s.

(*l*) *Oſſium t.* X. *ic.* V. *ab utroque latere* p: *&* *ic.* III. *ſupra* q.

(*m*) *Oſſium t.* X. *ic.* III. *infra* q: *&* *ic.* VIII:

(*n*) *Oſſium t.* X. *ic.* III. *ſupra* q: *&* *ic.* X. *infra* w.

(*o*) *Oſſium t.* X. *ic.* III. *&* IX. e.

(*p*) *Oſſium t.* VIII. *ic.* II. *&* III. de. *Et t.* IX. *ic.* III. *&* II. df. *Et t.* X. *ic.* III. *&* II. ce.

itaque ſi, praeter ligamenta quae arcus (*q*), eaque quae ſpinas continent, reſecantur, plurimum firmitati ſpinae detrahitur. Neque tamen obſtant flexibilitati, eo quod articuli ſunt idonei.

Differuntque inter ſe.

II. Obliquis ſuperioribus radix communis cum transverſo, eaque craſſa, ſufficiens utrique (*r*).

Eam radix arcus exigit, proximaque arcus pars (*s*).

Finditurque in proceſſus, ſic ut in lumbis obliquus interior ſit, transverſus exterior (*t*): in caeteris ille ſit ſuperior, hic inferior (*v*).

Reſpondetque radix proceſſibus ſuis, diviſionis etiam notam oſtendens ſinu, in lumbis ſupra (*w*) infraque (*x*), in caeteris in parte eadem & exteriore & priore (*y*), & in parte poſteriore (*z*).

III. Jam quales ſunt ſacri obliqui ſuperiores (*a*), tales maxime vertebrarum lumborum (*b*). Ora autem finiuntur craſſiore, ſinusque ovatus eſt, latior quam altior.

Caeterum magnitudine non multum differunt inter ſe: minores autem quintae ſunt (*c*).

IV.

(*q*) Supra cap. X. §. XVIII.

(*r*) *Ut oſſium t.* VIII. *ic.* IV. *infra* d c: & *ic.* V. *ſupra* d c. *Et t.* IX. *ic.* IV. e d c. *Et t.* X. *ic.* IV. d c g.

(*s*) *Ut oſſium t.* VIII. *ic.* IV. *infra* d c: & *ic.* V. *ſupra* d c. *Et t.* IX. *ic.* IV. e d c. *Et t.* X. *ic.* IV. d c g.

(*t*) *Oſſium t.* VIII. *ic.* IV. V. II. III. d c.

(*v*) *Oſſium t.* IX. *ic.* IV. d e c: & *ic.* III. II. I. d c. *Et t.* X. *ic.* IV. d c g: & *ic.* III. c g.

(*w*) *Ut oſſium t.* VIII. *ic.* IV. *infra* d c.

(*x*) *Ut oſſium t.* VIII. *ic.* V. *ſupra* d c.

(*y*) *Oſſium t.* IX. *ic.* III. I. *infra* d. *Et t.* X. *ic.* I. *infra* c.

(*z*) *Oſſium t.* IX. *ic.* II. *infra* d. *Et t.* X. *ic.* III. *infra* c.

(*a*) Supra cap. VI. §. XIII.

(*b*) *Oſſium t.* VIII. *ic.* II. III. d: & *ic.* IV. d f.

(*c*) *Oſſium t.* VIII. *ic.* II. & III. d.

IV. Obliqui inferiores lumborum omnibus, dorſique primae, ab arcu ſenſim craſſeſcunt in latus exterius, infraque magis (*d*); ubi deſinunt in tuberculum ovatum, per altitudinem oblongum, per transverſum gibbum, oblique in latus ſimulque in priora directum, eaque parte cartilaginoſum (*e*).

Magnitudine, ut ſuperiores, non multum differunt inter ſe: dorſique imae minores ſunt (*f*).

V. Et ut in intercapedinem ſuperiorum ſacri inſerti inferiores lumborum primae (*g*), ſic in intercapedinem caeterorum inſerti inferiores vertebrae proximae ſuperioris (*h*).

Receptiſque tuberculis per ſinus, proceſſus componuntur (*i*).

Per quos articulos lumbi firmiores ſunt. Permittuntque, ut quoquoverſus cum firmitate flectere poſſimus, & quodammodo vertere.

VI. Sinus autem tuberculaque aliquantum declivia ſunt in poſteriora (*k*), cum iisque articuli obliqui.

Proceſſusque ſuperiores ſacri, ſequentiumque lumborum, in poſteriora diducti dextri laevique ſunt minus & minus, ut ſuperiores; ſinumque dirigunt in poſteriora minus, atque alterum alteri obvertunt magis (*l*).

Re-

(*d*) *Oſſium t.* VIII. *ic.* II. *&* III. e. *Et t.* IX. *ic.* II. III. *&* I. f.

(*e*) *Oſſium t.* VIII. *ic.* III. *&* V. g. *Et t.* IX. *ic.* III. *&* I. g.

(*f*) *Oſſium t.* VIII. *ic.* II. *&* III. e g. *Et t.* IX. *ic.* II. III. *&* I. f g.

(*g*) Supra cap. VI. §. XIII.

(*h*) *Oſſium t.* VIII. *ic.* II. e d. *Et ſceleti t.* II. *inter* ψ ψ *&* φ, *inter* φ *&* υ, *inter* υ *&* τ, *inter* τ *&* ϱ ϱ, *inter* ο ο *&* ν, *inter* ν *&* κ *in ſpina.*

(*i*) *Oſſium t.* VIII. *ic.* II. *inter* d *&* e *proxim.*

(*k*) *Oſſium t.* VIII. *ic.* III. e, g. *Et t.* IX. *ic.* III. f g.

(*l*) *Oſſium t.* VII. *ic.* II. g, g: *& t.* VIII. *ic.* II. d *ſiniſtr. & dextr.*

Reſpondetque poſitus tuberculi proceſſuum inferiorum lumborum omnium, imaeque dorſi (*m*).

Retroque articuli dextri laevique diſtant inter ſe minus ac minus, ut ſuperiores (*n*).

VII. His minores ſunt proceſſus articulique vertebrarum ſequentium per dorſum cervicemque: multumque praeterea diſcrepant (*o*).

VIII. Proceſſus ſuperiores latitudinem ſuam dirigunt ab altera parte in priora, ab altera in poſteriora (*p*).

Anteque leviter gibbi ſunt (*q*), retro cartilaginoſi, ſed depreſſi, leviter eminentes, gibbique (*r*).

IX. Reſpondent iis inferiores (*s*), verum retro gibbi (*t*), ante cartilaginoſi, ſinuatique leviter (*v*).

X. Inferioresque vertebrae cujusque ſuperioris aſſident dorſo ſuperiorum cujusque inferioris (*w*). Cum iisque componuntur, inferioribus per ſinum ſuum recipientibus eminentiam ſuperiorum.

Firmitasque per hos articulos major eſt; nec tamen impediunt, quo

(*m*) *Oſſium t.* VIII. *ic.* II. e *ſiniſtr.* & *dextr. Et t.* IX. *ic.* II. f *ſiniſtr.* & *dextr.*

(*n*) *Oſſium t.* VIII. *ic.* II. d e *proxim. in latere utroque. Et ſceleti t.* II. *inter* ψ ψ & φ, *inter* φ & υ, *inter* υ & τ, *inter* τ & ϱ ϱ, *inter* ϱ ϱ & ν, *inter* ν & κ *in ſpina.*

(*o*) *Oſſium t.* IX. *ic.* II. III. I. d f. *Et t.* X. *ic.* II. III. I. c e.

(*p*) *Oſſium t.* IX. *ic.* IV. d e. *Et t.* X. *ic.* IV. c d.

(*q*) *Oſſium t.* IX. *ic.* IV. III. I. d. *Et t.* X. *ic.* I. III. c.

(*r*) *Oſſium t.* IX. *ic.* IV. & II. e. *Et t.* X. *ic.* IV. d.

(*s*) *Oſſium t.* IX. *ic.* V. f g. *Et t.* X. *ic.* V. e f.

(*t*) *Oſſium t.* IX. *ic.* V. II. III. f. *Et t.* X. *ic.* V. II. III. e.

(*v*) *Oſſium t.* IX. *ic.* V. g. *Et t.* X. *ic.* V. I. VI. f.

(*w*) *Oſſium t.* IX. *ic.* III. II. I. f d. *Et t.* X. *ic.* III. II. I. e c. *Et ſceleti t.* II. ι, θ, η, ζ, ε, δ, β, Y, X, W, V, T, S, Q, N, M, K *in ſpina.*

quo minus dorſum cervicemque flectamus in priora & in poſteriora, inque utrumque latus inclinemus & incurvemus, atque etiam oblique, & quaſi quodammodo ſpirae in modum torqueamus: dorſum quidem tantummodo modice, cervicem laxiſſime.

XI. Proceſſus autem oblique ponuntur.

Et ſuperiores quidem in priora leniter acclives ſunt (*x*), ut partem cartilaginoſam dirigant retrorſum ac nonnihil ſurſum (*y*).

Inferiores in poſteriora declives ſunt (*z*), dirigentes partem cartilaginoſam antrorſum & oblique deorſum (*a*).

Itaque & articuli oblique poſiti (*b*).

Poſitusque rectior in dorſo, imaque cervicis parte. In cervicis ſequentibus inclinati magis (*c*).

XII. Alioque praeterea modo obliqui ſunt, in dextram inque laevam; & contraria quidem ratione, atque in lumbis.

Quum enim in iis ſinum ſuperiorum alter alteri oblique obvertat, dirigatque ſimul in poſteriora (*d*); in his eminentiam cartilaginoſam, quae ſinui illorum reſpondet, alter ab altero oblique avertit, dirigitque dexter in dextram, ſiniſter in ſiniſtram, ſimulque in poſteriora (*e*).

Similiterque reſpondentes ſuperioribus inferiores, quum in lumbis tuberculum ſuum cartilaginoſum dirigant antrorſum, ſed ſimul oblique, dexter in dextram, ſiniſter in ſiniſtram (*f*);

(*x*) *Oſſium t.* IX. *ic.* III. d. *Et t.* X. *ic.* III. c.

(*y*) *Oſſium t.* IX. *ic.* IV. e. *Et t.* X. *ic.* IV. d.

(*z*) *Oſſium t.* IX. *ic.* III. f. *Et t.* X. *ic.* III. e.

(*a*) *Oſſium t.* IX. *ic.* V. g. *Et t.* X. *ic.* V. *&* VI. f.

(*b*) *Oſſium t.* IX. *ic.* III. d f. *Et t.* X. *ic.* III. c e.

(*c*) *Oſſium t.* IX. *ic.* III. d f. *Et t.* X. *ic.* III. c e.

(*d*) Supra §. III. Et cap. VI. §. XIII.

(*e*) *Oſſium t.* IX. *ic.* IV. e *dextr. & ſiniſtr. Et t.* X. *ic.* IV. d *dextr. & ſiniſtr.*

(*f*); in dorſo ac cervice ſinum ſuum, qui tuberculo illorum reſpondet, dirigunt antrorſum, ſed ſimul oblique alter in alterum (*g*).

Verum primae dorſi ſuperiores, ſecundaeque inferiores, qui cum iis componuntur, fere recti ſunt, diriguntque illi tuberculum cartilaginoſum in poſteriora, hi ſinum in priora, fere recta.

Ac ſic rectiores quoque in vertebris cervicis inferioribus (*h*). In ſuperioribus autem poſitu ſimiliores ſunt obliquis lumborum, id eſt, ſuperiores diriguntur nonnihil alter in alterum, inferiorum dexter in dextram, laevus in laevam (*i*).

XIII. Fereque ovati ſunt in dorſo ac cervicis inferioribus (*k*), rotundiores in ſuperioribus (*l*): ubi terminus differentiae in tertia eſt; cui inferiores ovati (*m*), ſuperiores rotundiores (*n*).

Oraque eminens acutior eſt (*o*).

XIV. Qui ovati ſunt, ii per longitudinem oblique ponuntur, ac ſic, ut ea ſuperiores ſurſum tendant, ſimulque alter ab altero declinet, dexter ad dextram, ſiniſter ad ſiniſtram; atque inferiorum contraria ratio ſit.

Declinant in dorſi inferioribus modice: in ſequentibus minus, prope recti: rurſus in nona decimave aliquanto magis, indeque in caeteris, ut ſuperioribus, magis ac magis (*p*), ut cervicis ſecun-

(*f*) Supra §. IV.

(*g*) *Oſſium t.* IX. *ic.* V. g *dextr. &* *ſiniſtr. Et t.* X. *ic.* V. f *dextr. & ſiniſtr.*

(*h*) *Oſſium t.* X. *ic.* IV. d: *& ic.* V. f *dextr. & ſiniſtr.*

(*i*) *Oſſium t.* X. *ic.* VI. f *dextr. & ſiniſtr.*

(*k*) *Oſſium t.* IX. *ic.* II. e.

(*l*) *Oſſium t.* X. *ic.* VI. f.

(*m*) *Oſſium t.* X. *ic.* V. f.

(*n*) *Oſſium t.* X. *ic.* IV. d.

(*o*) *Oſſium t.* IX. *ic.* IV. II. III. I. d: *& ic.* V. II. III. I. f. *Et t.* X. *ic.* IV. III. I. II. c: *& ic.* V. VI. III. I. II. e.

(*p*) *Oſſium t.* IX. *ic.* II. e *ſiniſtr. & dextr.*

cundae ſuperiores, tertiae inferiores (*q*), prope transverſi ſint.

Eaque ratio expreſſior eſt in partibus cartilaginoſis.

XV. Dorſi inferiores retro ultra truncos non niſi infra nonnihil eminent, ſupra vix diſcernendi (*r*).

In cervice autem ſupereminent à parte illa poſteriore, gibbique ſunt (*s*).

XVI. Cervicis autem ſexta obliquos ſuperiores non habet, ſumma neque inferiores, neque ſuperiores. Neque enim obliqui ſunt corporis earum partes illae, quibus in articulos componuntur (*t*): quippe quod, quamvis in articulos, contra quam corpora caeterarum, componantur, inſiſtunt iis continuata corporum ſerie, poneque eas, ut pone corpora caeterarum, viae nervorum ſunt; quae quum in caeteris retro compleantur proceſſibus obliquis, hîc complentur nullis. Quos ſi haberent, flexioni articulorum corporum impedimento eſſent.

CAPUT XII.

De ſpinis vertebrarum.

I. Accedunt ſpinae à medio ſcutulo prominentes in partem poſteriorem mediam (*v*). Quibus ligatis inter ſe, conſtrictisque, columna à poſteriore parte firmatur magis, impedi-

(*q*) *Oſſium t.* X. *ic.* V. f *dextr.* & *ſiniſtr.*

(*r*) *Oſſium t.* IX. *ic.* II. f. *ſiniſtr.* & *dextr.*

(*s*) *Oſſium t.* X. *ic.* II. e.

(*t*) Vide ſupra cap. IX. §. V. IX. XVI.

(*v*) *Oſſium t.* VIII. *ic.* II. & III. h. *Et t.* IX. *ic.* II. & III. m. *Et t.* X. *ic.* II. & III. l.

diturque, ne quid ultra, quam expedit, flectatur in priora.

II. Earum magna diſparitas eſt. Generatim autem quae in lumbis ſunt, pleniores ſunt, quam quae in dorſo, imaque cervicis; atque his ſequentes cervicis minus plenae (*w*).

III. Omnes oblongae ſunt, craſſae, latae, latitudine ab altera parte directa in dextram, ab altera in laevam, iisque lateribus planiores (*x*).

A ſcutuli altitudine tota ſenſim ab utroque latere ſurgunt radice ſinuata (*y*). A qua per latera ſenſim anguſtantur (*z*), intraque ea extenuantur, rurſusque in fine aliquantum craſſeſcunt (*a*).

Supraque per longitudinem acutiores, inde ſenſim craſſeſcunt in inferiora (*b*).

IV. Senſimque per longitudinem columnae differunt aliae ab aliis (*c*). Quocirca ſingulorum ſeriem perſequemur.

V. Prima lumborum longior primâ ſacri (*d*).

Secunda, tertia, & quarta, primâ longiores, fereque inter ſe aequales (*e*).

Quinta his aliquanto brevior (*f*). Hac brevior dorſi prima, hac ſecunda (*g*).

Dorſi

(*w*) *Oſſium t.* VIII. *ic.* III. h. *Et t.* IX. *ic.* III. m. *Et t.* X. *ic.* III. l.

(*x*) *Oſſium t.* VIII. *ic.* II. & III. h. *Et t.* IX. *ic.* II. & III. m. *Et t.* X. *ic.* II. & III. l.

(*y*) *Oſſium t.* VIII. *ic.* IV. V. II. h. *Et t.* IX. *ic.* IV. V. II. m. *Et. t.* X. *ic.* IV. V. II. l.

(*z*) *Oſſium t.* VIII. *ic.* III. h. *Et t.* IX. *ic.* III. m. *Et t.* X. *ic.* III. l.

(*a*) *Oſſium t.* VIII. *ic.* IV. & V. h. *Et t.* IX. *ic.* IV. V. II. m. *Et t.* X. *ic.* IV. V. II. l.

(*b*) *Oſſium t.* VIII. *ic.* IV. h. *Et t.* IX. *ic.* IV. & II. m. *Et t.* X. *ic.* IV. VII. II. l.

(*c*) *Oſſium t.* VIII. *ic.* III. & II. h. *Et t.* IX. *ic.* III. & II. m. *Et t.* X. *ic.* III. & II. l. *Et ſceleti t.* III. & II.

(*d*) *Oſſium t.* VIII. *ic.* III. h; *comparata cum t.* VII. *ic.* III. d.

(*e*) *Oſſium t.* VIII. *ic.* III. h.

(*f*) *Oſſium t.* VIII. *ic.* III. h.

(*g*) *Oſſium t.* IX. *ic.* III. m.

Dorſi tertia aliquanto longior ſecundâ: tertiâ longior quarta, fere aequalis lumborum mediis: quartâ longior quinta, hac ſexta, hac ſeptima (*h*).

Septimâ brevior octava, indeque usque ad cervicis ſecundam, ut quaeque ſuperior, ſic inferiore brevior (*i*).

Cervicis primâ multo brevior ſecunda. Hac breviores ſequentes tres, tertia, quarta, quinta, breviſſimae omnium (*k*).

His multo longior ſexta (*l*).

VI. Prima lumborum à principio latior primâ ſacri (*m*).

Hac latiores ſequentes lumborum, latitudine ſatis ſimiles inter ſe (*n*).

His aliquanto anguſtior dorſi prima, & ſecunda (*o*).

His latiores ſequentes ſeptem (*p*).

Rurſus anguſtior decima, hac undecima, hac duodecima, hac cervicis prima (*q*).

Cervicis primâ multo anguſtiores, quae ſequuntur quinque (*r*).

VII. Inde lumborum prima ſenſim anguſtatur ad finem usque (*s*).

Sequentes quatuor primum anguſtantur, rurſusque lateſcunt (*t*). Hic autem, inque ſequentibus, criſtae, qua infra procurrunt (*v*), ratio non habetur.

Dorſi

(*h*) *Oſſium t.* IX. *ic.* III. m.

(*i*) *Oſſium t.* IX. *ic.* III. m. *Et t.* X. *ic.* III. l.

(*k*) *Oſſium t.* X. *ic.* III. l.

(*l*) *Oſſium t.* X. *ic.* III. l.

(*m*) *Oſſium t.* VIII. *ic.* III. h.

(*n*) *Oſſium t.* VIII. *ic.* III. h.

(*o*) *Fere cognoſcitur ex t. oſſium* IX. *ic.* III. m.

(*p*) *Fere cognoſcitur ex t. oſſium* IX. *ic.* III. m.

(*q*) *Fere cognoſcitur ex t. oſſium* IX. *ic.* III. m: *& t.* X. *ic.* III. l.

(*r*) *Oſſium t.* X. *ic.* III. l.

(*s*) *Oſſium t.* VIII. *ic.* III. h.

(*t*) *Oſſium t.* VIII. *ic.* III. h.

(*v*) Infra §. XVIII.

Dorſi quoque primae tres ſenſim anguſtantur, rurſusque ante finem lateſcunt, ſed proximâ lumborum minus (*w*).

Sequentes ſeptem fere ad finem usque anguſtantur: ipſo autem fine aliquantum lateſcunt (*x*).

Fereque quae ſuperſunt dorſi, cervicisque ſex, anguſtantur ad finem usque: aliquibus usque ad tuberculum extremum (*y*).

VIII. Prima ſecundaque lumborum ſupra per longitudinem leviter gibbae, infra ſinuatae, eoque deorſum curvatae ſunt (*z*).

Tertiae, quartae, quintae, dorſique primae, ora ſuperior rectior, leviter in fine ſinuata. Inferior ſinuata (*a*).

Dorſi ſecundae, tertiaeque, leviter ſinuata ſuperior. Inferior primae ſimilis (*b*).

Sequentibus ſeptem ſuperior primum leviter gibba, dein ſinuata. Inferior generatim rectior: quartae leviter ſinuata: ſequentibus fere recta, inque fine ſinuata (*c*).

Dorſi undecimae ſuperior quoque primum gibba, dein ſinuata: inferior gibba (*d*).

Duodecimae ſuperior ſinuata, inferior gibba (*e*).

Cervicis primarum trium ſinuata ſuperior, inferior rectior (*f*).

Quartae rectior utraque (*g*).

Quintae ſuperior gibba, inferior rectior (*h*).

Sextae quoque gibba ſuperior, ſed ſinuata inferior (*i*).

IX.

(*w*) *Oſſium t.* IX. *ic.* III. m.

(*x*) *Oſſium t.* IX. *ic.* III. m.

(*y*) *Oſſium t.* IX. *ic.* III. m. *Et t.* X. *ic.* III. l.

(*z*) *Oſſium t.* VIII. *ic.* III. h.

(*a*) *Oſſium t.* VIII. *ic.* III. h. *Et t.* IX. *ic.* III. m.

(*b*) *Oſſium t.* IX. *ic.* III. m.

(*c*) *Oſſium t.* IX. *ic.* III. m.

(*d*) *Oſſium t.* IX. *ic.* III. m.

(*e*) *Oſſium t.* IX. *ic.* III. m.

(*f*) *Oſſium t.* X. *ic.* III. l.

(*g*) *Oſſium t.* X. *ic.* III. l.

(*h*) *Oſſium t.* X. *ic.* III. l.

(*i*) *Oſſium t.* X. *ic.* III. l.

IX. Prima lumborum deſinit in mucronem hebetem, per altitudinem gibbum (*k*).

Similis ſecundae, tertiae, & quartae: ſed infra ad criſtam (*l*) quoque pertinet, ab extremo acumine ſuo ſecundum eam gibbus (*m*).

Quintae, proximisque dorſi duabus, mucro retro deorſum verſus cum ipſa ſpina craſſeſcit, obtuſusque eſt, ac retro infraque leviter dehiſcit, ut tuberculis finiatur duobus, dextro & ſiniſtro (*n*). Multo autem minor eſt dorſi primae, quam quintae lumborum: ſecundae aliquanto major, quam primae.

Dorſi tertiae minor, rotundior, tuberculisque finitur levioribus (*o*).

Sequentibus ſeptem tuberculum eſt oblongum per altitudinem, tanquam ſi latitudo oblique ſecta eſſet, ut ſupra hebes ſit, infra acuta: acutiorque ſexta, ſeptima, octava, & nona (*p*).

Sed dorſi ſuperiores duae, cervicisque ima, deſinunt in tuberculum rotundius (*q*).

Quae ſequuntur cervicis quinque, extremo bicornes ſunt, cornubus in tubercula deſinentibus, & tum retro tum infra diductis in latera (*r*). Infraque per longitudinem ſinuatae ſunt, ſimilitudine ſemicanalis, pertinentis ad intercapedinem cornuum (*s*). Eoque ad muſculos appoſitos excipiendos idoneae ſunt.

Cornua ſecundae parva, minusque diducta. Majora ac diductiora ſequentibus tribus. Sextae maxima (*t*).

X.

(*k*) *Oſſium t.* VIII. *ic.* III. & II. h.
(*l*) Infra §. XVIII.
(*m*) *Oſſium t.* VIII. *ic.* III. & II. h.
(*n*) *Oſſium t.* VIII. *ic.* II. h. *Et t.* IX. *ic.* II. m.
(*o*) *Oſſium t.* IX. *ic.* II. m.
(*p*) *Oſſium t.* IX. *ic.* II. & III. m.
(*q*) *Oſſium t.* IX. *ic.* II. & III. m. *Et t.* X. *ic.* II. & III. l.
(*r*) *Oſſium t.* X. *ic.* II. l m m.
(*s*) *Oſſium t.* X. *ic.* V. & VI. l m m.
(*t*) *Oſſium t.* X. *ic.* II. l m m.

X. Craſſitudinis rationem definire difficile, eo quod omni ex parte aeque craſſa quaeque non eſt, ſenſimque extenuantur, rurſusque craſſeſcunt.

Qua vero parte, ut unam eligamus, tenuiſſimae ſunt, ea tenuior lumborum prima, quam ſecunda & tertia, quae fere aequales inter ſe. His tenuior quarta, hac quinta craſſior, hac tenuior dorſi prima, hac ſecunda, hac tertia, hac quarta; poſt fere ſimiles usque ad undecimam; aliquanto craſſior undecima, hac duodecima, hac cervicis prima; hac multo tenuior colli ſecunda; hac multo craſſior tertia, hac craſſior quarta & quinta, his ſexta.

XI. Quae lumborum ſunt, dorſique prima, fere à ſua quaeque vertebra tendit retrorſum recta (*v*).

Dorſi ſecunda aliquantum inclinata deorſum. Sequentes, ut quaeque ſuperior, magis declives, usque ad ſeptimam. Sextae fere ſimilis obliquitate ſeptima, & octava. Ab hac ſequentes, ut ſequuntur, minus & minus declives; ut cervicis ſecunda parum declivis ſit (*w*).

Magis quam ſecunda declives ſequentes quatuor (*x*).

In dorſo cerviceque magis declives ora ſuperiore, quam inferiore (*y*).

XII. Diſtantque aliae ab aliis (*z*), primaque à proxima ſacri (*a*). Sed, praeterquam in lumbis, aliae in alias deorſum inclinatae ſunt (*b*).

Dorſi

(*v*) *Oſſium t.* VIII. *ic.* III. & II. h. *Et t.* IX. *ic.* III. m.

(*w*) *Oſſium t.* IX. *ic.* III. m. *Et t.* X. *ic.* III. l.

(*x*) *Oſſium t.* X. *ic.* III. l.

(*y*) *Oſſium t.* IX. *ic.* III. m. *Et t.* X. *ic.* III. l.

(*z*) *Oſſium t.* VIII. *ic.* III. h. *Et t.* IX. *ic.* III. m. *Et t.* X. *ic.* III. l. *Et ſceleti t.* III. *in ſpina.*

(*a*) *Sceleti t.* II. *inter* Φ & Γ *in ſpina.*

(*b*) *Oſſium t.* VIII. *ic.* III. h. *Et t.* IX. *ic.* III. m. *Et t.* X. *ic.* III. l. *Et ſceleti t.* III. *in ſpina.*

Dorſi ſexta, ſeptima, & octava, inclinatiores, & veluti imbricatae (*c*).

Minus inclinatae ſequentes dorſi ac cervicis, inque poſteriora diductiores (*d*).

XIII. Generaliterque extremis ſuis in lineam componuntur, quae figurae columnae reſpondet; eadem autem non eſt (*e*).

Siquidem ea & longitudinis & directionis ratio eſt, ut quae lumborum ſunt, longius pertineant in poſteriora, praeſertim mediae tres; proxima dorſi aliquanto minus longe, hac minus ſecunda; rurſusque hac longius tertia; ab hac minus & minus usque ad nonam; nona multo longius, hac decima, hac undecima, hac duodecima, fere ut lumborum quinta; duodecimâ minus prima cervicis; hac multo minus ſecunda; hac tertia, quarta, & quinta, quae fere aequales inter ſe; his denique longius ſexta (*f*).

XIV. Omnes autem ad formam columnae apte conveniunt. In lumbis ad ſinum curvaminis eorum: indeque aptant ſe ſenſim ad amplam dorſi in priora curvationem: poſteaque ad contrariam cervicis (*g*).

XV. Conveniunt quoque ad mobilitatem.

Quum enim concedant, ut flectamus in priora, inque latera; non impediunt quoque, ne flectamus in poſteriora, quamvis retro promineant.

In lumbis autem cerviceque ac proxima utrisque dorſi parte ea ra-

(*c*) *Oſſium t.* IX. *ic.* III. m.

(*d*) *Oſſium t.* IX. *ic.* III. m. *Et t.* X. *ic.* III. l. *Et ſceleti t.* III. *in ſpina.*

(*e*) *Oſſium t.* VIII. *ic.* III. h. *Et t.* IX. *ic.* III. m. *Et t.* X. *ic.* III. l. *Et ſceleti t.* III. *in ſpina.*

(*f*) *Colligi poteſt ex t. oſſium* VIII. *ic.* III. h. *Et t.* IX. *ic.* III. m. *Et t.* X. *ic.* III. l.

(*g*) *Oſſium t.* VIII. *ic.* III. *&* II. h. *Et t.* IX. *ic.* III. *&* II. m. *Et t.* X. *ic* III. *&* II. l. *Et ſceleti t.* III. *&* II.

ratio eſt, ut ea retrorſum curvari, quantum expedit, ſinant, priusquam aliae in alias incurrant extremis ſuis (*h*).

Inque cervice, quum curvamus retrorſum, inter primam ſextamque componunt ſe ſcite quae intermediae ſunt (*i*).

Medio in dorſo imbricatae, compactioresque (*k*): quippe quod retrorſum obſequitur magis, quam curvatur.

Per inferiorem dorſi partem eo à lumbis ad firmitatem columnae aptatae magis, quo propius medium ventum eſt. A quo rurſus ſupra in cervicem ſenſim aptatae magis ad laxitatem (*l*).

XVI. Retroque, quae in lumbis ſunt, dorſoque, ac cervicis ima, hebetes, aptataeque ad formam eorum (*m*), eminent nobis leviter absque noxa.

In cervice, quae ſupra primam ſunt, veluti retractiores, minus eminent, neque impedimento ſunt muſculis ibi locatis (*n*).

XVII. Locusque & ſedes muſculis ſunt, vectisque iis praebent uſum.

Sic, quia ſexta cervicis longius prominet, facilius detrahitur per affixos muſculos, cervixque à ſummo curvatur melius. Sedesque praeterea, quia major, inhaerentibus eſt muſculis craſſioribus; ſpinalibus cervicis, quibus ipſa detrahitur; obliquis inferioribus, quibus atlas movetur; rectis poſticis majoribus, quibus movetur caput.

De

(*h*) *Colligi poteſt ex t. oſſium* VIII. *ic.* III. h. *Et t.* IX. *ic.* III. m. *Et t.* X. *ic.* III. l. *Et ſceleti t.* III.

(*i*) *Colligi poteſt ex t. oſſium* X. *ic.* III. l. *Et ſceleti t.* III.

(*k*) *Oſſium t.* IX. *ic.* III. m. *Et ſceleti t.* III.

(*l*) *Colligi poteſt ex t. oſſium* IX. *ic.* III. m. *Et ſceleti t.* III.

(*m*) *Oſſium t.* VIII. *ic.* III. & II. h. *Et t.* IX. *ic.* III. & II. m. *Et t.* X. *ic.* III. & II. l. *Et ſceleti t.* III. & II.

(*n*) *Oſſium t.* X. *ic.* III. l. *Et ſceleti t.* III.

De quo plura afferre alienum eſt inſtituto hujus libri.

XVIII. Spinae autem lumborum, dorſique inferiores, infra veluti criſtatae ſunt per longitudinem, procurrentes acumine (*o*). Ubi ligamenta, quae interſunt, ſpinasque continent, affiguntur; & muſculi interſpinales.

Ibi quae reliquarum dorſi ſunt, imaque cervicis, lineam habent leviter eminentem, ab utroque ejus latere ſinuatae, ſcabraeque: ubi ligamenta illa affiguntur.

Aliquibus autem dorſi ac cervicis lineae loco incile eſt (*p*).

XIX. Spina denique ſummae cervicis non niſi levi indicio, tuberculo ſimili, veluti inchoata eſt (*q*), unde recti poſtici minores capitis incipiunt.

Itaque capiti retrorſum inclinando non obſtat (*r*), neque rectis poſticis majoribus capitis impedimento eſt.

CAPUT XIII.

De proceſſibus transverſis vertebrarum.

I. Ac muſculorum cauſſa transverſi prominent: in dorſo etiam cauſſa ſuſtinendarum coſtarum.

II. Hic primum meminiſſe oportet, radicem iis cum obliquo ſuperiore communem eſſe (*s*), exceptis cervicis ſummis duabus.

Cae-

(*o*) *Oſſium t.* VIII. *ic.* V. h, & *ic.* III. m. *Et t.* IX. *ic.* III. u.

(*p*) *Ut oſſium t.* IX. *ic.* V. m.

(*q*) *Oſſium t.* X. *ic.* II. X. IX. *δ*.

(*r*) *Colligi poteſt ex t. ſceleti* III. *in ſpina.*

(*s*) Supra cap. XI. §. II.

Caeterum alia eorum ratio in lumbis eſt (*t*), alia in dorſo (*v*), alia in cervice (*w*).

III. In lumbis oblongi ſunt, planiores, neque admodum craſſi, neque lati. Latitudineque ab altera parte directi in priora, ab altera in poſteriora (*x*).

Fundamentum muſculis praebent, vectisque uſum.

Summae proceſſus reperi à radicibus ſuis dejunctos, compoſitosque cum iis, ut mobiles eſſent.

IV. Orarum, quibus latitudo continetur, ratio haec (*y*).

Primi per longitudinem modice ſinuati ſupra, infra primum ſinuati, dein gibbi.

Secundi ſupra modice ſinuati, infra primum gibbi, dein ſinuati.

Tertiorum alter ſupra ſinuatus, infra gibbus: alter contra, ſupra gibbus, ſinuatus infra.

Quarti ſupra ſinuati. Infra alter fere gibbus; alter primum ſinuatus, dein gibbus.

Quinti ſinuati ſupra, infraque.

Omnesque gibbo circuitu coarctantur in mucronem.

V. A radice ſenſim extenuantur intra partem priorem & poſteriorem, rurſusque nonnihil craſſeſcunt in mucronem extremum (*z*).

Craſſiores primi, poſt hos ſecundi.

VI. Per longitudinem autem tum ante tum retro eminent, & qua parte eminent, craſſiores ſunt.

Quae eminentiae ante à corpore vertebrae, retro incipientes ab obliquo ſuperiore, ſenſimque humiliores, deſinunt circa proceſſuum extremum (*a*).

VII.

(*t*) *Oſſium t.* VIII. *ic.* I. & II. c.
(*v*) *Oſſium t.* IX. *ic.* II. & I. c.
(*w*) *Oſſium t.* X. *ic.* I. & III. gh.
(*x*) *Oſſium t.* VIII. *ic.* I. & II. c.
(*y*) *Oſſium t.* VIII. *ic.* I. & II. c.
(*z*) *Ut oſſium t.* VIII. *ic.* IV. & V. c.
(*a*) *Oſſium t.* VIII. *ic.* I. & II. c.

VII. Primi breviores; his ſecundi aliquanto longiores, his tertii; his quarti breviores, his quinti. Eademque ratione in latera protenduntur longius, breviusve (*b*).

VIII. Tenduntque in latera, retrorſum inclinati modice. Tendunt quoque oblique ſurſum, ſed quo quique ſuperiores, eo fere minus; ut ſummi fere transverſi ſint (*c*).

IX. Diſtantque inter ſe (*d*), imique ab oſſibus ilium (*e*), ac ſummi à coſtis imis (*f*).

Itaque corpore in latus curvato, neque alii incurrunt in alios, neque imi in coxas, ſummi in coſtas.

X. Retro in radice juxta partem inferiorem, inter transverſum & obliquum ſuperiorem, eminentia eſt (*g*), cui muſculus affigitur, qui aut multifido ſpinae accenſeri poteſt, aut pro ſeparato haberi (*h*).

XI. In dorſo autem quum coſtae ſecundum eos procedant, ad eas apti ſunt, & concinni (*i*).

XII. Primi breviſſimi, inſtar tuberculorum. Iidem veluti bicornes: ita in mucronem infra deſinunt, ſupraque procurrunt alio, ſurſum retrorſumque oblique directo (*k*).

XIII. Secundi aliquanto quam primi craſſiores, & longiores, ſpecie generatim terete (*l*). Tenuiores autem intra partem priorem & poſteriorem, anteque ab eminentia, per longitudinem ducta, tum ſupra tum infra eam oblique depreſſiores, ſinuatique. Ra-

(*b*) *Oſſium t.* VIII. *ic.* I. *&* II. C.

(*c*) *Oſſium t.* VIII. *ic.* I. II. III. C.

(*d*) *Oſſium t.* VIII. *ic.* I. *&* II. C.

(*e*) *Sceleti t.* I. *inter* u *in ſpina &* β *in coxis. Et t.* II. *inter* φ *in ſpina &* h *in coxis.*

(*f*) *Sceleti t.* I. *inter* k *in ſpina &* δ *in coſtis. Et t.* II. *inter* ν *in ſpina &* A *in coſtis.*

(*g*) *Oſſium t.* VIII. *ic.* V. *inter* g *&* c.

(*h*) *Muſculorum t.* XV. *ic.* II. V, X.

(*i*) *Sceleti t.* II. α *&c. in ſpina.*

(*k*) *Oſſium t.* IX. *ic.* III. *&* II. C.

(*l*) *Oſſium t.* IX. *ic.* II. *&* I. C *dextr.*

Radix intra partem ſuperiorem & inferiorem latior: ab ea infra ſupraque ſinuati, infra maxime: & primum anguſtati, dein rurſus lateſcunt (*m*).

Retroque per longitudinem leviter ſinuati (*n*), ante gibbi, eoque nonnihil curvati in poſteriora (*o*).

Deſinunt in tuberculum craſſius, idemque ovatum, intra partem priorem & poſteriorem tenuius (*p*).

Siniſter hîc quoque bicornis (*q*), ut primi (*r*).

XIV. Similes his dorſi ſequentes, ſed craſſiores, longioresque, tuberculo etiam majore (*s*).

Tertii, quarti, quinti, ſextique intra partem priorem & poſteriorem craſſiores caeteris.

Longitudine ſunt fere aequales inter ſe (*t*).

XV. Superiores autem illi decem à priori parte in tuberculo, in quod deſinunt, ſinum habent cartilaginoſum (*v*), quo recipiunt capitulum coſtae (*w*).

Quibus ſinibus circuitus fere rotundus eſt (*x*). Superiores ſeptem profundiores, perque altitudinem ſinuati. Reliqui planiores: imorumque loco fere planities ſunt, ubi aliis cartilaginoſi nihil. Aliis etiam undecimi ejusmodi planitiem habent.

Omnes diriguntur oblique in priora inque latus (*y*).

Po-

(*m*) *Oſſium t.* IX. *ic.* II. c *dextr.*
(*n*) *Oſſium t.* IX. *ic.* II. c *dextr.*
(*o*) *Ut oſſium t.* IX. *ic.* IV. *&* V. c.
(*p*) *Oſſium t.* IX. *ic.* II. c *dextr.*
(*q*) *Oſſium t.* IX. *ic.* II. c *ſiniſtr.* *&* *ic.* III. c.
(*r*) Supra §. XII.
(*s*) *Oſſium t.* IX. *ic.* II. *&* I. c.
(*t*) *Oſſium t.* IX. *ic.* II. c.
(*v*) *Oſſium t.* IX. *ic.* III. h.
(*w*) *Sceleti t.* II. *inter* V *&* c, W *&* e, X *&* g, Y *&* i, α *&* l, δ *&* n, ε *&* p, ζ *&* r, η *&* t, θ *&* w *in ſpina* *&* *thorace.* *Et t.* III. *inter* η *&* W, ι *&* Z *in ſpina* *&* *thorace.*
(*x*) *Oſſium t.* IX. *ic.* III. h.
(*y*) *Oſſium t.* IX. *ic.* III. *&* I. h.

Poſituque conveniunt patulo in priora curvamini columnae partis hujus. Itaque ſummi ſpectant oblique deorſum: inde rectiores & rectiores, ut ſequuntur: inferioresque ſpectant ſurſum (*z*). Atque etiam ſuperiores propius inferiorem tuberculi partem ſunt: inde octavi nonique circa medium: decimi ad partem ſuperiorem (*a*).

XVI. Transverſi autem dorſi omnes tendunt in latus retrorſum, qua praetergredientes coſtae pateſcunt (*b*).

Tendunt quoque nonnihil ſurſum, eo fere magis, quo quique ſuperiores: ſummi autem prope transverſi ſunt (*c*).

XVII. Protenduntur que ſecundi longius quam primi, tertii longius quam ſecundi; ſequentes fere aequaliter usque ad decimos: decimi autem longius quam noni, undecimi longius quam decimi, duodecimi longius quam undecimi; quod fit eo quod vertebrae hae tres, ut ſuperiores, ſic latiores ſunt (*d*).

Continuaque ſerie in utroque latere alii ab aliis intervallo ſatis longo disjuncti ſunt (*e*), primique à lumborum quintis (*f*), ultimi à primis cervicis (*g*).

XVIII. Verum in cervice plurimum diſcrepant (*h*).

Breves ſunt, intervallisque disjuncti alii ab aliis (*i*), primique à dorſi ſummis (*k*), ſummi à calvaria (*l*), ut ſedem muſculis praebeant idoneam, neque impediant flexilitatem cervicis.

XIX.

(*z*) *Oſſium t.* IX. *ic.* III. h.
(*a*) *Oſſium t.* IX. *ic.* III. h.
(*b*) *Oſſium t.* IX. *ic.* IV. V. III. II. I. c.
(*c*) *Oſſium t.* IX. *ic.* II. & I. c.
(*d*) *Oſſium t.* IX. *ic.* II. & I. c.
(*e*) *Oſſium t.* IX. *ic.* II. III. I. c.
(*f*) *Sceleti t.* II. *infra* λ *in ſpina.*
(*g*) *Sceleti t.* I. *inter* Σ & Θ *in ſpina.*
(*h*) *Oſſium t.* X. *ic.* I. III. II. ghi.
(*i*) *Oſſium t.* X. *ic.* I. II. III. ghi.
(*k*) *Sceleti t.* I. *inter* Θ & Σ *in ſpina.*
(*l*) *Sceleti t.* II. *inter* y & i *in ſpina & capite. Et t.* III. *inter* p & H *in ſpina & capite.*

XIX. Omnibus autem radices ſunt duae: altera poſterior, altera prior.

Poſteriorem in inferioribus quinque communis transverſo & obliquo ſuperiori radix exigit (*m*), ut in aliis transverſum (*n*);

In ſummis autem duabus, ubi obliquus ſuperior nullus eſt, eam ſolam arcus emittit: & in ſexta quidem radix juxta truncum (*o*): in ſumma principium totum (*p*).

Prior à latere corporis accedit (*q*).

Quibus confluentibus in unum, proceſſus fit (*r*).

XX. Inferiores quinque ſupra per longitudinem ſinuati toti, eoque tenues ſunt (*s*).

Qui ſinus incipit à lunula ſuperiore radicis arcus, qua ad viam nervi pertinet. Ab eaque lunula ex arcu corporeque, indeque ex radicibus proceſſus, proceſſuque ipſo, ſemicanalis eſt, ſupra patens (*t*), per quem nervus à medulla emiſſus procedit.

Ac paries hujus ſemicanalis prior brevis eſt primis, humilisque: poſterior caeteris multo amplior, id eſt, altior, longiorque, idemque craſſior (*v*).

Sequentibus prior altior poſteriore, ſed brevior (*w*).

Parietes, quo proceſſus ſuperioris, eo diſtant inter ſe minus, ſinusque anguſtior eſt (*x*), reſpondens capacitate nervo, qui inſidet.

XXI.

(*m*) *Oſſium t.* X. *ic.* III. IV. V. g. IX. X. g h.

(*n*) Supra cap. XI. §. II.

(*o*) *Oſſium t.* X. *ic.* VIII. g.

(*p*) *Oſſium t.* X. *ic.* IX. & X. g.

(*q*) *Oſſium t.* X. *ic.* I. III. IV. V. VI. VIII. IX. X. h.

(*r*) *Oſſium t.* X. *ic.* III. IV. V. VIII. IX. X. g h.

(*s*) *Oſſium t.* X. *ic.* III. & IV. i.

(*t*) *Oſſium t.* X. *ic.* IV. *circa* g h i.

(*v*) *Oſſium t.* X. *ic.* I. & III. g h.

(*w*) *Oſſium t.* X. *ic.* III. h g.

(*x*) *Oſſium t.* X. *ic.* III. i.

XXI. Ab exteriore parte ſinus infra gibbi ſunt, ad formam ſinus (*y*); ante (*z*), & retro (*a*), planiores.

XXII. Iidem in fine bicornes ſunt. Siquidem paries uterque procurrit tuberculo, inter quae ora lunata eſt (*b*).

XXIII. Sextis autem radices anguſtiores, ſenſimque intra partem priorem & poſteriorem anguſtati, deſinunt in mucronem gibbum (*c*), infra depreſſiorem.

XXIV. Septimi inſignes ſunt. Radix prior ante, poſterior retro planior. A quibus proceſſus amplior, ſatisque craſſus, extremo hebes, latitudineque ſua oblique poſitus, & ab altera quidem parte in priora ſurſum, ab altera in poſteriora deorſum directus (*d*).

Sic fit, ut, quemadmodum de ſpina ſextae diximus (*e*), ſedes idonea & locus ſint muſculis craſſioribus, qui affiguntur; obliquis praeſertim inferioribus capitis, ſuperioribusque.

XXV. Omnes in latera tendunt oblique deorſum (*f*). Caeteris tendunt magis deorſum ſexti (*g*).

Tendunt quoque oblique in priora ſecundi, tertii, quarti, quinti (*h*). Primi & ſeptimi rectius in latera (*i*). Sexti nonnihil retrorſum (*k*).

XXVI. Per longitudinem infra nonnihil ſinuati primi, ſupra rectiores (*l*). Supra infraque, tum ante tum retro, ſinuati reliqui (*m*).

XXVII.

(*y*) *Oſſium t.* x. *ic.* v. g h.
(*z*) *Oſſium t.* x. *ic.* I. h.
(*a*) *Oſſium t.* x. *ic.* III. g.
(*b*) *Oſſium t.* x. *ic.* III. I. IV. V. g h.
(*c*) *Oſſium t.* x. *ic.* III. & I. g h.
(*d*) *Oſſium t.* x. *ic.* I. II. III. IX. x. h g.
(*e*) Cap. XII. §. XVII.
(*f*) *Oſſium t.* x. *ic.* I. II. III. g h.
(*g*) *Oſſium t.* x. *ic.* I. h.
(*h*) *Oſſium t.* x. *ic.* III. IV. V. g h.
(*i*) *Oſſium t.* x. *ic.* III. IX. X. g h.
(*k*) *Oſſium t.* x. *ic.* III. & VIII. g h.
(*l*) *Oſſium t.* x. *ic.* I. h g.
(*m*) *Oſſium t.* x. *ic.* I. II. III. g h.

XXVII. Primis aliquanto breviores ſecundi, tertii, quarti, & quinti. His multo breviores ſexti. Longiores ſeptimi, fere ut primi (*n*).

XXVIII. Inque cervice minus longe protenduntur primi, quam proximi dorſi (*o*). Poſt primos ſequentes, ut ſequuntur, minus & minus (*p*). Sed ſummi longiſſime (*q*).

Itaque, qui inter ſummos dorſi ſummoſque cervicis ſunt, quia breviores, impedimento non ſunt muſculis appoſitis; ſummique, quia longius protenduntur, per affixos eis muſculos detrahuntur facilius, eoque cervix in latera curvatur melius; quemadmodum diximus de ſpinis (*r*).

XXIX. Interque radices perforati ſunt, foraminibus generatim orbiculatis (*s*). Quae inter exortum radicum ex arcu corporeque, inde è radicibus ad poſtremum confluentibus, fiunt (*t*).

XXX. Eaque inferioribus quinque recta ſurſum deorſumque ſpectant (*v*).

Quartorum dextro loco foraminis unius duo hîc ſunt, majore altero, altero multo minore, eoque à parte illius priore poſito.

Secundorum ſiniſtro unum quum ſit, tamen inchoata in eo diviſio in circumferentia eſt.

XXXI. Sextis ſemicanalis eſt (*w*), in foramen deſinens (*x*). Semicanales in partibus corporis ſextae infra ſunt illis, quibus in dex-

(*n*) *Oſſium t.* X. *ic.* I. g h.
(*o*) *Sceleti t.* I. Θ Σ *in ſpina. Et t.* II. T V *in ſpina.*
(*p*) *Oſſium t.* X. *ic.* I. *&* II. g h.
(*q*) *Oſſium t.* X. *ic.* I. *&* II. g h.
(*r*) Cap. XII. §. XVI. & XVII.
(*s*) *Oſſium t.* X. *ic.* I. IV. V. III. VIII. IX. X. k.
(*t*) *Oſſium t.* X. *ic.* IV. V. III. VIII. X. *circum* k.
(*v*) *Oſſium t.* X. *ic.* IV. *&* V. k.
(*w*) *Oſſium t.* X. *ic.* VI. *ſupra e ſiniſtr.*
(*x*) *Oſſium t.* X. *ic.* III. *&* VIII. k.

dextram laevamque lateſcens, ſummam ſuſtinet. Curvantque ſe in latus, ſinu directo deorſum: ac mox infra orbes ſuſtentaculorum in foramina proceſſuum vertuntur, quae ſinu per ſuperiorem partem transverſi procurrunt mucronem verſus, in latus ſurſumque oblique directa (*y*).

Fiunt haec ex forma, qua ſuſtentacula infra ſunt (*z*).

XXXII. Summis foramina ſurſum inque latus ac retrorſum directa ſunt, eademque majora (*a*).

Ea autem ſupra procurrunt ſinu amplo, vel potius ſemicanali, qui ſe circum poſteriora corporis atlantis, qua parte caput ſuſtinet, inque ſuperiore parte proximi principii arcus poſterioris curvat, ac ſimul ſic flectit, ut ſupra primum gibbus, dein ſinuatus ſit, deſinens ad foramen vertebrae (*b*).

Alter autem hîc, ut aliis, plenus in fine canalis eſt (*c*). Ibi nimirum ſumma ſinus ora poſterior ac prior, ab arcu poſteriore ad ſummum calvariae ſuſtentaculum, conjunguntur veluti ponticulo, ad formam foraminis, quod complet, arcuato (*d*).

XXXIII. Jam vero foramina primorum quinque, ſemicanalesque cum foraminibus ſextorum, ac foramina ſeptimorum alia aliis imminent, dextra dextris, ſiniſtra ſiniſtris, ſpecie canalis interrupti (*e*).

Aſcendit is oblique introrſum usque ad ſemicanalem ſexti: per quem, foramenque, in quod is deſinit, curvatur extrorſum, poſteaque aſcendit oblique extrorſum, ſupraque à foramine transverſi ſum-

(*y*) *Oſſium t.* x. *ic.* III. & VIII. k.

(*z*) Vide cap. IX. §. III.

(*a*) *Oſſium t.* x. *ic.* x. IX. III. k.

(*b*) *Oſſium t.* x. *ic.* II. III. IX. ε *ſiniſtr.*

(*c*) *Oſſium t.* x. *ic.* IX. & III. ζ.

(*d*) *Oſſium t.* x. *ic.* II. III. IX. η.

(*e*) *Intelligi poteſt ex t. oſſium* x. *ic.* III. k.

ſummae retrorſum curvatus, procurrit ſemicanali (*f*), quem ſummam ſupra habere diximus (*g*).

Pertranſeunt arteriae & venae, quae vocantur vertebrales. Commodeque per eos inter tot capita caudasque muſculorum, quae proceſſibus hîc affiguntur, procedunt.

Per foraminum autem, quae loco unius eſſe diximus, geminorum alterum vena, per alterum penetrabat arteria.

CAPUT XIV.

De foraminibus vertebrarum.

I. Poſt haec ſequuntur, quae ad foramina vertebrarum pertinent.

Magna ſunt, ſpectantque ſurſum & deorſum (*h*).

Ante è corpore vertebrae, indeque fiunt ex arcu (*i*).

In ſumma autem cervicis ante eſt pars corporis ejus dextra & ſiniſtra (*k*), inque intercapedinem earum inſerta axis ſextae (*l*).

II. Summae fere ovatum eſt, ante rectius, intra dextram laevamque latius (*m*).

In ſexta triangulum eſt aequalibus lateribus; latusque prius rectius, reliqua duo leviter arcuata, anguli rotundi, poſterior minor (*n*).

In

(*f*) *Oſſium t.* x. *ic.* III. k ε.
(*g*) Supra §. XXXII.
(*h*) *Oſſium t.* x. *ic.* IV. & V. p. *Et t.* IX. *ic.* IV. & V. t. *Et t.* VIII. *ic.* IV. & V. o.
(*i*) *Oſſium t.* x. *ic* IV. & V. p. *Et t.* IX. *ic.* IV. & V. t. *Et t.* VIII. *ic.* IV. & V. o.
(*k*) *Oſſium t.* x. *ic.* II. β x, β z.
(*l*) *Oſſium t.* x. *ic.* II. r.
(*m*) *Oſſium t.* x. *ic.* IX. & X. p.
(*n*) *Oſſium t.* x. *ic.* VII. p.

In ſequentibus forma quoque triangularis, ſed diſparibus lateribus: quorum lateralia duo priore breviora ſunt, aequalia inter ſe (*o*).

Quintae cervicis, quartae, tertiae, ſecundae, latera rectiora, anguli minores (*p*).

His anguli majores imae cervicis, latera leviter ſinuata.

Summae dorſi magis ſinuatum latus prius, eoque foramen rotundius.

Rotundius ac rotundius ſequentibus tribus, ut ſequuntur, latere priore magis ſinuato.

Sequentibus quinque fere rotundum (*q*).

Rurſus proximae forma magis triangulari: indeque ſequentibus reliquis fere magis ac magis, ut ſequuntur.

Tertiae autem dorſi, ſecundaeque, ac primae, itemque lumborum proximis duabus, latus prius ſinuatum: lumborum mediae fere rectum (*r*): inferioribus etiam gibbum (*s*).

Angulique priores profundius ſinuati cervicis inferioribus quinque, dorſique ſuperioribus tribus (*t*). Dorſi autem inferioribus quatuor, lumborumque omnibus, praeſertim infra (*v*). Pertinent ad vias nervorum (*w*).

III. Qua parte intra dextram laevamque latiſſima ſunt, latius ſummae cervicis (*x*).

Anguſtius ſextae, differentia ſatis magna (*y*).

Ab

(*o*) *Oſſium t.* X. *ic.* IV. & V. p. *Et t.* IX. *ic.* IV. & V. t. *Et t.* VIII. *ic.* IV. & V. o.

(*p*) *Ut oſſium t.* X. *ic.* IV. & V. p.

(*q*) *Ut oſſium t.* IX. *ic.* IV. & V. t.

(*r*) *Oſſium t.* VIII. *ic.* IV. & V. o.

(*s*) *Oſſium t.* VIII. *ic.* II. a.

(*t*) *Ut oſſium t.* X. *ic.* IV. & V. p.

(*v*) *Ut oſſium t.* VIII. *ic.* IV. & V. o.

(*w*) De quibus infra §. VII.

(*x*) *Oſſium t.* X. *ic.* IX. & X. p: & *ic.* II.

(*y*) *Oſſium t.* X. *ic.* VII. p: & *ic.* II.

Ab hac ſequentibus usque ad imam ſenſim, ut ſequuntur, aliquanto latius (*z*).

In ima aequale ſecundae.

Ab ima ſequentibus dorſi quatuor, ut ſequuntur, anguſtius.

Earum inferiori ſimile ſequentibus totidem (*a*).

Inde usque ad lumborum quartam ſenſim, ut inferioris, latius.

Quartae lumborum, tertiae, ſecundae, aliquanto anguſtius quam quintae: quibus aequalia inter ſe (*b*).

His latius primae. Hac, ſacri ſummae.

IV. Ubi vero latiſſima ſunt intra partem priorem & poſteriorem, ibi aliquanto quidem latiora cervicis ſummis duabus (*c*), quam caeteris: caeteris fere aequalia inter ſe (*d*), niſi quod in lumborum ſuperioribus quatuor aliquanto anguſtiora ſint (*e*). Imaeque eorum foramine anguſtius principium canalis ſacri.

V. Foraminaque cum radicibus arcus recta ſunt, ab iis cum arcu deorſum inclinata (*f*).

VI. Alia autem aliis recta ſuperimpoſita ſunt, ut reſpondeant.

Ex quo canalis fit interruptus, qui magno calvariae foramini ſuppoſitus, ab eo per vertebras cervicis, dorſi, & lumborum, ad ſacri canalem (*g*) procedit: cum eoque, qui pars ejus inferior eſt, à calvaria ad extremum ſacrum pertinet.

Spinae medulla per eum ab encephalo deſcendit, hoc tuta munimento. In quam ſumma, quando in dextram ſiniſtramve vertitur, non incurrit, quod foramen ejus intra partes illas latius eſt (*h*).

VII.

(*z*) *Ut oſſium t.* X. *ic.* IV. *&* V. p. *Et t.* IX. *ic.* IV. *&* V. t.

(*a*) *Ut oſſium t.* IX. *ic.* IV. *&* V. t.

(*b*) *Ut oſſium t.* VIII. *ic.* IV. *&* V. O.

(*c*) *Oſſium t.* X. *ic.* IX. X. *&* VII. p.

(*d*) *Ut oſſium t.* X. *ic.* IV. *&* V. p.

(*e*) *Ut oſſium t.* VIII. *ic.* IV. *&* V. O.

(*f*) Vide ſupra cap. X. §. VII.

(*g*) Supra cap. VI. §. XLIV. XLV.

(*h*) Supra §. II.

VII. Foraminibusque canalis ille per longitudinem ſuam totam patet utrimque triginta (*i*), hians praeterea extremo (*k*).

Per quas vias nervi à medulla emiſſi exeunt, penetrantque arteriae & venae.

VIII. Foramina prima ſunt inter calvariam & vertebram ſummam cervicis: ſequentia inter duas quasque vertebras proximas inter ſe, in cervice, dorſo, lumbis, ſacro, interque hoc & coccygem, quae poſtrema ſunt.

Prima ſemicanales illi ſunt, quibus procurrere foramina diximus (*l*) proceſſuum transverſorum ſummae cervicis (*m*).

Secunda fiunt ex corpore ſummae, lunatisque principiis arcus tum ſummae, tum illius, quae proxima infra ſequitur (*n*). Neque retro complentur oſſe: quippe quod proceſſus ibi obliqui nulli ſunt.

Sequentia fiunt ex corporibus cum ligamento quod intereſt: indeque ſupra infraque ex lunatis principiis arcuum: poſtque haec ex proceſſibus obliquis (*o*). Magna haec ſunt, irregularia, fere ovata, per altitudinem latiora. In cervice minora: in dorſo majora: his majora in lumbis: per ſacrum usque in coccygem paulatim minora, ut inferiora.

(*i*) *Oſſium t.* x. *ic.* III. ε, q, *&c. Et t.* IX. *ic.* III. s, *&c. Et t.* VIII. *ic.* III. p, *&c. Et t.* VII. *ic.* IV. q *ſuper.*

(*k*) *Oſſium t.* VII. *ic.* II. *circa* aca *infer. Et ſceleti t.* II. *inter* Θ *&* Ξ *in ſpina.*

(*l*) Supra cap. XIII. §. XXXII.

(*m*) *Oſſium t.* X. *ic.* III. ε.

(*n*) *Oſſium t.* X. *ic.* III. q.

(*o*) *Oſſium t.* X. *ic.* III. q. *Et t.* IX. *ic.* III. s. *Et t.* VIII. *ic.* III. p. *Et t.* VII. *ic.* IV. q *ſuper.*

C A-

CAPUT XV.

De ratione ſpinae.

I. Atque his de ſpina membratim adductis, quae ad univerſam pertinent, adjungenda ſunt.

Igitur & firma ſtabilisque eſt ad ſuſtinendum, & facile per multas vicinasque ac parvas commiſſuras curvabilis, ad ſimilitudinem arcus flexibilis & reſilientis, unoquoque oſſiculo declinante intervallo minimo. Apta per quam lumbos, dorſumque, ac cervicem vel erigamus, vel aequaliter à ſummo, quo volumus, inflectamus, & quaſi torqueamus.

Via praeterea perpetua, qua ſpinae medulla tuta deſcendit, nervique emiſſi ab ea per cervicis corporisque longitudinem totam exeunt: atque ita quidem, ut neque comprimantur, neque diſtrahantur, quamvis eam, ſicut uſui eſt, flectamus.

II. Certaque ejus flexilitas, ut convenit.

Stabili primum ſacro plane firmata.

Supra hoc ad caput fere uſque quoquoverſus inclinari poteſt, & inflecti, in priora praeſertim, & in utrumque latus aequaliter, retrorſum minus: quodammodo etiam torqueri. Sic in ſceleto curvata eſt in dextram, quo, quum pede dextro potiſſimum ſtet, eoque coxa dextra ſublata ſit, laeva depreſſa, aequilibrium inveniatur (*p*).

Lumbis imoque dorſo firma, &, quantum neceſſarium eſt, flexilis. Firmior, quod vertebrae majores ſunt, corpora craſſiora al-

(*p*) *Sceleti t.* I. II. III.

altioraque atque orbibus ampliora, arcus validi, articuli poſteriores majores validioresque, atque ex capitulis per ſinus receptis compoſiti. Flexilis per intervalla inter corpora majora, eoque ligamenta interſerta longiora, perque arcus ſpinasque diſtantiores inter ſe, ſpinasque rectiores, breviores, permittentibusque articulis.

Medio dorſo ſtabilior per ſpatia inter corpora minora, eoque & ligamenta breviora, articulos rectiores, arcus adductiores, ſpinas longiores, imbricatimque connexas. Satis tamen flexibilis ob corpora tenuiora, breviora, orbibusque minoribus: permittuntque articuli.

In cervice flexibilis maxime: quod vertebrae minores ſunt, corpora minora, breviora, orbibus minoribus, ſpatiaque inter ea ad magnitudinis eorum rationem ſatis magna, interjectis ligamentis ſatis longis, obliquitatem articulorum, ſpinas medias breviores, minus imbricatas, laxiusque connexas.

Proxime caput certa lege, ut caput poſcit, per articulos mobilis.

Coccyge denique nonnihil obſequens.

111. Quod ad figuram attinet, ea ad aequilibrium, ſingularumque partium uſus apta eſt.

Nam à ſacro lumbi primum in priora ſurgentes, curvantesque ſe retrorſum, mox rectiores, in poſteriora modice inclinant, ſinu curvaminis eas in partes directo (q): eoque thoracem ſuſtinent commodius; neque ſurgenti eorum in priora curvamini obſtant ea, quae in ventre repoſita ſunt.

Inde ad dorſum retrorſum inclinans, leviter à ſummo inflexa eſt, cur-

(q) *Oſſium t.* VIII. *ic.* I. II. III. *Et ſceleti t.* I. II. III.

curvaminis ſinu directo in priora (*r*). Ac ſic conveniens eſt ad formam capacitatis thoracis: qui ex eo etiam in priora nimium non inclinat.

A dorſo ſurſum in priora cervix tendit, modice reflexa (*s*), recteque caput ſuſtinens, in priora quaſi pendulum.

Sub lumbis autem ſacrum primum inter coxas rectius retrorſum tendens, capacitatem pelvis auget. Recurvatur deinde cum coccyge aequabiliter in priora: eoque eadem pelvis infra coarctatur, ac corpus commode finitur (*t*).

IV. Pars quoque pertinet ad thoracem; quae nimirum ad coſtas eſt.

CAPUT XVI.

De thorace.

I. Nunc ad thoracem veniendum.

Is conceptaculum quoddam eſt, inter cervicem lumbosque poſitum (*v*).

Conſtat ex vertebris dorſi (*w*), ſternoque (*x*), ac coſtis quatuor & viginti (*y*).

II.

(*r*) *Oſſium t.* IX. *ic.* I. II. III. *Et ſceleti t.* I. II. III.

(*s*) *Oſſium t.* X. *ic.* I. II. III. *Et ſceleti t.* I. II. III.

(*t*) *Oſſium t.* VII. *ic.* I. II. III. V. VI. VII. *Et ſceleti t.* I. II. III.

(*v*) *Sceleti t.* I. II. III.

(*w*) *Sceleti t.* I. Ψ — h *in ſpina. Et t.* II. V — μ *in ſpina. Et t.* III. ζ — Φ *in ſpina.*

(*x*) *Sceleti t.* I. C — H *in thorace. Et t.* III. 24 *in thorace.*

(*y*) *Sceleti t.* I. I — ε *in thorace. Et t.* II. c — B *in thorace. Et t.* III. V — 16 *in thorace.*

II. Coſtarum omnium fundamentum ſpina eſt: ſuperiorum etiam ſternum.

De illa quum relatum ſit, proximum hoc eſt.

CAPUT XVII.

De ſterno.

I. Medio in pectore à jugulo in praecordia pertinet (*z*): oblongum, latitudine modica, ora ab utroque latere majorem partem lunata, ante & retro planius, neque admodum craſſum, totum ſpongioſum (*a*).

II. Compoſitum autem ex oſſibus tribus, per longitudinem continua ſerie junctis (*b*).

Quorum aliis inferiora duo aetate provectiore coïre ſolent, ſenioribus etiam ſuperiora, indicio ſuperſtite, maxime in parte priore, eminentibus veluti lineis transverſis.

III. Os ſuperius trianguli formam quodammodo habet, angulis obtuſis, baſi ſuperiore, lateribus brevioribus & aequalibus inter ſe: quippe principio latius, deorſum verſus coanguſtat ſe inſigniter, infraque ora finitur transverſa, leviter lunata (*c*).

IV. Medium ſuperiore multo longius, ora incipit transverſa, leviter gibba, reſpondente imae ſuperioris. A qua in inferiora paulatim modiceque lateſcit, rurſusque non longe à fine incurvis ſe lateribus contrahit, finiturque ora fere transverſa, & breviore (*d*).

V.

(*z*) *Sceleti t.* I. C D E F *in thorace.*
(*a*) *Oſſium t.* XIV. *ic.* I. II. III.
(*b*) *Oſſium t.* XIV. *ic.* I. II. III.
(*c*) *Oſſium t.* XIV. *ic* I. II. k k l.
(*d*) *Oſſium t.* XIV. *ic.* I. II. *inter* l & m.

v. Inferius ora incipit transverſa rectiore, reſpondente imae medii. Et oblongum quidem, ſed fere quadrangulum, multo anguſtius, breviusque (*e*).

Atque hoc infra gibbo circuitu in cartilaginem degenerat, quam appellant mucronatam (*f*).

Forma cartilagini epiglottidis eſt: ſed ejus in aliis aliisque multae magnaeque diſſimilitudines ſunt.

VI. Componiturque ora ima ſuperius cum ſumma medii (*g*): medium ora ima cum ſumma inferioris (*h*).

Iisque oris continuantur, quae interpoſita, ligamenta cartilaginoſa, craſſa, brevia (*i*). Per quae disjunguntur, continenturque ſic, ut per commiſſuras illas ſternum non plane rigidum ſit, ſed per longitudinem nonnihil obſequatur.

VII. Lateribus coſtas excipit ſuperiores ab utraque parte ſeptem (*k*). A quibus ſuſtinetur, ſuſtinens eas viciſſim.

VIII. Os autem ſuperius parte laterum ſuperiore continuum eſt cartilagini coſtarum primarum (*l*).

Ea laterum pars amplior eſt, ſinuata, aſperaque, triangularis circuitu, ſupra latior, inde lateribus longioribus coanguſtata, angulis rotundis (*m*).

IX. Coſtarum ſequentium ſex cartilagines recipit (*n*) per ſinus cartilaginoſos, per altitudinem lunatos, anguli quodammodo forma (*o*).

Primi

(*e*) *Oſſium t.* XIV. *ic.* I. II. *inter* m & q.

(*f*) *Oſſium t.* XIV. *ic.* I. II. q.

(*g*) *Oſſium t.* XIV. *ic.* I. II. l.

(*h*) *Oſſium t.* XIV. *ic.* I. II. m.

(*i*) *Oſſium t.* XIV. *ic.* I. II. III. l, m.

(*k*) *Sceleti t.* I. CDE *in thorace.*

(*l*) *Sceleti t.* I. *inter* C & M *in thorace.*

(*m*) *Oſſium t.* XIV. *ic.* III. & II. a.

(*n*) *Sceleti t.* I. *inter* HDG & P, R, T, W, Z, ⊖ *in thorace.*

(*o*) *Oſſium t.* XIV. *ic.* III. & II. b c, d, e, f, g, h i.

Primi ad commiſſuram ſunt oſſis ſuperioris cum medio, partem conferente utroque (*p*).

Subſequentes quatuor in medio (*q*).

Ultimi ad medii commiſſuram cum inferiore (*r*).

Minusque à locis, quibus cartilagines ſummae continuantur, diſtant ſinus primi, quam à primis illis ſecundi: ut ſequuntur, diſtant inter ſe minus: imi ab utraque parte duo proximi inter ſe (*s*).

Cum iis cartilagines coſtarum coïre ſenibus ſolent.

X. Interque partes, quibus coſtarum ſummarum cartilagines continuantur, ſinumque primum; interque ſinus ſequentes, infraque imum, orae quod eſt, lunatum eſt (*t*), ut tota latera veluti undulata ſint (*v*).

XI. Inter ſinus ſecundos, tertiosque, ac quartos, veluti lineae eminentes transverſae ſunt, exteriore in parte inſigniores (*w*). Notae ſunt ſeparationis priſtinae, ubi os medium aetate juniore ex transverſo diviſum fuerat in partes quatuor (*x*).

XII. Mediaque pars pectoris eſt (*y*), latius planiusque (*z*), atque inde à ſummo tendens deorſum, ſed ſimul oblique in priora, (*a*), ut convenit formae.

Ita-

(*p*) *Oſſium t.* XIV. *ic.* III. & II. b c.

(*q*) *Oſſium t.* XIV. *ic.* III. & II. d, e, f, g.

(*r*) *Oſſium t.* XIV. *ic.* III. & II. h i.

(*s*) *Oſſium t.* XIV. *ic.* III. & II. a, b c, d, e, f, g, h i.

(*t*) *Oſſium t.* XIV. *ic.* III. II. *inter* a & b c, & *inter* b c & d, & *inter* d & e, & *inter* e & f, & *inter* f & g, & *infra* i.

(*v*) *Oſſium t.* XIV. *ic.* III. II. *ab* a *usque infra* i.

(*w*) *Oſſium t.* XIV. *ic.* I. & II. n, o, p.

(*x*) Icones oſſium foetus humani ad ic. LXIV.

(*y*) *Sceleti t.* I. C H D G E F *in thorace.*

(*z*) *Oſſium t.* XIV. *ic.* I. & II.

(*a*) *Sceleti t.* I. C — F *in thorace.* *Et t.* III. 24 24 24 *in thorace.*

Itaque per longitudinem nonnihil incurvum, gibbum ab exteriore, ſinuatum ex interiore (*b*).

Intraque oram dextram laevamque ex interiore parte leviter ſinuatum (*c*), praeter os tertium, quod leviter gibbum (*d*). Ab exteriore gibbum, niſi quod plus minus dimidia inferior oſſis medii pars ſinuata eſt (*e*).

XIII. Privatim autem os ſuperius, mediumque in intervallis linearum eminentium, ſupraque primam, infraque imam, atque etiam tertium, per longitudinem modice tum extrinſecus tum ex interiore parte ſinuata ſunt (*f*).

XIV. Praeterea autem ſupra claviculas ſuſtinet (*g*), oſſis nimirum ſuperioris angulo dextro laevoque (*h*): eoque ibi latius eſt.

Quae ſuſtentacula lunula diſcernuntur in ſummo, anteque (*i*).

Ipſa vertice cartilaginoſo oblique in latus declivia ſunt, oblonga, per longitudinem ſinuata, à priori parte in poſteriorem leviter gibba, modiceque nutantia in poſteriora (*k*).

Compoſitaque cum iis in articulos clavicularum capita ſunt, interpoſito orbe cartilagineo (*l*).

XV. Quorum infra ſuperiorem partem tum à dextra tum à ſiniſtra usque ad ſinum, qui coſtam ſecundam recipit, extrinſecus ſinuatum eſt, oblique in oras (*m*). Pectorales inſident.

XVI.

(*b*) *Oſſium t.* XIV. *ic.* III. I. II.
(*c*) *Oſſium t.* XIV. *ic.* II.
(*d*) *Oſſium t.* XIV. *ic.* II. & III. *inter* m & q.
(*e*) *Oſſium t.* XIV. *ic.* I.
(*f*) *Oſſium t.* XIV. *ic.* I. II. III.
(*g*) *Sceleti t.* I. *inter* C & η *in thorace.*
(*h*) *Oſſium t.* XIV. *ic.* I. II. III. k.
(*i*) *Oſſium t.* XIV. *ic.* I. & II. *inter* k & k.
(*k*) *Oſſium t.* XIV. *ic.* I. II. III. k.
(*l*) *Sceleti t.* I. *inter* C & η *in thorace.*
(*m*) *Oſſium t.* XIV. *ic.* I. *infra* k.

XVI. Craſſitudine (*n*) convenit extremis, quas excipit, coſtarum cartilaginibus (*o*), claviculisque (*p*).

Eâ oſſa ejus, ubi componuntur, aequalia ſunt inter ſe, apteque & concinne conveniunt (*q*).

Craſſiora ubi componuntur (*r*), & ubi lineae priſtinae diviſionis indices ſunt (*s*).

Oraque inter ſinus, per quos coſtas recipit, craſſa eſt (*t*): ubi ſinus ſunt, aliquanto craſſior (*v*).

Os autem ſuperius ſupra craſſius eſt (*w*): infra tenuius (*x*) dextra laevaque.

Nempe inter coſtarum ſummarum cartilagines ſurſum verſus inſigniter craſſeſcit, maxime in dextram inque laevam oblique, in ſuſtentacula clavicularum migrans (*y*).

Infraque, ubi ſinus, quibus pectorales inſident, per eos extenuatur in oras, atque exacuitur (*z*).

Os medium craſſitudine ſibi fere par, niſi quod infra aliquantum extenuatur (*a*).

Inferius per longitudinem extenuatur, rurſusque infra nonnihil craſ-

(*n*) *Oſſium t.* XIV. *ic.* III.

(*o*) *Sceleti t.* I. *inter* C H D G & M, P, R, T, W, Z, ⊝ *in thorace.*

(*p*) *Sceleti t.* I. *inter* C & η *in thorace.*

(*q*) *Oſſium t.* XIV. *ic.* III. l, m.

(*r*) *Oſſium t.* XIV. *ic.* III. l, m.

(*s*) *Oſſium t.* XIV. *ic.* I. & II. n, o, p.

(*t*) *Oſſium t.* XIV. *ic.* III. *inter* c & d, & d & e, & e & f, & f & g, & g & h.

(*v*) *Oſſium t.* XIV. *ic.* III. b c, d, e, f, g, h i.

(*w*) *Oſſium t.* XIV. *ic.* III. a.

(*x*) *Oſſium t.* XIV. *ic.* III. *inter* a & b.

(*y*) *Oſſium t.* XIV. *ic.* III. a k, & *ic.* I. & *ic.* II. a k.

(*z*) *Oſſium t.* XIV. *ic.* I. *infra* k, k: & *ic.* III. *inter* a & b.

(*a*) *Oſſium t.* XIV. *ic.* III. *inter* l & m.

craſſeſcit (*b*). Per latitudidem extenuatur in oras (*c*), quae infra ſinus fere acutae ſunt (*d*).

XVII. Reperi foramen, quod Euſtachius memorat (*e*).

Reperi quod reſpondet, extrinſecus in media eminentia, inter ſinus, per quos coſtae quartae recipiuntur; ſed non penetrans.

CAPUT XVIII.

De coſtis.

I. Ex coſtis autem thoracis pars maxima eſt (*f*).

Dextrae ſunt & ſiniſtrae, alterae alteris reſpondentes; utrimque duodecim (*g*): oblongae, arcuatae, latitudinis modicae, non admodum craſſae, principio extremoque fere mediocriter rariores (*h*).

Sinuque alterae in alteras directae, à ſpina tendunt in priora (*i*).

Aliaeque infra alias directo ordine ponuntur, intervallis modicis disjunctae inter ſe (*k*).

II.

(*b*) *Oſſium t.* XIV. *ic.* I. & II. *inter* m & q.

(*c*) *Oſſium t.* XIV. *ic.* I. II. III. *inter* m & q.

(*d*) *Oſſium t.* XIV. *ic.* III. *inter* i & q.

(*e*) Oſſium exam. Et t. XLVII. ic. XVIII. l.

(*f*) *Sceleti t.* I. II. III. *in thorace.*

(*g*) *Sceleti t.* I. I K L, N N O, Q Q Q, S S S, V V V V, Y Y Y Y, Δ Δ Δ, Ξ Ξ Ξ Ξ, Φ Φ Φ Φ Φ, Ω Ω Ω Ω Ω Ω, ϐ ϐ ϐ ϐ, δ *dextr.* & *ſiniſtr. in thorace. Et t.* II. c c, e e e, g g g, i i, l l, n n n n n, p p p p p, r r r r, t t t, w, y, A *dextr.* & *ſiniſtr. in thorace.*

(*h*) *Oſſium t.* XI. XII. XIII.

(*i*) *Sceleti t.* I. I K L, N N O, Q Q Q, S S S, V V V V, Y Y Y Y, Δ Δ Δ, Ξ Ξ Ξ Ξ, Φ Φ Φ Φ Φ, Ω Ω Ω Ω Ω Ω, ϐ ϐ ϐ ϐ, δ *dextr.* & *ſiniſtr. in thorace. Et t.* II. c c, e e e, g g g, i i, l l, n n n n n, p p p p p, r r r r, t t t, w, y, A *dextr.* & *ſiniſtr. in thorace. Et t.* III. V W X, Y Z a a, d d, g, l, p p, t t, x, 2, 6 6, 10 10, 14 15 15 *ſiniſtr in thorace.*

(*k*) *Oſſium t.* XI. XII. XIII.

II. Spinae partibus primis inhaerent: ipſoque principio cum ſinibus corporum vertebrarum dorſi (*l*) componuntur (*m*); ad quos conveniunt partibus cartilaginoſis.

Summae cum ſinibus, qui in ſuperiore parte corporis ſummae ſunt (*n*), capitulo componuntur (*o*) gibbo, ovato, intra partem priorem & poſteriorem longiore (*p*).

Sequentes novem planitiebus fere leviter ſinuatis, quaeque componitur (*q*) duabus, inferiore altera, eaque majore, altera ſuperiore, utraque obliqua, ſuperiore in extremum declivi, inferiore acclivi (*r*), inque acumen convenientibus (*s*); caeterum circuitu rotundiore. Itaque, quum ſinus vertebrarum, ad quos pertinent, è corporibus fiant duobus (*t*), componuntur cum utroque planitiebus ſingulis; inferiore autem majore cum ſuperiore parte corporis inferioris (*v*), ad ſimilitudinem coſtarum primarum. Medioque acumine ad ligamentum, quo intervallum corporum oppletum, pertinent (*w*).

Poſtremae duae cum ſingulis corporibus (*x*) planitie componuntur (*y*) rotundiore ſingula (*z*).

III. Inde intervallo modico primae praeterea decem componuntur (*a*) cum ſinibus, qui in extremis proceſſibus transverſis dorſi

(*l*) Supra cap. IX. §. XXIX.
(*m*) *Sceleti t.* I. L, O *in thorace.*
(*n*) Supra cap. IX. §. XXIX.
(*o*) *Sceleti t.* I. *inter* L & Y *in thorace & ſpina.*
(*p*) *Oſſium t.* XIII. a.
(*q*) *Ut ſceleti t.* I. *inter* O & Y Ω *in thorace & ſpina.*
(*r*) *Oſſium t.* XIII. b c.
(*s*) *Oſſium t.* XIII. d.
(*t*) Vide ſupra cap. IX. §. XXIX.
(*v*) *Ut ſceleti t.* I. *inter* O & Ω *in thorace & ſpina.*
(*w*) *Ut ſceleti t.* I. *inter* O & ϛ *in thorace & ſpina.*
(*x*) Vide ſupra cap. IX. §. XXIX.
(*y*) *Ut ſceleti t.* III. 14 *in thorace.*
(*z*) *Oſſium t.* XIII. a.
(*a*) *Sceleti t.* III. *inter* W & η, & *inter* Z & ι *in thorace. Et t.* I. *inter* K & Σ *in thorace. Et t.* II. *inter* c & V, & *inter* e & W, & *inter* g & X, & *in-*

dorſi vertebrarum totidem ſuperiorum ſunt (*b*). Aliis tantummodo novem, aliis etiam undecim.

Ob id, ubi ſecundum eos tendunt, à poſteriore parte capitulatae ſunt, capitulis fere rotundis (*c*), extremoque cartilaginoſis, gibbisque, maximeque gibbis intra partem ſuperiorem & inferiorem; depreſſioribus autem inferioribus tribus (*d*). Quibus capitulis componuntur.

Summarum autem capitula in poſteriore parte earum fere totâ ſunt (*e*). Sequentium ad imam oram, procurrentia etiam infra eam, maxime quartarum, quintarum, ſextarum, ſeptimarum, & octavarum (*f*).

IV. Itaque decem illae primae per geminos articulos firmantur. Primaque componitur cum corpore ſummae dorſi vertebrae, ejusdemque proceſſu transverſo (*g*).

Sequentes novem cum corporibus quaeque duobus, & cum proceſſu transverſo vertebrae inferioris duarum illarum (*h*).

Sic autem componuntur, ut partibus illis primis ſurſum deorſumque verti poſſint, eoque ante has aut erigi, aut inclinari.

Imae autem duae, proceſſibus transverſis tantummodo laxe alligatae, ſolo principio nituntur mobili, eoque mobiliores totae ſunt.

V. Omnes autem ab altera parte in cartilaginem longiorem de- ge-

& inter i *&* Y, *& inter* l *&* α, *& inter* n *&* δ, *& inter* p *&* ε, *& inter* r *&* ζ, *& inter* t *&* η, *& inter* w *&* θ *in thorace & ſpina.*

(*b*) Supra cap. XIII. §. XV.

(*c*) *Oſſium t.* XIII. e. *Et t.* XI. a.

(*d*) *Oſſium t.* XIII. e. *Et t.* XI. a.

(*e*) *Oſſium t.* XIII. e. *Et t.* XI. a.

(*f*) *Oſſium t.* XI. a.

(*g*) *Sceleti t.* I. L K *in thorace.*

(*h*) *Sceleti t.* I. O N *in thorace.*

generant (*i*), quae forma reſpondet, & à principio etiam latitudine, & craſſitudine.

Quâ decuſſâ cartilagine, extrema coſta veluti ex transverſo ſecta eſt, foveaque eſt ſpongioſa, ubi cartilago inhaeſerat, continuataque fuerat (*k*).

Eaque cartilagine ad ſternum pertinent primae ſeptem (*l*), quas appellant veras.

Prope quod (*m*) ſummae cartilago lateſcit, eique deinde continua eſt (*n*).

Sequentium cartilagines modice anguſtatae recipiuntur per ſinus ejusdem (*o*), quibus in fine forma reſpondent: cum iisque componuntur (*p*).

VI. Alia autem ratio earum, quae infra ſequuntur: nothas nominant.

Primarum trium cartilago paulatim gracileſcens, gracili acutoque mucrone finitur (*q*). Eaque octavae ſeptimis infra appoſitae, alligataeque extrema parte (*r*): nonae octavis (*s*): nonis decimae, diſtantes ab iis modice (*t*). Sic tamen alligatae, ut mobiles ſint.

VII. Praetereaque ſextae cartilago, ſeptimaeque, inque ſiniſtro la-

(*i*) *Sceleti t.* I. M, P, R, T, W, Z, Θ, Π, Ψ, α, γ, ε *in thorace. Et t.* II. dd, f, h, k, m, o, q, s, u, x, z, B *in thorace. Et t.* III. b, e, h, m, q, u, y, 3, 7, 11, 16 *in thorace.*

(*k*) *Oſſium t.* XIII.

(*l*) *Sceleti t.* I. *inter* CHDGE *&* M, P, R, T, W, Z, Θ *in thorace.*

(*m*) Supra cap. XVII. §. VIII.

(*n*) *Sceleti t.* I. *inter* M *&* C *in thorace.*

(*o*) Supra cap. XVII. §. IX.

(*p*) *Sceleti t.* I. *inter* HDG *&* P, R, T, W, Z, Θ *in thorace.*

(*q*) *Sceleti t.* I. Π, Ψ, α *in thorace. Et t.* III. 7 *in thorace.*

(*r*) *Sceleti t.* I. *inter* Π *&* Θ *in thorace.*

(*s*) *Sceleti t.* I. *inter* Ψ *&* Π *in thorace.*

(*t*) *Sceleti t.* I. *inter* α *&* Ψ *in thorace. Et t.* III. *inter* 7 *&* 3 *in thorace.*

latere hîc etiam quintae, non longe à principio infra lateſcunt (*v*), eaque parte cum cartilagine proximae inferioris componuntur (*w*).

Et ubi ſeptimae cartilago cum cartilagine octavae componitur, ibi octava ſupra aliquantum ſurgit (*x*).

Itaque imus à praecordiis thorax contextus cartilagineus eſt (*y*).

VIII. Poſtremae duae mucrone finiuntur hebetiore (*z*), lateribusque abdominis extremis partibus inhaereſcunt.

IX. Natura cartilaginibus illis flexilis, & reſiliens.

Primarum durior, caeterarum mollior.

Et quo quaeque longior & gracilior, hoc, eas ob cauſas, flectitur facilius, magisque.

Senioribus ſuperiores oſſeae intus ſunt, vario modo: primae maxime.

X. Coſtae à ſpina curvantur in latera, dextrae in dextrum, ſiniſtrae in ſiniſtrum; perque latera in priora, inde flexae in interiora, praeter imas, quae citius deſinunt (*a*).

Ac ſic curvantes ſe, ſimul tanquam circum ovatam thoracis capacitatem ſpirae quodam modo flectunt deorſum verſus (*b*).

XI. Et à corporibus quidem vertebrarum ad proceſſus transverſos extremos modice ſurſum tendunt primae tres, quartae rectius, ſequentes deorſum, eo fere ſenſim magis, quo quaeque inferiores (*c*).

Inde per dorſum in latera tendunt modice deorſum (*d*). Itaque

(*v*) *Sceleti t.* I. X, Γ, Λ, *in thorace.*
(*w*) *Sceleti t.* I. *inter* X *&* Z, *& inter* Γ *&* Θ, *& inter* Λ *&* Σ *in thorace.*
(*x*) *Sceleti t.* I. Σ *in thorace.*
(*y*) *Sceleti t.* I. Z Γ Θ Λ Σ Π Ψ α *in thorace. Et t.* II. Z, B *in thorace. Et t.* I. γ *in thorace.*
(*z*) *Sceleti t.* III. II, 16 *in thorace.*
(*a*) *Oſſium t.* XI. XII.
(*b*) *Oſſium t.* XII.
(*c*) *Oſſium t.* XI.
(*d*) *Oſſium t.* XI.

que primae quatuor juxta transverſos extremos, id eſt, juxta capitulum ſuum alterum, flectuntur deorſum in cubitum: qui ſecundis tertiisque major (*e*).

Atque à dorſo quoque per latera tendunt in partem priorem deorſum (*f*).

Quinque autem primae primum magis rectiusque declives, ubi ad partem priorem appropinquant, curvant ſe ſurſum lente modiceque, inde minus quam fuerant declives (*g*). Sic fit, ut ſummae transverſis claviculis impedimento non ſint, quae ante partem rectiorem tendunt (*h*). Sequentes, ut ſequuntur, minus minusque flexae (*i*). Sextae absque flexu illo aequabiliter declives (*k*).

Verum ſextae, & quae ſequuntur, ubi à dorſo per latera incedere incipiunt, curvant ſe modice ſurſum, inde leniter falcatae, ſinu deorſum directo (*l*). Magisque falcatae ſeptimae quam ſextae, octavae quam ſeptimae, nonae quam octavae: nonis decimae minus, his minus undecimae, his duodecimae.

XII. Senſimque, praeter inferiores quinque, diductiores ſunt, quo magis ad cartilagines ſuas è lateribus appropinquant (*m*).

Rurſusque inter cartilagines ſpatia ſenſim ſunt anguſtiora (*n*).

XIII. Cartilagines autem in ſummis quidem ab utraque parte duabus ab oſſea parte aequaliter continuato ductu ejus pergunt (*o*). Sed tertiarum cartilago flectit ſe leviter ſurſum (*p*). Quartarum non longe à principio flectit aliquanto magis (*q*). Magis quintarum

(*e*) *Oſſium t.* XI.
(*f*) *Oſſium t.* XI. XII.
(*g*) *Oſſium t.* XI. XII. XIII.
(*h*) *Sceleti t.* I. *circa* η ζ *in claviculis.*
(*i*) *Oſſium t.* XII. XIII.
(*k*) *Oſſium t.* XII. XIII.
(*l*) *Oſſium t.* XI. XII.
(*m*) *Oſſium t.* XI. XII. XIII.
(*n*) *Sceleti t.* I. *inter* M & P, *&c. in thorace.*
(*o*) *Sceleti t.* I. M, P *in thorace.*
(*p*) *Sceleti t.* I. R *in thorace.*
(*q*) *Sceleti t.* I. T *in thorace.*

rum (*r*). Quatuor poſt has ſequentium magnus à principio flexus, eo major, quo quaeque inferiores (*s*).

Itaque ſummae deſcendentes totae, cum ſterno coëunt angulo infra hebete (*t*). Secundarum cartilagines inſeruntur angulis jam fere rectis (*v*). Infra has ſeptem aſcendunt: tertiae parum (*w*): poſt quas eo fere rectius, quo quaeque inferiores (*x*). Quocirca cartilagines tertiarum, quartarum, quintarum, ſextarum, ſeptimarum, quae ad ſternum pertinent, angulo infra pertinent acuto, ſupra hebete: eoque acutiore hebetioreque, quo inferiores quaeque (*y*).

Et notharum primarum duarum cartilagines angulo conjunguntur admodum acuto (*z*).

Sed decimarum quae ſunt, flectuntur totae aequabilius, minusque, curvamine latiore (*a*).

Imaeque duae aequabilius rectiusque tendunt à coſtis ſuis in priora deorſum (*b*).

XIV. A principio autem coſtae, qua dextrae laevaeque alterae alteras ſpectant, magis incurvae ſunt (*c*), redduntque thoracem juxta ſpinam ex transverſo rotundiorem (*d*). Verum minus incurvae quo quaeque inferiores, ſenſimque longiores, reddunt eam partem ſupra anguſtam, gibbamque: inde paulatim capaciorem, de-

(*r*) *Sceleti t.* I. W *in thorace.*
(*s*) *Sceleti t.* I. Z Θ, Π, Ψ *in thorace.*
(*t*) *Sceleti t.* I. M *in thorace.*
(*v*) *Sceleti t.* I. P *in thorace.*
(*w*) *Sceleti t.* I. R *in thorace.*
(*x*) *Sceleti t.* I. T, W, Z, Θ, Π, Ψ *in thorace.*
(*y*) *Sceleti t.* I. R, T, W, Z, Θ *in thorace.*
(*z*) *Sceleti t.* I. Π, Ψ *in thorace.*
(*a*) *Sceleti t.* I. α *in thorace. Et t.* III. 7 *in thorace.*
(*b*) *Sceleti t.* I. γ, ε *in thorace. Et t.* III. 11, 16 *in thorace.*
(*c*) *Oſſium t.* XI. XII. XIII.
(*d*) *Oſſium t.* XI.

depreſſioremque (*e*). Infra autem ea non depreſſior modo, ſed etiam mediocriter, quam fuerat, anguſtior, eo quod coſtae imae tres etiam hac parte breviores ſunt, ut inferiores (*f*).

Ab hac incurva prima parte per latera minus incurvae ſunt, curvamine latiore; eoque reddunt ea depreſſiora (*g*). Minus autem incurvae inferiores, quam ſuperiores: ex quo latera infra quoque depreſſiora (*h*).

Denique ante curvatae ſunt paulo fere magis octo primae; ac ſic gibbo circuitu in pectus, infraque illud, pertinent (*i*).

XV. A ſummis proximae ſex, ut ſequuntur, longiores ſunt, tum oſſea parte (*k*), tum cartilaginea (*l*). Octavae parte oſſea fere aequales ſeptimis (*m*): cartilaginea breviores (*n*). Ab his nothae reliquae breviores, ſic ut imae utraque parte breviſſimae ſint (*o*).

XVI. Procurruntque à ſpina ſeptem primae ſenſim, quo quaeque inferiores, magis (*p*). Nothae ſenſim minus (*q*).

XVII. Ubi ſe ad poſtremum dextrae & ſiniſtrae alterae in alteras curvant, ibi, ut quaeque inferiores, procurrit altera in alteram oſſea parte ſenſim minus (*r*).

Excipiendae autem ſummae (*s*); quae ſi longius, quam ſecun-

(*e*) *Oſſium t.* XI.

(*f*) *Oſſium t.* XI.

(*g*) *Oſſium t.* XII. XIII.

(*h*) *Oſſium t.* XII. XIII.

(*i*) *Oſſium t.* XII. XI.

(*k*) *Oſſium t.* XI. XII. XIII.

(*l*) *Sceleti t.* I. M, P, R, T, W, Z, Θ *in thorace.*

(*m*) *Oſſium t.* XI. XII. XIII.

(*n*) *Sceleti t.* I. Π *in thorace.*

(*o*) *Oſſium t.* XI. XII. XIII. *Et ſceleti t.* I. Ψ, α, γ, ε *in thorace. Et t.* III. 3, 7, 11, 16 *in thorace.*

(*p*) *Sceleti t.* III. ab, de, gh, lm, pq, tu *in thorace.*

(*q*) *Sceleti t.* III. xy, 23, 67, 10 11, 15 16 *in thorace.*

(*r*) *Oſſium t.* XI. *Et ſceleti t.* I. N, Q, S, V, Y, Δ, Ξ, Φ, Ω *in thorace.*

(*s*) *Oſſium t.* XI. *Et ſceleti t.* I. I *in thorace.*

cundae, procurrerent, cartilagines earum, ob illam ſterni, ubi ad id pertinent, latitudinem, non niſi perbreves forent (*t*).

XVIII. Per cartilagines autem ſenſim, ut quaeque inferiores, longiores ad ſternum primae procurrunt ſeptem (*v*). Quod quum iis contineatur, cum iis ſurgit ſenſim in priora; quo quaeque inferiores, hoc magis (*w*).

Infra quas paulatim brevioribus procurrunt nothae, ut inferiores, minus & minus (*x*).

Imae autem duae multo citius deſinunt, quam proxima (*y*).

XIX. Latitudo ab altera parte extrorſum, ab altera directa introrſum (*z*).

Eaque generaliter, quamdiu ovata thoracis forma deorſum verſus capacior fit, extrorſum declivis eſt: introrſum autem, ubi ſe thorax infra rurſus aliquantum coanguſtat (*a*).

XX. Primae autem falcatae ſunt, ſinumque altera dirigit in alteram (*b*). A ſinu latitudo retro acclivis: inde minus ac minus, declivis denique (*c*).

Secundae ſimiliter falcatae, poſitaeque, ſed retro minus acclives, inde decliviores (*d*).

Sequentes latitudinem alterae alteris obvertunt magis, minus ac mi-

(*t*) *Sceleti t.* I. I M C *in thorace.*

(*v*) *Sceleti t.* I. *inter* C H D G E & M, P, R, T, W, Z, Θ *in thorace.*

(*w*) *Sceleti t.* III. 24 24 24 *in thorace.*

(*x*) *Sceleti t.* I. Π, Ψ, α, γ, ε *in thorace. Et t.* III. y, 3, 7, 11, 16 *in thorace.*

(*y*) *Sceleti t.* III. 11, 16 *in thorace.*

(*z*) *Oſſium t.* XI. XII. XIII.

(*a*) *Oſſium t.* XI. XII. XIII. *Et ſceleti t.* I. II. III. *in thorace.*

(*b*) *Oſſium t.* XI. XII. XIII. *Et ſceleti t.* I. KIM, KIM *in thorace.*

(*c*) *Oſſium t.* XI. XII. *Et ſceleti t.* I. KIM *in thorace.*

(*d*) *Oſſium t.* XI. XII. *Et ſceleti t.* I. NNP, NNP *in thorace.*

minus, ut quaeque inferiores, declives extrorſum, inferiores etiam introrſum, magis ac magis (*e*).

Sic conveniunt ad ovatam thoracis formam, quam diximus.

XXI. Per longitudinem praeterea infra interiore in parte ſulcatae ſunt (*f*), praeter imas.

Qui ſulci fere profundiores ubi ſe coſtae in latus curvant, inde in priora paulatim leviores, evaneſcunt multo ante earum extremum (*g*).

Leviores primis, & undecimis (*h*): primisque non niſi circa mediam longitudinem.

Inſident vaſa intercoſtalia.

XXII. Particulae praeterea inſigniores, quibus aut ligamenta affixa, aut muſculi.

Et omnibus quidem tuberculum eſt (*i*), cui ligamentum transverſum affigitur, à dorſo proceſſus transverſi procedens.

Id ſuperioribus decem juxta ſuperiorem eandemque exteriorem partem eſt capituli cum proceſſu transverſo compoſiti (*k*). Imis duabus extrinſecus juxta ſuperiorem partem capitis primi eſt (*l*).

In ſuperioribus ſeptem tuberculum magis refert: in nothis colliculum inaequabilem (*m*).

XXIII. Et ubi ſe in latus curvare diximus, ibi (exceptis ſummis) veluti cubitus in dorſo eſt: eminentia oblonga, per coſtae latitudinem à ſummo deorſum in latus obliqua (*n*). Cui ſacrolumbalis affigitur.

Nul-

(*e*) *Oſſium t.* XI. XII. XIII. *Et ſceleti t.* I. QQQ, SSS, VVVV, YYYY, ΔΔΔ, ΞΞΞ, ΦΦΦ, ΩΩΩ ΩΩ, ββββ, *δ in thorace.*

(*f*) *Oſſium t.* XIII. h.

(*g*) *Oſſium t.* XIII. h.

(*h*) *Oſſium t.* XIII. h.

(*i*) *Oſſium t.* XI. b. *Et t.* XIII. f. *Et t.* XII. a.

(*k*) *Oſſium t.* XI. b. *Et t.* XIII. f.

(*l*) *Oſſium t.* XI. b. *Et t.* XIII. f.

(*m*) *Oſſium t.* XI. b. *Et t.* XIII. f.

(*n*) *Oſſium t.* XI. c.

Nulla autem eſt ſummis : ubi cauda ſacrolumbalis ad tuberculum illud (*o*) pertinet , cui ligamentum transverſum affigitur , coſtam proceſſui transverſo alligans.

A quo tuberculo diſtat in ſecunda cubitus parum : in ſequentibus, ut inferioribus, longius ac longius , in decima longiſſime; inde in tribus quae ſuperſunt, minus & minus (*p*).

XXIV. Supraque capitulum alterum , proximumque tuberculum , pars ſinuata eſt (*q*), cui levator coſtae brevior affigitur.

XXV. Primis extrinſecus à tuberculo usque in mediam circiter longitudinem, ſupra levis, nec profunda ſcrobs eſt (*r*); juxtaque ejus finem in ora ſuperiore acumen (*s*) : infraque ſcrobem inaequabiles ſunt (*t*). Ubi ſcalenus medius affigitur, infraque ſerratus magnus.

XXVI. Secundis extrinſecus infra ante mediam longitudinem eminentia eſt inaequabilis (*v*), cui ſerratus magnus affigitur.

Tertiis ultra mediam longitudinem, ubi lateſcunt, levis ſcrobiculus eſt: quartisque ſimilis, ſed propius extremum (*w*). Cui affigitur inſidetque ſerratus idem.

Quintis, ſextis, ſeptimis , octavis, nonisque, ſcrobiculi ejusmodi duo, poſterior & prior, in mediam eminentiam convenientes (*x*). Iique propius extremum ſunt quintis , ſextis , ſeptimis: octavis & nonis ab extremo diſtantiores. Poſteriori ſerratus idem inſidet ; priori obliquus externus abdominis: fereque affiguntur eminentiae.

De-

(*o*) Supra §. XXII.
(*p*) *Oſſium t.* XI. c.
(*q*) *Oſſium t.* XI. d. *Et t.* XIII. g.
(*r*) *Oſſium t.* XII. b.
(*s*) *Oſſium t.* XII. XIII. XI.
(*t*) *Oſſium t.* XII. b.
(*v*) *Oſſium t.* XII. c.
(*w*) *Oſſium t.* XII.
(*x*) *Oſſium t.* XII.

Decimis, undecimis, & duodecimis ſcrobiculus tantummodo prior, juxta extremum (*y*): ubi obliquus affigitur, atque inſidet.

XXVII. Tertiae quartaeque extrinſecus non longe ab extrema parte modice eminent (*z*): ubi ſerratus anticus affigitur.

XXVIII. Secundarum pars ſuperior extrinſecus non profundam ſcrobem refert, à tuberculo ultra mediam longitudinem uſque (*a*). Cujusmodi quoque eſt in parte ſuperiore tertiarum, quartarum, quintarum, ſextarum, ſeptimarum: itemque, ſed multo brevior, in eadem caeterarum (*b*). Ubi intercoſtales affiguntur.

XXIX. Nunc latitudo dicetur, craſſitudoque, ac formae quod reliquum eſt.

Latitudo neque ſingulis omni parte, neque omnibus eadem eſt. Quanquam tamen generaliter certa quaedam ratio eſt.

Principium omnibus plenius, capitulo ſimile (*c*).

Id ab initio formâ reſpondet partibus cartilaginoſis, quibus cum corporibus vertebrarum componitur (*d*). Itaque rotundius ſummis, undecimisque, atque imis (*e*): acuminatum caeteris (*f*).

Ab hoc capitulo primo mox ſurſum procurrunt acumine, humili hebeteque primae quatuor, altiore inque mucronem deſinente ſequentes ſex, parvo undecimae, imae nullo (*g*).

Ab acumine anguſtantur modice, rurſusque lateſcunt usque ad locum tuberculi colliculive (*h*), unde ligamentum transverſum procedit, alligans proceſſui transverſo (*i*). In imis autem, ubi acumen nullum eſt, anguſtantur à capitulo primo in locum colliculi (*k*).

Poſt

(*y*) *Oſſium t.* XII.
(*z*) *Oſſium t.* XII.
(*a*) *Oſſium t.* XII. *ſupra* c.
(*b*) *Oſſium t.* XII.
(*c*) *Oſſium t.* XIII. a, b c d. *Et t.* XI.
(*d*) Supra §. II.
(*e*) *Oſſium t.* XIII. a.
(*f*) *Oſſium t.* XIII. b c d.
(*g*) *Oſſium t.* XI. XIII.
(*h*) *Oſſium t.* XI.
(*i*) Supra §. XXII.
(*k*) *Oſſium t.* XI.

Poſt à tuberculo primae ſecundaeque procedunt multo, quam fuerant ante, latiores: acceſſioque latitudinis ſupra eſt (*l*). Sequentes latitudine procedunt fere eadem, qua advenerant (*m*).

Et à tuberculo primae latae ſunt, circaque mediam longitudinem lateſcunt, indeque latiores, poſt ſenſim modiceque ad finem usque anguſtantur (*n*).

Sequentes mox à tuberculo colliculove, imae à capitulo primo, usque cubitum dorſi (*o*), quem primae non habent, anguſtantur primum, rurſusque lateſcunt, receſſusque latitudinis infra eſt, ora ibi ſinuata (*p*).

Inde à cubito nonnihil anguſtantur, rurſusque lateſcunt, receſſusque latitudinis infra eſt (*q*): exceptis undecimis, & duodecimis (*r*).

Poſt lateſcunt ſecundae modice, latiſſimae ante mediam longitudinem: unde anguſtantur, nec niſi extremo rurſus aliquantum lateſcunt (*s*).

Ab eodem loco ea fere, qua coeperant, latitudine procedunt tertiae, quartae, quintae, ſextae, ſeptimae, octavae, nonae (*t*); poſt lateſcunt.

Inde autem tertiae lateſcunt usque in locum, cui ſerrati magni caput inſidet, & affigitur (*v*): rurſusque deinde anguſtantur, rurſusque lateſcunt usque in eminentiam, cui ſerratus anticus affigitur (*w*); à qua rurſus extrema parte anguſtantur, rurſusque in fine

(*l*) *Oſſium t.* XI. XII. XIII.
(*m*) *Oſſium t.* XI. XIII.
(*n*) *Oſſium t.* XII. XIII. XI. *Et ſceleti t.* I. K I *in thorace.*
(*o*) Supra §. XXIII.
(*p*) *Oſſium t.* XI.
(*q*) *Oſſium t.* XI.
(*r*) *Oſſium t.* XI.
(*s*) *Oſſium t.* XII. XIII. XI. *Et ſceleti t.* I. N N *dextr. in thorace.*
(*t*) *Oſſium t.* XII. XIII.
(*v*) Supra §. XXVI.
(*w*) Supra §. XXVII.

ſine lateſcunt; receſſusque & acceſſus tum infra ſunt, tum ſupra, oris leviter undulatis (*x*).

Inde lateſcunt quoque quartae, ſed rurſus ante locum, cui caput ſerrati magni inſidet & affigitur, anguſtantur, rurſusque lateſcunt in eum; receſſusque infra eſt, ora ſinuata: poſt, ut tertiae, anguſtantur, rurſusque lateſcunt in eminentiam, cui ſerratus anticus affigitur; ab eaque extrema parte rurſus anguſtantur, rurſusque lateſcunt in fine; receſſusque atque acceſſus tum infra tum ſupra ſunt, ſic ut orae leviter undulatae ſint (*y*).

Inde lateſcunt & quintae, rurſusque anguſtantur, rurſusque lateſcunt; ac receſſus infra eſt, ora ſinuata, ut quartis: poſt autem lateſcunt usque in eminentiam, in quam conveniunt ſcrobiculi, quorum alteri caput ſerrati magni, alteri inſidet caput obliqui externi (*z*): unde extremo, quod ſupereſt, anguſtantur primum, dein lateſcunt; receſſusque tum infra tum ſupra eſt, oris leviter ſinuatis (*a*).

Sextae autem inde lateſcunt in eminentiam mododictam usque: ab ea extrema parte anguſtantur primum, dein lateſcunt, receſſusque tum infra tum ſupra eſt, oris leviter ſinuatis, ut quintis (*b*).

Septimae autem inde lateſcunt primum, rurſusque ante eminentiam mododictam anguſtantur, ultraque eam lateſcunt; receſſusque infra eſt, ora ſinuata: inde extrema parte nonnihil anguſtantur primum, rurſusque lateſcunt; receſſusque tum infra eſt, tum ſupra, oris leviter ſinuatis, ut ſextis (*c*).

Inde denique lateſcunt quoque octavae, nonaeque, rurſusque, ſed citius, anguſtantur, ultraque eminentiam eandem lateſcunt; ac

(*x*) *Oſſium t.* XII. XIII.
(*y*) *Oſſium t.* XII. XIII.
(*z*) Supra §. XXVI.
(*a*) *Oſſium t.* XII. XIII.
(*b*) *Oſſium t.* XII. XIII.
(*c*) *Oſſium t.* XII. XIII.

ac receſſus infra eſt, ora ſinuata: ultraque extrema parte nonnihil anguſtantur, rurſusque lateſcunt; receſſusque tum infra tum ſupra eſt, oraeque leviter ſinuatae, ad ſimilitudinem ſeptimarum (*d*).

Verum decimae, poſtquam, ut ſuperiores, à cubito anguſtatae, mox lateſcunt, rurſusque anguſtantur usque in ſcrobiculum, cui caput obliqui externi inſidet (*e*), indeque rurſus lateſcunt modice; receſſusque infra eſt, ora ſinuata: poſt extrema parte rurſus nonnihil anguſtantur, ac rurſus lateſcunt, receſſusque tum infra tum ſupra eſt, oris leviter ſinuatis, ad ſimilitudinem nonarum (*f*).

Undecimae autem (*g*), duodecimaeque (*h*), à cubito primum lateſcunt, poſt anguſtantur.

XXX. Quid autem, quibusque locis, differant inter ſe latitudine, neque dictu facile eſt, neque operae precium. Generaliter dici certioribus quibusdam de locis poteſt.

Ergo ſummarum capitulum primum caeteris anguſtius eſt. Amplius ſecundarum, tertiarum, quartarum; quae fere aequalia inter ſe. Ab his, ut inferiorum, amplius quintarum, ſextarum, ſeptimarum, octavarum. Fere aequalia inter ſe octavarum, nonarum, decimarum, undecimarum. Duodecimarum anguſtius (*i*).

Inter capitulum primum alterumque colliculumve anguſtae ſunt primae tres. Latiores quartae, his quintae, his ſextae, ſeptimae, octavae, nonae. His anguſtiores decimae, his undecimae, his duodecimae (*k*).

Ubi

(*d*) *Oſſium t.* XII. XIII.
(*e*) Supra §. XXVI.
(*f*) *Oſſium t.* XI. XII. XIII.
(*g*) *Oſſium t.* XI. XII. XIII.
(*h*) *Oſſium t.* XI.
(*i*) *Cognoſci poteſt ex t. oſſium* XI. XIII.
(*k*) *Cognoſci poteſt ex t. oſſium* XI. XIII.

Ubi cubitus in dorſo eſt, ibi ſecundae & tertiae fere aequales inter ſe. Inde usque ad decimas ſenſim latiores, ut inferiores. Decimae anguſtiores, his undecimae, his duodecimae (*l*).

In latere thoracis latiſſimae primae. Anguſtiores ſecundae. Multo anguſtiores quae ſequuntur quinque, fere aequales inter ſe. His latiores octavae, his nonae, his decimae. Decimis anguſtiores undecimae, his duodecimae (*m*).

Extremo latiores primae. His ſecundae anguſtiores. His latiores tertiae, quartae, quintae, fere aequales inter ſe. His anguſtiores ſextae, & ſeptimae: his octavae, & nonae: his decimae: his undecimae: his imae (*n*).

XXXI. Et ubi compoſitae, ut ſeries per altitudinem eſt capitulorum, tuberculorum colliculorumve, angulorum, extremorumque; ſic eſt amplitudinis capitulorum primorum, partisque quae inter capitula prima alteraque colliculumve eſt, ac cubitorum, laterumque, atque extremorum (*o*).

XXXII. Extrinſecus latitudo gibba eſt.

Gibba capitula prima, ſed inaequabilia: ſimiliterque quod inde usque in altera, tuberculaque, praeter acumen eſt (*p*). Et quum eae partes primis quatuor anguſtiores ſint, forma iis fere teres.

Inde quoque usque in cubitum gibbae ſunt, & inaequabiles, formaque à principio terete (*q*).

A cubito leniter gibbae, & aequabiliores (*r*). Excipienda autem primarum pars prior: quippe quae praeter extremum ſinuata eſt (*s*).

XXXIII.

(*l*) *Oſſium t.* XI.
(*m*) *Oſſium t.* XII. XI.
(*n*) *Oſſium t.* XI. XII.
(*o*) *Oſſium t.* XI. XII.
(*p*) *Oſſium t.* XI. XIII.
(*q*) *Oſſium t.* XI.
(*r*) *Oſſium t.* XI. XII.
(*s*) *Oſſium t.* XII.

XXXIII. Ex interiore parte aequabiles ſunt, laeveſque.

Primae primum leniter ſinuatae per latitudinem, ultra mediam longitudinem gibbae (*t*).

Secundae ſinuatae, nec niſi extrema parte gibbae (*v*).

Tertiae inter capitula gibbae (*w*), poſt ſinuatae, extremo gibbae (*x*).

Quartae, quintae, ſextae, ſeptimae, octavae, nonae, leniter gibbae, niſi quod nonae ante finem ſinuatae ſunt (*y*).

Decimae undecimaeque (*z*), ac duodecimae (*a*), à principio leniter gibbae, inde ſinuatae, extremo gibbae.

Hic autem per ſulcum (*b*) latitudini infra multum decedit in plerisque, ut in ſecunda, tertia, quarta, quinta, ubi curvamen earum anguſtius eſt, peranguſta ſit (*c*).

XXXIV. Oraque ſuperior & inferior tenues ſunt, rotundaeque (*d*).

Superior primis, ſecundisque, ibi ubi ſcrobs eſt, acutior (*e*).

Tertiis autem, quartis, quintis, ſextis, ſeptimis, octavis, nonis, decimisque, inde à tuberculo diu craſſior: undecimis duodecimisque inde à capitulo primo (*f*). Ubi ora inferior exarante ſulco tenuis eſt, & fere exacuta (*g*).

XXXV. A capitulo denique primo modice extenuantur primae decem, rurſusque craſſeſcunt in alterum, tuberculumque (*h*).

A tu-

(*t*) *Oſſium t.* XIII. XI.
(*v*) *Oſſium t.* XIII. XI.
(*w*) *Oſſium t* XII.
(*x*) *Oſſium t.* XIII.
(*y*) *Oſſium t.* XII. XIII.
(*z*) *Oſſium t.* XII. XIII.
(*a*) *Oſſium t.* XII.
(*b*) Supra §. XXI.
(*c*) *Oſſium t.* XIII.
(*d*) *Cognoſci poteſt ex t. oſſium* XI. XII. XIII.
(*e*) *Oſſium t.* XIII.
(*f*) *Oſſium t.* XII.
(*g*) *Oſſium t* XIII.
(*h*) *Cognoſci poteſt ex t. oſſium* XI. XIII.

A tuberculo ſenſim tenuiores primae (*i*). Sequentes decem à tuberculo ſenſim nonnihil tenuiores, craſſeſcunt in cubitum dorſi (*k*): inde tenuiores & tenuiores (*l*). Imae extenuantur à tuberculo. Omnes rurſum craſſeſcunt extrema parte (*m*).

Ob tenuitatem autem, longitudinemque, nonnihil flexibiles ſunt, praeſertim qua parte ante cubitum ſuum ſunt.

CAPUT XIX.

De ratione thoracis.

1. Fit igitur ex coſtis ſpinaque ac ſterno capacitatis interruptae ſpecies (*n*).

Eaque & longitudinis, & curvationis, formaeque & compoſitionis coſtarum ratio eſt, ut figura capacitas ſit fere ovata, à ſummo paulatim inſigniterque capacior, rurſusque infra mediocriter coanguſtata (*o*).

In media autem poſtica parte prominentibus in priora corporibus vertebrarum dorſi per longitudinem aliquantum diſcreta, ex eoque ibi anguſtior (*p*).

Ad latera ſpinae capacior: ab iisque per latera corporis, perque pectus, ovata, lateribus infra depreſſioribus (*q*).

Supra patet, ora fere orbiculata, à ſummo dorſo declivi in priora in jugulum (*r*).

In-

(*i*) *Oſſium t.* XI. XIII.
(*k*) *Cognoſci poteſt ex t. oſſium* XI.
(*l*) *Oſſium t.* XII.
(*m*) *Oſſium t.* XIII.
(*n*) *Sceleti t.* I. II. III.
(*o*) *Sceleti t.* I. II. III.
(*p*) *Sceleti t.* III.
(*q*) *Sceleti t.* III. II. I.
(*r*) *Sceleti t.* I.

Infra patet longe magis. Ubi ora terminatur ab imo dorſo per latera in priora leniter orbiculata (*s*), mox multo rotundiore (*t*), indeque rectius aſcendente in praecordia (*v*): ubi medium dependet ſterni os inferius, cum cartilagine mucronata (*w*).

Itaque deorſum protenſa lateribus juxta partem priorem (*x*).

Caeterum ex interiore parte aequabilis eſt.

II. Haec parte ſuperiore pulmones praecipue continet, & cor, munitque.

Infra, ubi deorſum protenſa, à lateribus munimentum praebet hypochondriis.

Ab exteriore parte in pectore eſt, inque lateribus, ac dorſo (*y*).

Neque tamen, ut magna, ſpinae mobilitatem neceſſariam impedit: neque ejus ex inflexione afficitur. Ea enim quum flectitur, coſtae, ſternumque, componuntur convenienter. Cujus exemplum praebet ſceleti icon prima & ſecunda. In quibus quum ſpina dextrorſum curvata ſit, coſtae dextrae in latere illo thoracis adductae ſunt inter ſe, ſiniſtrae in ſiniſtro diductae: eoque dextrum thoracis latus per altitudinem brevius eſt, ac modice ſinuatum; ſiniſtrum longius, gibbumque.

III. Verum ſpirandi cauſſa capacior reddi certo quodam modo poteſt, rurſusque coanguſtari.

Ac primum in lateribus inclinati coſtarum arcus erigi poſſunt, quia obſequuntur extrema cartilaginea (*z*), commiſſuraeque eorum, quae infra ſumma ſunt (*a*): quo ſimul aliquantum extrorſum

(*s*) *Sceleti t.* III. II. I.
(*t*) *Sceleti t.* III. I.
(*v*) *Sceleti t.* III. I.
(*w*) *Sceleti t.* I.
(*x*) *Sceleti t.* III. I.
(*y*) *Sceleti t.* I. II. III.
(*z*) Supra cap. XVIII. §. IX.
(*a*) Supra cap. XVIII. §. V. VI. VII.

ſum in ſuperiora convertuntur. Ex quo dextrae & ſiniſtrae alterae ab alteris recedunt: ſuperiores quidem quinque, vel ſex, medio arcu maxime; ſequentes quatuor, inprimis prope cartilaginem, in quam vertuntur. Ac ſic thorax redditur intra latera capacior.

IV. Sigillatim autem ſummae ſtabiliores, & fere fixae ſunt, utpote quarum cartilaginea extrema minus obſequuntur (*b*), & ſterno continuata ſunt (*c*): caeterae mobiliores (*d*). Itaque primas verſus attolli poſſunt ſequentes, eoque in lateribus thorax à ſummo deorſum dilatari, & aequabiliter quidem.

V. Sed etiam à priori parte, ubi inclinatae ad ſpinam ſunt, erigi poſſunt, & ab ea recedere, ſublato ſterno, permittentibusque commiſſuris (*e*): eoque capacitas inter dorſum & pectus augeri; & fere à ſummo deorſum magis magisque & aequabiliter.

VI. Quod quum fit, os ſuperius ſterni in priora ſurſum aliquantum convertitur.

Quod infra eſt ſterni reliquum, permittente connexione cum oſſe ſuperiore (*f*), id retrorſum cogi poteſt, & ad ſpinam inclinari una cum prioribus partibus cartilaginum, quae infra ſummas ſunt, octo vel novem: circa praecordia maxime. Atque hoc quum fit, illa pars thoracis, ubi cor ſedet, in priora nimium non dilatatur: inſignius autem, quae eſt à lateribus.

VII. Per quae igitur thorax inſigniter à ſummo deorſum ad quandam follis ſimilitudinem dilatatur: lateribus maxime. Dilatatur ſurgente quod ejus ante ſpinam eſt; ſurgente in latera, inque priorem partem: ſed priori media parte infra ſurgente minus. Contraria fiunt, quando ſublata remittuntur, reciduntque ac reſtituunt

(*b*) Supra cap. XVIII. §. IX.
(*c*) Supra cap. XVIII. §. V.
(*d*) Supra cap. XVIII. §. V. VI. VII. IX.
(*e*) Supra cap. XVIII. §. II. III. IV. V. VI. VII.
(*f*) Supra cap. XVII. §. VI.

tuunt ſeſe. Et poteſt capacitas ultra nonnihil coanguſtari. Atque haec fieri videmus, quum ſpiritus ducitur.

CAPUT XX.

De capite.

Abſumta hac relatione, proximum caput eſt (*g*).

Id domicilium eſt & ſedes encephali, oculorum, naſi, aurium, oris, & mordendi mandendique inſtrumentorum.

Conſtat ex calvaria (*h*), & maxilla inferiore (*i*).

CAPUT XXI.

De calvaria.

I. Calvaria os capitis eſt, ex multis quidem compoſitum, ſed unius in ſpeciem jugatis inter ſe, nexu firmo.

Continet conceptaculum encephali, foramina oculorum, nares, maxillam ſuperiorem, palatum, aures.

II. Cujus probare amplius non poſſumus veterem vulgaremque diviſionem in calvariam & maxillam ſuperiorem; inque oſſa utriusque, illius octo, hujus tredecim. Quam enim maxillam vo-

(*g*) *Sceleti t.* I. A—*ı in capite. Et t.* II. a—x *in capite. Et t.* III. A—m *in capite.*

(*h*) *Oſſium t.* I. *ic.* I. II. III. *Et t.* II. *ic.* I.

(*i*) *Oſſium t.* I. *ic.* I. II. III. *Et t.* II. *ic.* II. & III.

vocant, ejus pars parva maxilla eſt; multo major nares ſunt, oculorum foramina, & palatum. Et quae calvariae eſſe dicuntur, eorum os frontis multiformeque ac cribriforme ad oculorum quoque foramina naresque pertinent; cribriforme etiam parte minima ad calvariam. Et quae maxillae dicuntur, eorum pars minima maxilla eſt, nec niſi è partibus effecta maxillarium minoribus; quum ea caeteroquin ad nares, foramina oculorum, palatum, cum caeteris pertineant.

Quare ſingula unius calvariae oſſa ſeparatim perſequemur, poſt memoraturi, quae ex iis ſunt.

Ubi autem quaeque illorum oſſium in calvaria poſita ſint, id in anteceſſum indicatae icones declarabunt.

III. Unum & viginti ſunt. Verticis duo (*k*), frontis unum (*l*), unumque occipitis (*m*), temporum bina (*n*), multiforme unum (*o*), ſicuti & cribriforme (*p*), maxillaria duo (*q*), & jugalia (*r*), & naſi (*s*), & palati (*t*), & unguis (*v*), & ſpongioſa inferiora (*w*), unusque vomer (*x*).

C A-

(*k*) *Oſſium t.* I. *ic.* I. II. III. a. *Et t.* II. *ic.* I. a. *Et t.* III. *ic.* I. II. III. e.

(*l*) *Oſſium t.* I. *ic.* I. *&* III. b. *Et t.* II. *ic.* I. I. *Et t.* III. *ic.* I. II. III. q r s t u.

(*m*) *Oſſium t.* I. *ic.* I. II. III. c. *Et t.* II. *ic.* I. b b. *Et t.* III. *ic.* I. II. III. a b c.

(*n*) *Oſſium t.* I. *ic.* I. II. III. d e f g h. *Et t.* II. *ic.* I. d e f g h i k l m. *Et t.* III. *ic.* I. II. III. g h i ξ π ϱ.

(*o*) *Oſſium t.* I. *ic.* I. II. III. i k l m n. *Et t.* II. *ic.* I. n o p q r s. *Et t.* III. *ic.* II. III. k l m n o p.

(*p*) *Oſſium t.* I. *ic.* I. III. o p q. *Et t.* II. *ic.* I. G. *Et t.* III. *ic.* II. III. v w x y.

(*q*) *Oſſium t.* I. *ic.* I. II. III. r s. *Et t.* II. *ic.* I. w. *Et t.* III. *ic.* II. III. φ B.

(*r*) *Oſſium t.* I. *ic.* I. II. III. t. *Et t.* II. *ic.* I. H.

(*s*) *Oſſium t.* I. *ic.* I. III. u. *Et t.* II. *ic.* I. F. *Et t.* III. *ic.* II. III. ω C.

(*t*) *Oſſium t.* I. *ic.* I. II. III. x. *Et t.* II. *ic.* I. t. *Et t.* III. *ic.* III. υ A.

(*v*) *Oſſium t.* I. *ic.* I. III. v w.

(*w*) *Oſſium t.* I. *ic.* I. y. *Et t.* II. *ic.* I. u. *Et t.* III. *ic.* III. ↓.

(*x*) *Oſſium t.* I. *ic.* I. III. z. *Et t.* II. *ic.* I. v. *Et t.* III. *ic.* III. z.

CAPUT XXII.

De oſſibus verticis.

I. Ac primum verticis oſſa conceptaculi encephali pars magna ſunt, in vertice poſita, inque lateribus, & ſyncipite (*y*).

Ob id ampliora ſunt, & ex interiore parte concava (*z*), ab exteriore gibba (*a*), craſſitudinis modicae.

Fereque media eminent magis extrinſecus, ex interiore parte ſinuata profundius: ante praeſertim leniter depreſſiora (*b*).

II. Quatuor per circuitum oris finiuntur. Intra quas quodammodo quadrangularia ſunt: aliquanto autem longiora quam latiora, & longiora quidem inter frontem & occiput, retro anguſtiora (*c*).

Ora ſuperior longior & recta (*d*).

Hac aliquanto brevior inferior (*e*). Cujus pars prior recta, brevisque (*f*): media falcata, multoque longior (*g*): poſterior brevis, rectior, tendens retrorſum (*h*).

Prior inferiore brevior, leniter ſinuata (*i*).

Priore brevior poſterior, gibbaque (*k*).

III.

(*y*) *Oſſium t.* I. *ic.* III. II. I. a. *Et t.* III. *ic.* III. I. e.

(*z*) *Oſſium t.* III. *ic.* III. I. e.

(*a*) *Oſſium t.* I. *ic.* III. II. I. a.

(*b*) *Extrinſecus*, *oſſium t.* I. *ic.* III. a. *Ex interiore parte*, *t.* III. *ic.* III. e.

(*c*) *Oſſium t.* VI. *ic.* I. *&* II.

(*d*) *Oſſium t.* VI. *ic.* II. *inter* a *&* f.

(*e*) *Oſſium t.* VI. *ic.* I. *&* II. b c d e.

(*f*) *Oſſium t.* VI. *ic.* I. *&* II. b c.

(*g*) *Oſſium t.* VI. *ic.* I. *&* II. c d.

(*h*) *Oſſium t.* VI. *ic.* I. *&* II. d e.

(*i*) *Oſſium t.* VI. *ic.* I. *&* II. a b.

(*k*) *Oſſium t.* VI. *ic.* I. *&* II. f e.

III. Per eas committuntur, craſſitudine reſpondentes iis, cum quibus committuntur.

Superiore committuntur inter ſe (*l*): eaque ſatis craſſa eſt, & denticulata (*m*).

Poſteriore cum oſſe occipitis (*n*): quae fere craſſior, & denticulata inſignius (*o*).

Priore cum oſſe frontis (*p*): eaque craſſa & denticulata (*q*), praeter partem inferiorem, quae ſquamae inſtar procurrens, extenuataque ex interiore parte (*r*), aſſidet extrinſecus (*s*).

Inferioris parte priore cum multiformi (*t*), media cum ſquamoſo (*v*): quae totae paulatim ab exteriore parte extenuantur, eminentiasque ibi habent veluti radiatas, ſulcosque inter eas (*w*), ubi multiforme & ſquamoſum inſident.

Inferioris parte poſteriore cum mammillari oſſis temporis (*x*): eaque craſſa, & denticulata, ſed minus (*y*).

IV.

(*l*) *Extrinſecus*, *oſſium t.* I. *ic.* I. & II. E.

Ex interiore parte, *t.* III. *ic.* I. Λ.

(*m*) *Oſſium t.* III. *ic.* III. f.

(*n*) *Extrinſecus*, *oſſium t.* I. *ic.* II. & III. GG.

Ex interiore parte, *t.* III. *ic.* II. & III. Δ.

(*o*) *Oſſium t.* VI. *ic.* I. & II. fe.

(*p*) *Extrinſecus*, *oſſium t.* I. *ic.* I. & III. FF.

Ex interiore parte, *t.* III. *ic.* I. & III. Θ.

(*q*) *Oſſium t.* VI. *ic.* I. & II. ba.

(*r*) *Oſſium t.* VI. *ic.* I. & II. *mox ſupra* b.

(*s*) *Extrinſecus*, *oſſium t.* I. *ic.* I. & III. F *infer.*

Intus in ſutura, *t.* III. *ic.* I. & II. *inter* Z & Ξ *ſuper.*

(*t*) *Extrinſecus*, *oſſium t.* I. *ic.* III. *inter* a & i.

Ex interiore parte, *t.* III. *ic.* III. *inter* e & nn.

(*v*) *Extrinſecus*, *oſſium t.* I. *ic.* III. I.

Ex interiore parte, *t.* III. *ic.* III. *inter* e & g.

(*w*) *Oſſium t.* VI. *ic.* I. dcb.

(*x*) *Extrinſecus*, *oſſium t.* I. *ic.* III. *juxta* G *infer.*

Ex interiore parte, *t.* III. *ic.* III. *inter* H & I.

(*y*) *Oſſium t.* VI. *ic.* I. & II. ed.

IV. Qui ex conjunctis his oris fiunt anguli, eorum prior idemque inferior acutior eſt, veluti procurrens (*z*).

Prior idemque ſuperior rectior (*a*).

Poſteriores hebetes, tum ſuperior (*b*), tum inferior (*c*).

Hebetes duo, qui fiunt è conjunctis partibus orae inferioris (*d*).

V. Satis aequabilia ſunt, tum à parte exteriore, tum ex interiore, ſed aptata ad ea, quae appoſita ſunt.

VI. Extrinſecus toto prope latere ad notam pertinent (*e*), cui temporalis affigitur. Quae pars ſupra termino ſemicirculari finitur (*f*).

VII. Ex interiore parte ad cerebri formam leniter inaequabilia ſunt (*g*).

VIII. In eadem interiore parte ſecundum oram, qua committuntur inter ſe, veſtigii pars in utroque, ſed non aequa ubique eſt (*h*), cui ſinus ſuperior meningis craſſae inſidet.

IX. Et ſecundum poſteriorem partem orae, qua cum mammillari committuntur, pars brevis veſtigii (*i*) illius, cui inſidet ſinus lateralis.

X. Et fere ſecundum priorem partem veſtigii ſinus ſuperioris me-

(*z*) *Extrinſecus*, *oſſium t.* VI. *ic.* I. b. *Et t.* I. *ic.* III. a *juxta* F *infer.*
Ex interiore parte, *t.* VI. *ic.* II. b. *Et t.* III. *ic.* III. e *juxta* n *anter.*

(*a*) *Extrinſecus*, *oſſium t.* VI. *ic.* I. a. *Et t.* I. *ic.* I. E.
Ex interiore parte, *t.* VI. *ic.* II. a. *Et t.* III. *ic.* I. e *juxta* ν *infer.*

(*b*) *Extrinſecus*, *oſſium t.* I. *ic.* II. a *juxta* G *ſuper.*

(*c*) *Extrinſecus*, *oſſium t.* VI. *ic.* I. e. *Et t.* I. *ic.* III. a *ubi* G *infer.*
Ex interiore parte, *t.* VI. *ic.* II. e. *Et t.* III. *ic.* III. e *juxta* H.

(*d*) *Extrinſecus*, *oſſium t.* VI. *ic.* I. d, c. *Et t.* I. *ic.* III. *inter* a *&* d i.
Ex interiore parte, *t.* VI. *ic.* II. d, c. *Et t.* III. *ic.* III. *inter* c *&* g n.

(*e*) *Oſſium t.* I. *ic.* III. a *infer.*

(*f*) *Oſſium t.* I. *ic.* III. a β β.

(*g*) *Oſſium t.* III. *ic.* I. *&* III. e.

(*h*) *Oſſium t.* III. *ic.* I. F F *infer.*

(*i*) *Oſſium t.* III. *ic.* III. H.

meningis craſſae parvi ſinus inveniuntur (*k*), recipientes meningis illius eminentias, proceſſusve.

Eorum aliqui aliis profundiores, & in fundo quaſi perforati.

XI. Sulci deinde ramoſi (*l*), per quos recipiuntur arteriae meningis illius.

Ii ab ora inferiore, qua parte acuta eſt, aſcendunt, ramosque per latitudinem ſpargunt totam, crebre coëuntes, non eodem in aliis atque aliis modo.

Ramus praecipuus ab angulo inferiore eodemque priore aſcendit ſecundum oram priorem, non longe ab ea; donec non admodum à ſummo abſit (*m*).

Pars hujus prima, quae in ipſo angulo, aut juxta eum eſt, non ſulcus, ſed canalis eſt brevis (*n*).

In ſulcis foramina parva ſunt, in majoribus crebra: per quae rami vaſorum in os penetrant.

XII. Perforata denique in vertice, juxta oram, qua committuntur inter ſe, circa tertiam longitudinis ejus, in parte poſteriore, ubi ſagittalis fere ſimplicior eſt. Foramen exiguum eſt, ovatumque (*o*), penetrans oblique antrorſum: multisque nullum ſupereſt, aut deletum alterum. Penetrat arteria & venula ad meningem craſſam.

Ab eo per internam partem ſulci deſcendunt ramoſi (*p*), quibus rami vaſorum illorum inſident. Occurrunt hi ſulcis illis, quos ab

(*k*) *Oſſium t.* III. *ic.* I. *juxta priorem partem* F F *infer.*

(*l*) *Oſſium t.* III. *ic.* I. & III. Y, Y.

(*m*) *Oſſium t.* III. *ic.* III. Y Y *infra & ſupra* Z: & *ic.* I. Y.

(*n*) *Oſſium t.* III. *ic.* III. & I. Z.

(*o*) *Extrinſecus, oſſium t.* I. *ic.* II. N. *Ex interiore parte, t.* III. *ic.* I. P.

(*p*) *Oſſium t.* III. *ic.* I. QQ.

ab inferioribus partibus aſcendere diximus (q); cumque iis ſe conjungunt.

CAPUT XXIII.

De oſſe frontis.

I. Horum priori parti os frontis adjungitur (r).

Id aliquibus à ſyncipite per frontem mediam procurrente ſutura ſagittali ſectum (s), ex infantia (t). Cujus reliquiae hîc ſuperſunt juxta naſum (v).

Pertinet hoc os ad conceptaculum encephali, oculorum foramina, naſum.

II. Pars ejus major ſemiorbiculata eſt.

Eaque in fronte eſt, & ad ſynciput, temporaque (w). Priorque ex ea pars fit conceptaculi encephali (x).

Similis haec oſſibus verticis eſt, ampla, ex interiore parte concava (y), extrinſecus gibba (z), craſſitudinis modicae.

III. Inque fronte & ſyncipite ſatis aequabilis eſt (a).

In fronte autem eminet utrimque (b), ex infantia (c). Ubi in-

(q) Supra §. XI.

(r) *Extrinſecus*, *oſſium t.* I. *ic.* I. & III. b.

Ex interiore parte, *t.* III. *ic.* I. II. & III. q.

(s) *Oſſium t.* IV. *ic.* I. dd.

(t) Icones oſſium foetus hum. ad ic. III.

(v) *Oſſium t.* I. *ic.* I. K.

(w) *Oſſium t.* I. *ic.* I. bbb *ſuper.* & *ic.* III. bb *ſuper.*

(x) *Oſſium t.* III. *ic.* I. qq: & *ic.* III. q. *Et t.* V. *ic.* VII. aa.

(y) *Oſſium t.* III. *ic.* I. qq: & *ic.* III. q. *Et t.* V. *ic.* VII. aa.

(z) *Oſſium t.* I. *ic.* I. bbb *ſuper.* & *ic.* III. bb. *ſuper.*

(a) *Oſſium t.* I. *ic.* I. b *ſuper. med.*

(b) *Oſſium t.* I. *ic.* I. *ab utroque latere* b *ſuper. med.*

(c) Icones oſſium foetus hum. ic. III. m.

intus fere ſcrobes ſunt (*d*), quibus cerebri extrema priora inſident.

IV. In temporibus pars notae, cui temporalis affigitur (*e*). Ea ab extremo ſupercilio termino ſupra finitur leniter eminente, gibboque.

V. Retro cum oſſibus verticis (*f*), cumque multiformi (*g*), circuitu connectitur ſemiorbiculato, reſpondente craſſitudine.

Cum oſſibus quidem verticis convenit ora craſſiore, maximamque partem denticulata (*h*).

Infra autem ab utraque parte extenuata (*i*), ſubit ea, & multiforme.

VI. A fronte in ſupercilia deſinit (*k*), interjectamque iis glabellam (*l*).

Eoque ibi lateſcit, procurrens ab utroque latere mucrone, ſenſim anguſtiore, oblique in latus deorſum directo (*m*).

Superciliis à ſuperiore parte terminantur foramina oculorum. Itaque arcuata ſunt, infraque cava. Juxta naſum obtuſiora, caeterum acutiora.

Inter ea à fronte coanguſtata glabella modice gibba eſt, & aequabilis.

Supraque eam, proximaque ſupercilia, lene utrimque tuber (*n*), ubi intus ſinus frontales ſunt.

VII.

(*d*) *Oſſium t.* V. *ic.* VI. *circa* a, a.

(*e*) *Oſſium t.* I. *ic.* III. b *in tempore.*

(*f*) *Extrinſecus, oſſium t.* I. *ic.* I. FFF: & *ic.* II. FF.

Ex interiore parte, t. III. *ic.* I. Θ Θ: & *ic.* III. Θ.

(*g*) *Extrinſecus, t.* I. *ic.* I. & III. *inter* i & b *proxim. Et t.* V. *ic.* II. *inter* F & a *proxim. à latere.*

(*h*) *Oſſium t.* V. *ic.* VII. V V.

(*i*) *Oſſium t.* V. *ic.* I. *à latere infraque* t.

(*k*) *Oſſium t.* I. *ic.* I. & III. *inter* O & b *proxim. à parte inferiore.*

(*l*) *Oſſium t.* I. *ic.* I. *circum* K.

(*m*) *Oſſium t.* I. *ic.* I. *infra* O β, & P β.

(*n*) *Oſſium t.* I. *ic.* I. *inter* P & K, & *inter* O & K.

VII. Extremis utrimque ſuperciliis cum jugalibus connectitur (*o*), ora craſſa denticulataque (*p*).

In glabellae imo ora eſt denticulata, poſteriore parte aliquantum procurrens ſquamae modo (*q*). Ea ora connectitur cum oſſibus naſi (*r*), & proceſſibus maxillarium ad naſum eminentem pertinentibus (*s*).

Mediaque ſquama procurrit mucrone (*t*), cui oſſa naſi inſident, & annexa ſunt (*v*).

VIII. Ora ſupercilii extrema haud longe à glabella perforata eſt.

Foramen in ſiniſtro exiguum, ovatum, transverſum (*w*): in dextro, deficiente ora, quaſi dimidium (*x*).

Aliis interruptum. Aliis ejus loco veluti leviter impreſſum veſtigium. Aliis nullum. Aliis veſtigium & foramen. Foramina aliis duo, aliis tria. Aliis diſſimilitudines aliae. Atque his ſupercilia unius quoque ejusdemque oſſis diſcrepant inter ſe.

Nervi per haec à primis ramis quintorum cerebri ex foraminibus oculorum ad frontem pertinent, vaſaque.

Fit, ut veſtigia eorum ramoſa à foramine in frontem ducantur.

IX. Infra à totis ſuperciliis retrorſum tendit, parte ab utroque una, ampla, transverſa, multoque tenuiore (*y*): quibus encephali & oculorum conceptaculis interjicitur.

X.

(*o*) *Oſſium t.* I. *ic.* I. *&* III. *inter* t *&* β *proxim.*

(*p*) *Oſſium t.* V. *ic.* I. *&* II. s.

(*q*) *Oſſium t.* V. *ic.* I. *&* II. ww.

(*r*) *Extrinſecus, oſſium t.* I. *ic.* I. *inter* K *&* u.

Intus, t. IV. *ic.* I. *inter* d *&* ω.

(*s*) *Oſſium t.* I. *ic.* I. *à latere* K u; *& ic.* III. *infra* b *infer.*

(*t*) *Oſſium t.* V. *ic.* II. d. *Et t.* III. *ic.* III. s.

(*v*) *Oſſium t.* IV. *ic.* I. *inter* ω *&* c. *Et t.* III. *ic.* III. *inter* C *&* s.

(*w*) *In foramine oculi, oſſium t.* V. *ic.* I. r *ſiniſtr.*

Extrinſecus, t. I. *ic.* I. O.

(*x*) *Oſſium t.* I. *ic.* I. P. *Et t.* V. *ic.* I. r *dextr.*

(*y*) *Oſſium t.* V. *ic.* I. *&* II. b, b. *Et t.* I. *ic.* I. b, b *infer.*

x. Eae partes infra ex transverſo ſinuatae ſunt, aequabileſque, atque inde à ſuperciliis paulatim anguſtiores, latere interiore recto, exteriore obliquo, retroque terminatae ora transverſa (z).

Qua parte foraminum oculorum lacunar prope totum ſunt (a), & à priori parte etiam pars lateris interni (b).

xi. Cum oſſibus unguis (c), & planis (d), connectuntur tota ora, quae juxta naſum eſt, eaque tenui (e), ac reſpondente.

Ab altera parte cum proceſſibus lateralibus multiformis (f), quibus inſident, ſupercurrentes ſquamae modo (g).

A poſteriore cum proceſſibus ejusdem multiformis prioribus (h), tenui reſpondenteque ora (i).

xii. Retro inter proceſſus multiformis tenues extremos proximosque laterales, ubi cum iis connectitur, parva orae parte pertinet ad fiſſuram extremam foraminis, quod conceptaculi encephali quartum faciemus.

xiii. In foramine oculi juxta caudam ſupercilii ſinuatae cum ea ſunt profundius (k): ubi glandula lacrymalis inſidet.

xiv. Juxta canthum internum ſcrobiculus in iis reperitur, cui ſemi-

(z) *Oſſium t.* v. *ic.* i. *&* ii. b, b.

(a) *Oſſium t.* i. *ic.* i. b, b *infer.*

(b) *Oſſium t.* i. *ic.* iii. b *infer. Et t.* iv. *ic.* viii. a.

(c) *In foramine oculi*, *oſſium t.* i. *ic.* iii. *inter* v *&* b *proxim. Et t.* iv. *ic.* viii. *inter* a *&* I.

In naſo, *t.* iv. *ic.* ii. *inter* I *&* b *proxim.*

(d) *In foramine oculi*, *oſſium t.* i. *ic.* iii. *inter* o *&* b *proxim. Et t.* iv. *ic.* viii. *inter* a *&* F.

In naſo, *t.* iv. *ic.* ii. *inter* F *&* b *proxim.*

(e) *Oſſium t.* v. *ic.* ii. *ab interno latere* b.

(f) *Oſſium t.* i. *ic.* i. *inter* X *&* b *proxim. Et t.* v. *ic.* ii. *inter* b *&* G.

(g) *Oſſium t.* v. *ic.* i. *ſupra & ab interiore latere* t.

(h) *Oſſium t.* i. *ic.* i. *inter* k *&* b *proxim. Et t.* v. *ic.* ii. *inter* b *&* D.

(i) *Oſſium t.* v. *ic.* i. *inter* b *&* a.

(k) *Oſſium t.* v. *ic.* ii. b.

miorbiculus cartilagineus alligatur, quo tendo obliqui ſuperioris oculi regitur.

XV. Jam in capitibus ſuperciliorum, inque glabella, atque inde retrorſum ſecundum internam partem foraminum oculorum, ſpatium intus utrimque habet (*l*), diductis tabulis ejus.

XVI. In glabella autem, ſuperciliisque, capacitates illae majores ſunt (*m*): ſinus frontales appellant.

Hi capaciores infra, ſupra inque latere deſinunt angulo anguſtiore (*n*).

Duo ſunt, dexter & ſiniſter, media intus in glabella diſcreti interſtitio (*o*), quod ex lateribus ſinuum (*p*) inter ſe connexis fit, ubi ſutura ſagittalis ſecat (*q*).

Uno praeterea, alterove, veluti naſcente, ſinguli ſubdiviſi in ſummo (*r*): hîc etiam in latere diviſi plenius (*s*).

Sinus autem inter diductas oſſis tabulas proprio cortice terminantur (*t*).

Minores aliis, aliis majores. Dexter aliis major, aliis ſiniſter.

Interſtitium aliis rectum, aliis in alterutrum laterum curvatum. Aliis ex parte deficit, ut ſinus alter ad alterum pervius ſit.

XVII. Infra ſuo uterque ore contractiore & rotundiore (*v*) ad os cavernoſum pertinet, mox pone illam partem, cui extremus pro-

(*l*) *Oſſium t.* V. *ic.* II. ikn, ilmn.

(*m*) *Oſſium t.* V. *ic.* II. i, i. *Et t.* III. *ic.* I. & II. t, tt. *Et t.* IV. *ic.* II. Ψ: & *ic.* VIII. Ψ Ψ.

(*n*) *Oſſium t.* III. *ic.* II. & I. t, t t: & *ic.* III. u. *Et t.* IV. *ic.* II. Ψ.

(*o*) *Oſſium t.* III. *ic.* I. II. & III. u.

(*p*) *Oſſium t.* IV. *ic.* I. d *infer.*

(*q*) Vide academ. annot. lib. I. cap. XI.

(*r*) *Oſſium t.* III. *ic.* I. & II. *inter* t & t *dextr. Reſpondet ſiniſter. Et t.* IV. *ic.* VIII. *ſupra* Ψ *ſuper.*

(*s*) *Oſſium t.* IV. *ic.* VIII. *inter* Ψ & Ψ.

(*t*) *Oſſium t.* IV. *ic.* II. * *ante* Ψ.

(*v*) *Oſſium t.* V. *ic.* II. i.

proceſſus maxillaris, ad naſum eminentem pertinens, extrinſecus inſidet.

Connectiturque cum circuitu cavernulae cavernoſi prioris ejusdemque ſuperioris, quam quartam ponemus: in eamque migrat, ſic ut ea revera pars inferior ſinus ſit.

XVIII. Poſt ſinuum frontalium exitum tabula ſuperior ſupra os cavernoſum procurrit, ſecundum interiorem partem totam illius partis, quae ad lacunar foraminis oculi pertinet (*w*).

Atque ibi proxima primum ſinui ſemicavernula eſt (*x*), quae ſupra è tabula ſuperiore, à latere exteriore effecta ex inferiore, connectitur cum cavernula cavernoſi illa, quam tertiam faciemus, eamque complet. Eaque ſemicavernula in parte dextra interſtitio dividitur ex transverſo (*y*) veluti in duas (*z*): annexaque interſtitio pars cavernoſi, quae interſtitii illius pars eſt.

Poſt eam tabulae non ita diductae ſunt, eo quod inferior ora humili definit: inque ſuperiore veluti lenis ſinus eſt (*a*), cum cavernoſo, quod leviter recipit, connexus.

XIX. In ora proxima partis ad lacunar foraminis oculi pertinentis, qua cum plano connectitur, circa mediam ſuturam, pars oſculi eſt (*b*): unde inter ſemicavernulam & ſinum illum lenem, quae poſt exitum ſinus frontalis ſunt, ſemicanaliculus tendit oblique introrſum & in priora (*c*), ultraque procurrit per oram ſecundum interiorem partem ſemicavernulae (*d*).

Pars eſt canaliculi, quem inter foramina foraminis oculi quarto loco ponemus.

XX.

(*w*) *Oſſium t.* V. *ic.* II. k f n h, l m f n h.
(*x*) *Oſſium t.* V. *ic.* II. k, *&* l m.
(*y*) *Oſſium t.* V. *ic.* II. *inter* l *&* m.
(*z*) *Oſſium t.* V. *ic.* II. l, m.
(*a*) *Oſſium t.* V. *ic.* II. n.
(*b*) *Oſſium t.* IV. *ic.* VIII. s.
(*c*) *Oſſium t.* V. *ic.* II. f.
(*d*) *Oſſium t.* V. *ic.* II. g. *Et t.* IV. *ic.* I. u.

XX. Poſt hoc oſculum pars oſculi ſimilis in eadem quoque ora partis ad lacunar foraminis oculi pertinentis eſt, ſed juxta finem ejus (*e*): indeque ſemicanaliculus ſimilis poſteriorem partem ſinus illius lenis ſecat (*f*).

Is ſemicanaliculus ad foramen quintum foraminis oculi pertinet.

XXI. Jam vero à parte ſuperiore, in dextra laevaque, tum qua ſupra foramen oculi, tum qua ſupra cavernoſum eſt, tum qua multiformi ſquamae modo inſidet, non interruptum eſt, gibbum ubi ſupra oculum eſt, deſidens utrimque, maxime ubi ſuper cavernoſum eſt, totumque ad formam cerebri inaequabile (*g*).

Eaeque partes conceptaculi encephali partes priores ſunt, infra utrimque eminentes; quibus inſident cerebri extrema priora.

XXII. Sunt autem triangulares (*h*).

Latus unum gibbum, ubi à priore atque exteriore parte procurrunt ab ima devexitate partis ſuperioris.

Latus alterum rectum, transverſum, quo retro finiuntur, pertinentque ad multiformis proceſſus priores lateralesque, cum iisque connectuntur (*i*).

Latus tertium interius eſt, ora recta, tenuis, à priori parte pertinens in poſteriorem (*k*).

XXIII. Interque oras interiores, dextram laevamque, intervallum ſatis magnum relinquitur (*l*), idque oblongum, à priore par-

(*e*) *Oſſium t.* IV. *ic.* VIII. v.
(*f*) *Oſſium t.* V. *ic.* II. h.
(*g*) *Oſſium t.* III. *ic.* II. q, q. *Et t.* V. *ic.* VII. *infra* a, a *ſuper.*
(*h*) *Oſſium t.* III. *ic.* II. q, q. *Et t.* V. *ic.* VII. *infra* a, a *ſuper.*
(*i*) *Cum priore, oſſium t.* III. *ic.* II. *inter* q & m. *Et t.* V. *ic.* VII. *inter* a *ſuper.* & D.
Cum laterali, t. V. *ic.* VII. *inter* a *infer.* & U.
(*k*) *Oſſium t.* III. *ic.* II. *inter* q & S. *Et t.* V. *ic.* VII. *juxta* i.
(*l*) *Oſſium t.* V. *ic.* II. *inter* g & g.

parte pertinens in poſteriorem: quod cribriforme implet (*m*), ac multiforme (*n*), connexa cum oris (*o*).

XXIV. Cujus ad intervalli priorem partem, indeque inter oſtia ſinuum frontalium, quod in medio eſt, aſperulum eſt (*p*), ultraque migrat in mucronem (*q*), cui oſſa naſi inſidere diximus (*r*).

XXV. Duo ibi primum ſcrobiculi (*s*), quibus criſta galli alis ſuis annexa (*t*).

Ab iisque veluti ſulcus (*v*), cui annexum interſtitium cribriformis (*w*).

XXVI. Mucro tendit in priora deorſum, per altitudinem latior: acceditque ad interſtitium narium, ejusque pars eſt (*x*).

XXVII. Principium mucronis, quod medium eſt inter oſtia ſinuum frontalium, tenui ab utroque diſcrimine ſeparatum eſt, quod ad lacunar naſi pertinet (*y*), ubi extrinſecus oſſa naſi inſident ſuperioribus partibus ſuis.

XXVIII. Inter ſcrobiculos, cum quibus alae criſtae galli connexae, foramen eſt, quod vocant caecum; oſtium canaliculi.

Is aliis in oſſe frontis totus eſt: aliis maximam partem, complente criſta galli cum interſtitio cribriformis (*z*).

Qui-

(*m*) *Oſſium t.* III. *ic.* II. S S *inter* q & q.

(*n*) *Oſſium t.* V. *ic.* II. α.

(*o*) *Cribriforme*, *oſſium t.* III. *ic.* II. *inter* q & S. *Et t.* IV. *ic.* I. *mox ſupra* m.

Multiforme, *t.* IV. *ic.* I. *Et t.* V. *ic.* II. *inter* α & h *dextr.* & *ſiniſtr.*

(*p*) *Oſſium t.* V. *ic.* VII. & II. x x y.

(*q*) *Oſſium t.* V. *ic.* II. d. *Et t.* III. *ic.* III. s.

(*r*) Supra §. VII.

(*s*) *Oſſium t.* V. *ic.* VII. & II. x, x.

(*t*) *Oſſium t.* III. *ic.* II. *juxta* x.

(*v*) *Oſſium t.* V. *ic.* VII. & II. y.

(*w*) *Oſſium t.* III. *ic.* III. *inter* s & y.

(*x*) *Oſſium t.* III. *ic.* III. s.

(*y*) *Oſſium t.* V. *ic.* II. c, c.

(*z*) *Oſſium t.* III. *ic.* II. R.

Quibus os frontis ſectum erat, iis utraque pars partem conferebat.

Oſtium parvum eſt: à quo deſcendit, longiusque penetrat in interſtitium ſinuum frontalium, anguſtans ſe in finem acutum (*a*).

Meninx craſſa inſerta, cum vaſculis.

XXIX. Ab hoc per mediam partem interiorem, quae ex adverſo glabellae frontisque eſt, ſurgit criſta quaedam, ſenſim primum inſignior, rurſusque minus ac minus, evaneſcensque (*b*). Cui illa pars meningis craſſae adhaeret, quae in proceſſum falciformem migrat.

XXX. In criſta veſtigium incipit, cui ſinus ſuperior meningis craſſae inſidet.

Id primum anguſtum, lateſcit paulatim, ultraque criſtam procurrit ad ſummam oſſis oram usque (*c*).

Aliis tantummodo veſtigium illud eſt, criſta nulla.

XXXI. In eadem interiore parte veſtigia quaedam ſunt arteriarum meningis craſſae (*d*).

Ea ab ora oſſis orbiculata tendunt fere antrorſum, ſenſim ramoſiora.

XXXII. Scrobiculique in eadem profundiores, recipientes proceſſus meningis ejusdem.

Hi ſcrobiculi fere ab utroque latere veſtigii ſinus ſuperioris meningis illius ſunt, praeterquam infra (*e*): ſed alio atque alio modo in aliis aliisque.

XXXIII. Caeterum eadem leniter ad cerebri formam inaequabilis eſt (*f*).

(*a*) *Oſſium t.* V. *ic.* VII. e.

(*b*) *Oſſium t.* III. *ic.* III. r. *Et t.* V. *ic.* VII. o.

(*c*) *Oſſium t.* V. *ic.* VII. p.

(*d*) *Oſſium t.* V. *ic.* VII. a a.

(*e*) *Ut oſſium t.* V. *ic.* VII. q, q, q, q.

(*f*) *Oſſium t.* V. *ic.* VII. a a.

CAPUT XXIV.

De oſſe occipitis.

I. Ut priori verticis oſſium parti frontis, ſic poſteriori os adjungitur occipitis, in occipitio, infraque illud in baſi calvariae poſitum (*g*).

II. Septem oris terminatur (*h*), dextris & ſiniſtris, praeter priorem eandemque inferiorem, quae ſingula.

Earum ſuperioribus duabus, iisque denticulatis craſſisque (*i*), cum oſſibus verticis connectitur (*k*), reſpondens iis craſſitudine.

Binis ſequentibus connectitur cum mammillaribus partibus oſſium temporum (*l*), reſpondetque iis craſſitudine. Quae orae minus primum denticulatae ſunt, tenuioresque; dein craſſiores, & tantummodo inaequabiles (*m*).

Poſt has duae (*n*), relicta primum lunula majore (*o*), minoreque (*p*), aſperulae ſunt (*q*), annectunturque petroſis (*r*).

Poſt

(*g*) *Extrinſecus*, *oſſium t.* I. *ic.* II. c c. *Et t.* II. *ic.* I. b b.
Ex interiore parte, *t.* III. *ic.* I. *&* II. a a.
(*h*) *Oſſium t.* VI. *ic.* IV.
(*i*) *Oſſium t.* VI. *ic.* IV. ɸ υ, ɸ υ.
(*k*) *Extrinſecus*, *oſſium t.* I. *ic.* II. G G G.
Ex interiore parte, *t.* III. *ic.* I. *&* II. Δ Δ.
(*l*) *Extrinſecus*, *oſſium t.* I. *ic.* II. *à* G *infer. ſecundum* S. *Et t.* II. *ic.* I. *ſecundum* Y V.
Ex interiore parte, *t.* III. *ic.* II. *ab* H *ſecundum* h b ε.
(*m*) *Oſſium t.* VI. *ic.* IV. υ τ, υ τ.
(*n*) *Oſſium t.* VI. *ic.* IV. ξ σ, ξ σ.
(*o*) *Oſſium t.* VI. *ic.* IV. ξ, ξ.
(*p*) *Oſſium t.* VI. *ic.* IV. *ante* ξ, ξ.
(*q*) *Oſſium t.* VI. *ic.* IV. σ, σ.
(*r*) *Extrinſecus*, *oſſium t.* II. *ic.* I. *juxta* δ *in latere utroque.*
Ex interiore parte, *t.* III. *ic.* II. *inter* N *&* M *in utroque latere.*

Poſt has ſeptima planities amplior eſt, leniter inaequabilis, circuitu ſupra rectior, inde lateribus primum ſinuatis, poſt rotunda, infra rectior (*s*). Qua cum baſi multiformis per cartilaginem conjungitur juvenibus, coïtque aetate provectiore (*t*).

III. Intraque oras illas fere ovatum eſt (*v*): ſic tamen, ut à cacumine ſummo intra primas duas, & eas rectiores, lateſcat inſigniter (*w*): inde intra proximas anguſtet ſe modice, lunatas praeterea (*x*): ab his coanguſtet magis intra ſequentes, lunatas & ipſas (*y*): coanguſtet in mucronem, in fine veluti ex transverſo truncatum (*z*).

IV. Fit, ut mucro ſuperior veluti ſeparatus ſit per ſuturam transverſam. Habeo calvariam adulti, in qua ſeparatus mucro latitudinis eſt pollicum duorum, altitudinis pollicis unius.

Alias habeo duas, quibus in dextro latere ab ima extrema lambdiformi usque fere ad ſagittalem ſectum ſutura eſt; ſic ut inter ſuturam illam ſecantem lambdiformemque portio contineatur ſatis magna, ſecundum longitudinem earum ovata. Eaque ſutura dimidia parte prima harmoniae ſimilis eſt: altera vera eſt.

Habeo, cui idem os ejusmodi ſutura brevior ſecat infra juxta lambdiformem extremam: nec niſi extrinſecus ſecat. Ubi nimirum juniore aetate fiſſum eſt (*a*), ut ex ea ſuperſit, fiſſuraque verſa ſit in ſuturam.

V. Redeamus autem ad conſueta naturae.

Ad

(*s*) *Oſſium t.* VI. *ic.* IV. ϱ.

(*t*) *Extrinſecus*, *oſſium t.* II. *ic.* I. *inter* b *ſuper.* & n n.

Intrinſecus, *t.* III. *ic.* II. *juxta* k.

Intus, *ic.* III. Ξ *infer. eademque media.*

(*v*) *Oſſium t.* VI. *ic.* IV.

(*w*) *Oſſium t.* VI. *ic.* IV. *inter* φ υ & φ υ.

(*x*) *Oſſium t.* VI. *ic.* IV. *inter* υ τ & υ τ.

(*y*) *Oſſium t.* VI. *ic.* IV. *inter* ξ σ & ξ σ.

(*z*) *Oſſium t.* VI. *ic.* IV. ϱ.

(*a*) Icones oſſium foetus hum. ic. X. & XI. g.

Ad conceptaculi encephali partem poſteriorem pertinet, eamque, quae mox infra ſequitur. Idcirco ex interiore parte cavum (*b*), extrinſecus gibbum (*c*).

Praeterque extremam priorem partem oſſibus verticis ſimile (*d*). Simillimum interſerto eis angulo ſuperiore, qui in occipite eſt (*e*). Tenuius infra (*f*), praeterquam in medio per altitudinem (*g*); atque extrinſecus inaequabile (*h*), ubi carnibus alte immerſum.

Inde autem quae ſupereſt pars prior diſcrepat (*i*). Craſſior primum, & tum infra, tum ſupra inſigniter extuberans (*k*), ante tubera tenuior, inde craſſeſcit ſenſim, ad poſtremum craſſior, quam oſſis hujus pars alia ulla, praeterquam ubi extuberat (*l*).

VI. Et infra quidem tubera exigit duo, dextrum & ſiniſtrum (*m*): quibus per ſinus vertebrae ſummae receptis nititur caput totum, componiturque in articulos, ut mobile ſit (*n*).

Reſpondent ſinibus illis. Itaque oblonga ſunt, fere ovata, longiora intra poſteriora & priora, diſtantque inter ſe à priori parte mi-

(*b*) *Oſſium t.* III. *ic.* I. & II. a a. *Et t.* VI. *ic.* IV. θ ζ ζ ι κ κ η η μ.

(*c*) *Oſſium t.* I. *ic.* II. c c. *Et t.* II. *ic.* I. b b.

(*d*) *Extrinſecus*, *oſſium t.* I. *ic.* II. c c. *Et t.* II. *ic.* I. *inter* b *infer.* & ε ε.

Ex interiore parte, *t.* III. *ic.* I. a a: & *ic.* II. *inter* F *infer.* & K K. *Et t.* VI. *ic.* IV. ζ ζ η η.

(*e*) *Extrinſecus*, *oſſium t.* I. *ic.* II. c *ſuper.* *Et t.* II. *ic.* I. b *infer.*

Ex interiore parte, *t.* III. *ic.* I. a a: & *ic.* II. *inter* F & Δ, *utrimque*. *Et t.* VI. *ic.* IV. ζ ζ.

(*f*) *Extrinſecus*, *oſſium t.* I. *ic.* II. c *infer.* *Et t.* II. *ic.* I. *inter* κ κ & ε ε.

Ex interiore parte, *t.* III. *ic.* II. G G D D. *Et t.* VI. *ic.* IV. ι κ η η.

(*g*) *Oſſium t.* III. *ic.* III. Ξ *poſter.*

(*h*) *Oſſium t.* I. *ic.* II. c *infer.* *Et t.* II. *ic.* I. *inter* κ κ & ε ε.

(*i*) *Extrinſecus*, *oſſium t.* II. *ic.* I. ε c c ε b *ſuper.* *Et t.* IV. *ic.* IV. *inter* ο ο & π π.

Ex interiore parte, *t.* III. *ic.* II. K K a *ſuper.*

(*k*) *Oſſium t.* III. *ic.* III. c, & *ſupra* η.

(*l*) *Oſſium t.* III. *ic.* III. *inter* θ *prior.* & Ξ *proxim.* *Et t.* VI. *ic.* IV. σ π π σ ρ.

(*m*) *Oſſium t.* III. *ic.* III. c.

(*n*) Vide cap. IX. §. XVI.

minus, quam à poſteriore, in quam diducuntur: infra gibba, per longitudinem maxime, eaque parte cartilaginoſa, & in dextram dextrum, in laevam laevum, nonnihil directa (*o*).

Aliquibus diviſa in capitula duo, prius, & poſterius. Quae qua alterum ab altero ſeparatum, circuitu rotundiore finiuntur, ſeparante in medio diſcrimine deſidente tenui, inde in utrumque latus ad formam eorum latiore.

Aliis media conjuncta ſunt, in lateribus autem disjuncta, in interiore, quo ſunt ad foramen magnum, maxime.

VII. Supra, hoc eſt, ad conceptaculum encephali, tubera ſunt minora (*p*), poſita ad oras cum petroſis connexas (*q*), ſecundum eas fere ovata, gibbaque.

VIII. Ab his autem craſſeſcit ſic, ut ad poſtremum cum baſi multiformis apte conveniat (*r*).

Ibique extrinſecus per transverſum gibbum eſt (*s*), per longitudinem à principio ſinuatum; dein rectum, rurſusque in fine leniter ſinuatum (*t*).

Parteque priore, qua cum petroſis à dextra laevaque connectitur, connectitur cum iis tantummodo ſupra, infra craſſitudine ultra eadem eminens (*v*), lateribusque ibi depreſſioribus (*w*).

IX. Interque tubera, ultraque partem eorum poſteriorem, perforatum in imo eſt: foramenque magnum eſt, generaliterque ovatum,

(*o*) *Oſſium t.* II. *ic.* I. c, c. *Et t.* VI. *ic.* IV. λ, λ.

(*p*) *Oſſium t.* III. *ic.* III. *ſupra inter* η & ε.

(*q*) *Oſſium t.* III. *ic.* II. *inter* η & ε.

(*r*) *Oſſium t.* III. *ic.* III. Ξ *infer. eademque media.*

(*s*) *Oſſium t.* II. *ic.* I. b *ſuper.* δ δ. *Et t.* VI. *ic.* IV. π π, & *quod inter eas eſt.*

(*t*) *Oſſium t.* II. *ic.* I. b *ſuper.* δ δ. *Et t.* III. *ic.* III. *infra* Ξ *infer. eandemque mediam.*

(*v*) *Oſſium t.* II. *ic.* I. b *ſuper.* δ δ.

(*w*) *Oſſium t.* VI. *ic.* IV. π, π.

tum, longitudine per longitudinem capitis pertinente (*x*).

Aſſident orae ejus tubera inferiora, in priori parte laterum (*y*).

Ab ora eadem diſtant ſuperiora (*z*).

Per foramen exit medulla oblongata: intrant arteriae vertebrales, & nervi à ſpinae medulla recurrentes.

X. Jam & aptat ſe ad partes alias.

Intrinſecus pars poſterior diſtincta eſt in ſcrobes quatuor, inferiores duas, totidemque ſuperiores, dextras & ſiniſtras (*a*).

Inferiores majores ſunt, & aequabiliores (*b*): pars major earum, quae recipiunt globos cerebelli.

Superioribus inſident extrema poſteriora cerebri, ad quorum figuram inaequabiles ſunt (*c*), & ſulcum quoque oſtendunt arteriae meningis craſſae (*d*).

XI. Inferiores eminentiam relinquunt inter ſe (*e*), mediam acutiorem, inde in utrumque extremum lateſcentem, in poſterius maxime, ad foramen magnum usque. A qua proceſſus meningis craſſae procedit, cerebelli globis interſertus.

Aliis juxta foramen magnum depreſſior, aut ſinuata, varietate multa: inſidetque meningis craſſae ſinus, quem vocant occipitalem.

Habeo calvariam, cui loco eminentiae unius duae ſunt, dextra laevaque, ſinu intermedio, qui pollicem capiat.

XII.

(*x*) *Extrinſecus*, *oſſium t.* II. *ic.* I. X. *Et t.* VI. *ic.* IV. *μ*.
Intrinſecus, *t.* III. *ic.* II. *θ*, *&* *inter* c *&* *n*.

(*y*) *Oſſium t.* II. *ic.* I. c, c. *Et t.* III. *ic.* II. c, c.

(*z*) *Oſſium t.* III. *ic.* II. *&* III. *inter* *n* *&* *ε*.

(*a*) *Oſſium t.* III. *ic.* II. D, D; *& infra* G, G.

(*b*) *Oſſium t.* III. *ic.* II. D, D.

(*c*) *Oſſium t.* III. *ic.* II. *infra* G, G.

(*d*) *Oſſium t.* III. *ic.* II. *juxta* Δ *dextr.*

(*e*) *Oſſium t.* III. *ic.* II. *inter* D *&* D.

XII. Veſtigia ſinuum meningis craſſae ſeparant ſcrobes.

Nimirum inter ſuperiores veſtigium rectum eſt ſinus ſuperioris (*f*).

Inter eas & inferiores transverſa veſtigia ſunt ſinuum lateralium (*g*).

XIII. Et veſtigiorum ſinuum lateralium pars quoque extrema, eaque parva, ante ſcrobes inferiores eſt, à latere externo, incurva, cava parte oblique in latus antrorſum directa (*h*).

XIV. Inde pars oſſis prior ſupra ex transverſo ſinuata eſt, aequabilisque, praeterquam juxta foramen magnum, ubi aliquantum inaequabilis (*i*). Recipitque medullam oblongatam.

XV. Eaque pars juxta oras, quibus cum petroſis committitur, per longitudinem modice ſinuata eſt (*k*): qui ſinus ad veſtigia pertinent ſinuum minorum meningis craſſae.

XVI. Extrinſecus quod infra mucronem ſuperiorem eſt, notas habet, ubi muſculi affixi, dextras laevasque.

Plagas primum arcuatas, transverſas (*l*); ubi cucullares affiguntur, cum ſternomaſtoïdeis, & biventribus cervicis, atque occipitales.

Qui arcus ubi in medio conveniunt, ibi mucro excurrit deorſum (*m*).

XVII. Ante hos juxta medium veluti ſcrobes inaequabiles duae ſunt (*n*), relicta criſta intermedia (*o*): quibus complexi affiguntur.

XVIII.

(*f*) *Oſſium t.* III. *ic.* II. F *infer. Et t.* VI. *ic.* IV. θ.

(*g*) *Oſſium t.* III. *ic.* II. G, G. *Et t.* VI. *ic.* IV. ι, κ κ.

(*h*) *Oſſium t.* III. *ic.* II. K, K.

(*i*) *Oſſium t.* III. *ic.* II. a *ſuper.*

(*k*) *Oſſium t.* III. *ic.* II. N, N.

(*l*) *Oſſium t.* II. *ic.* I. κ, κ *inferior.*

(*m*) *Oſſium t.* II. *ic.* I. *ſupra* b *infer.*

(*n*) *Oſſium t.* II. *ic.* I. ι, ι.

(*o*) *Oſſium t.* II. *ic.* I. *inter* ι & ι.

XVIII. A lateribus plagae (*p*), quibus affiguntur ſplenii capitis.

XIX. Ante ſcrobes modo dictas aliae ſunt duae, eaeque minores (*q*), criſta, quam relinquunt inter ſe (*r*), ſeparatae, pertinentesque ad oram foraminis magni. Quibus affixi recti capitis poſtici minores.

XX. A quarum lateribus plagae utrimque duae, oblongae.

Interior altera (*s*), cui rectus poſticus major capitis affigitur.

Altera exterior (*t*), cui obliquus ſuperior.

XXI. Ante has, à lateribus tuberum, quibus in vertebra ſumma inſiſtit, eminentiae ſunt (*v*), quibus affixi recti laterales.

XXII. Et ante tubera illa, ubi cum petroſis committitur, inaequabile in oris eſt, eminensque ex parte (*w*). Ubi affixi recti capitis majores interni, minoresque.

XXIII. In ora foraminis magni, tum pone tum inter condylos inaequabile eſt, ubi ligamenta affiguntur è vertebris venientia, quibus calvaria continetur.

XXIV. Foramina praeterea habet parva.

Unum utrimque inter tubera medium, ab interioribus partibus in exteriores perforatum, tendensque oblique in exteriora ſimul & priora (*x*).

Rotunda ſunt, penetrantque cerebri nervi noni.

XXV. Aliaque, quae extrinſecus mox pone tubera inferiora incipiunt (*y*), itinereque longiore in priora & ſimul modice ſurſum ver-

(*p*) *Oſſium t.* II. *ic.* I. λ, λ *inferior.*
(*q*) *Oſſium t.* II. *ic.* I. ζ, ζ.
(*r*) *Oſſium t.* II. *ic.* I. *inter* ζ & ζ.
(*s*) *Oſſium t.* II. *ic.* I. η, η.
(*t*) *Oſſium t.* II. *ic.* I. θ, θ.
(*v*) *Oſſium t.* II. *ic.* I. ε, ε.
(*w*) *Oſſium t.* II. *ic.* I. δ, δ.
(*x*) *Intrinſecus*, *oſſium t.* III. *ic.* II. & III η, η.
Extrinſecus, *t.* VI. *ic.* IV. ν, ν.
(*y*) *Oſſium t.* II. *ic.* I. W.

verſus tendunt ad exitus ſuos; qui ſunt in veſtigiis extremis ſinuum lateralium meningis craſſae. Penetrant venae vertebrales.

Aliis contractiora. Aliis nulla. Aliis deeſt alterum, opplente oſſe (*z*).

XXVI. Ac praeter ea partes foraminum.

Sinus lunati in principio orarum, quas quintam & ſextam poſui, quibusque contra petroſa eſt (*a*).

Pertinent ad foramina, quibus ſinus laterales meningis craſſae exeunt.

XXVII. Et mox ante hos fere lunulae parvae, partes foraminum, quibus cerebri nervi octavi exeunt, cum iis qui à ſpinae medulla recurrunt.

XXVIII. Extrinſecus denique circa mediam longitudinem orarum, quibus cum mammillaribus committitur, ipſis in oris pars introitus foraminum (*b*), per quae venae occipitii ad ſinus laterales meningis craſſae, arteriae ad meningem ipſam penetrant.

CAPUT XXV.

De oſſibus temporum.

I. In utroque latere os temporis unum applicatur ad partem inferiorem oſſis verticis, proximamque occipitis (*c*).

Po-

(*z*) *Oſſium t.* II. *ic.* I. *in parte ſiniſtra.*

(*a*) *Oſſium t.* VI. *ic.* IV. ξ, ξ.

(*b*) *Oſſium t.* II. *ic.* I. Y, Y. *Et t.* I. *ic.* II. S, S: *&* *ic.* III. S.

(*c*) *Extrinſecus*, *oſſium t.* I. *ic* III. d d e f g h. *Et t.* II. *ic.* I. d d e f f g h k l m, d d e f g k l m n.

Intrinſecus, *t.* III. *ic.* II. g I h i i: *&* *ic.* III. g I h i.

Ponunturque in inferiore parte laterum conceptaculi encephali (*d*), inque baſi (*e*).

II. Dividitur autem os temporis in partes tres. Superiori eidemque priori (*f*) ſquamoſae nomen. Poſteriorem & eandem inferiorem (*g*) mammillarem appellamus. Tertia, quae in baſi eſt (*h*), petroſa vocatur.

III. Squamoſa ſemicircularis eſt, ejusmodi ora finita, tenuior, planior (*i*).

IV. Extrinſecus leniſſime gibba, aequabilisque, ac laevis (*k*): qua parte ad plagam pertinet, cui temporalis affixus.

In ea aliis veſtigia levia vaſorum perioſtei ſunt.

V. Ex interiore parte leniter ſinuata eſt, & ad formam cerebri inaequabilis (*l*).

Inaequabilis praeterea per ſulcos arteriarum meningis craſſae (*m*).

VI. Connectitur cum oſſe verticis (*n*), & proceſſu laterali multiformis (*o*), reſpondens iis.

Oſſi quidem verticis proximaeque proceſſus multiformis parti extrinſecus aſſidet totis oris ex interiore parte paulatim extenuatis,

(*d*) *Extrinſecus*, *oſſium t.* I. *ic.* III. d d.

Ex interiore parte, *t.* III. *ic.* II. & III. g I h.

(*e*) *Extrinſecus*, *oſſium t.* II. *ic.* I. f f, f.

Intrinſecus, *t.* III. *ic.* II. i i, i i.

(*f*) *Oſſium t.* I. *ic.* III. d *ſuper.* *Et t.* III. *ic.* III. g. *Et t.* VI. *ic.* III. g.

(*g*) *Oſſium t.* I. *ic.* III. d *infer. eademque poſter.* *Et t.* III. *ic.* II. & III. I h. *Et t.* VI. *ic.* III. l h.

(*h*) *Oſſium t.* II. *ic.* I. f f. *Et t.* III. *ic.* II. i i: & *ic.* III. i. *Et t.* VI. *ic.* III. i.

(*i*) *Oſſium t.* I. *ic.* III. d *ſuper.* *Et t.* III. *ic.* III. g. *Et t.* VI. *ic.* III. g.

(*k*) *Oſſium t.* I. *ic.* III. d *ſuper.*

(*l*) *Oſſium t.* III. *ic.* II. & III. g. *Et t.* VI. *ic.* III. g.

(*m*) *Oſſium t.* III. *ic.* II. Y Y. *Et t.* VI. *ic.* III. k k.

(*n*) *Extrinſecus*, *oſſium t.* I. *ic.* III. I.

Intrinſecus, *t.* III. *ic.* III. *inter* g & e.

(*o*) *Extrinſecus*, *oſſium t.* I. *ic.* III. *inter* d & i. *Et t.* II. *ic.* I. *inter* d & o o.

Intrinſecus, *t.* III. *ic.* II. *inter* g *inter.* & n.

tis, inque fine denticulatis (*p*). Connectiturque per eminentias, ſulcosque veluti radiatos, quae, qua parte aſſidet, habet (*q*).

Inde autem orae parte priore & eadem inferiore, eaque denticulata (*r*), proceſſui multiformis ex interiore parte inſidet, annectiturque.

VII. Et intrinſecus inter ſquamoſam hanc & petroſam priori in parte priſtinae ſeparationis (*s*) nota ſupereſt, fiſſura quaedam (*t*).

VIII. Aliaque eadem priori in parte extrinſecus, fiſſurae quoque ſimilis (*v*).

IX. Exigit extrinſecus proceſſum zygomaticum (*w*).

Is radice lata ſurgit de tota parte inferiore lateris ſquamoſi, receditque ea in latus: poſt antrorſum procurrit roſtro anguſtiore, à ſquamoſo paulatim recedente magis (*x*).

Radix anguſtat ſe ſenſim inſigniterque (*y*): ſic autem, ut ora prior in latus transverſa ſit, modice ſinuata (*z*): poſterior multo longior, & obliqua, tendens in priora & ſimul magis magisque in latus, ſed minus quam in priora (*a*).

Itaque retro acuta, intra ſquamoſum oramque ſuam poſteriorem lateſcit paulatim antrorſum usque in oram ſuam priorem, forma triangula (*b*).

Su-

(*p*) *Oſſium t.* VI. *ic.* III. v w.
(*q*) *Oſſium t.* VI. *ic.* III. v w.
(*r*) *Oſſium t.* VI. *ic.* III. v u.
(*s*) Icones oſſium foetus hum. ad ic. XIV.
(*t*) *Oſſium t.* III. *ic.* II. μ.
(*v*) *Oſſium t.* II. *ic.* I. Z.
(*w*) *A latere externo*, *oſſium t.* I. *ic.* III. f.
Ab inferiore parte, *t.* II. *ic.* I. g.
Ex interiore, *t.* VI. *ic.* III. δ.
(*x*) *Oſſium t.* I. *ic.* III. f. *Et t.* II. *ic.* I. g.
(*y*) *Oſſium t.* II. *ic.* I. *radix proceſſus* g.
(*z*) *Oſſium t.* II. *ic.* I. *ſupra* m.
(*a*) *Oſſium t.* II. *ic.* I. *inter* d *infer.* & g.
(*b*) *Oſſium t.* II. *ic.* I. *à* d *infer. ad oram ſupra* m.

Supra ſinuata ex transverſo: qui ſinus aliquantum declivis eſt in priora, ut radix ipſa (*c*).

Migratque radix in roſtrum, ſic ut ora radicis poſterior fiat roſtri ſuperior: prior fiat inferior (*d*).

Roſtrumque latitudine ſua ab altera parte ſquamoſo obvertitur, ab altera lateri (*e*).

Arcuatum praeterea modice per longitudinem, ſinuatumque ex parte interiore, foris gibbum (*f*).

Et anguſtat ſe continue à radice, ſupra cum poſteriore radicis ora rectius per longitudinem, leviterque ſinuatum circa mediam; infra ſinuatum (*g*). Eoque primum anguſtius usque in ſinus, inde latius (*h*).

Ora deſinit obliqua, aſcendente in priora, denticulataque (*i*): qua cum jugali, ad quod pertinet, connectitur (*k*), ubi reſpondet ei craſſitudine.

Radix roſtro craſſior, verum media multo tenuior, ob ſinum qui in imo eſt, per quem capitulum maxillae recipitur. Roſtrum ſatis tenue.

Proceſſus os jugale firmat, jugique pars poſterior eſt (*l*).

Per ſinum radicis ducitur flectiturque temporalis pars poſterior.

Infra proceſſus inaequabilis eſt (*m*), ubi maſſeter affigitur.

X. Extrinſecus in ſquamoſo imo toto proximaque radice ima to-

(*c*) *Oſſium t.* I. *ic.* III. *ſupra* f.

(*d*) *Oſſium t.* II. *ic.* I. g.

(*e*) *Oſſium t.* II. *ic.* I. g. *Et t.* I. *ic.* III. f.

(*f*) *Oſſium t.* II. *ic.* I. g.

(*g*) *Oſſium t.* I. *ic.* III. *ſupra infraque* f.

(*h*) *Oſſium t.* I. *ic.* III. f.

(*i*) *Oſſium t.* VI. *ic.* III. ε.

(*k*) *A latere externo, oſſium t.* I. *ic.* III. *inter* f & t.

Ab inferiore parte, t. II. *ic.* I. *inter* g & H.

(*l*) *Oſſium t.* I. *ic.* III. f. *Et t.* II. *ic.* I. g.

(*m*) *Oſſium t.* II. *ic.* I. σ *infer.*

tota proceſſus zygomatici ſinus eſt profundior (*n*), proximeque ante eum tuberculum, ſic ut ab eo ſinus terminetur (*o*).

Sinus caput maxillae inferioris recipit (*p*).

Ad articulum autem pertinet ſinus pars prior, & tuberculum: eaque deſinunt in cartilaginem continuam (*q*).

Reſpondent capiti maxillae: oblonga, exteriore amborum circuitu generaliter quaſi ovato, ex transverſo nonnihil oblique poſita, & quidem in priora introrſum directa (*r*).

Et qua parte cartilaginoſa ſunt, ex transverſo ſinuata ſunt, media aliquantum profundiora: intra partem autem poſteriorem & priorem ſinus quoque ſinuatus, ſed tuberculum gibbum (*s*).

XI. Poſt ſquamoſam pars mammillaris pone aurem eſt (*t*).

Ea minor & craſſior, per altitudinem longior, extrinſecus gibba (*v*), ex interiore parte ſinuata (*w*), eaque magnam partem conveniens ad ſinum lateralem meningis craſſae, veſtigio inſigni, à ſummo ſecundum exortum petroſae deſcendente ad imum (*x*).

XII. Supra, inde à ſquamoſa, finitur ora brevi, transverſa (*y*), craſſiore, denticulata: eaque connectitur cum oſſe verticis (*z*), cui reſpondet.

XIII.

(*n*) *Oſſium t.* II. *ic.* I. l.
(*o*) *Oſſium t.* II. *ic.* I. m.
(*p*) *Oſſium t.* I *ic.* III. C.
(*q*) *Oſſium t.* II. *ic.* I. l m.
(*r*) *Oſſium t.* II. *ic.* I. l m.
(*s*) *Oſſium t.* II. *ic.* I. l m.
(*t*) *Extrinſecus*, *oſſium t.* I. *ic.* III. d *infer. eademque poſter.*
Intrinſecus, *t.* III. *ic.* III. & II. h I. *Et t.* VI. *ic.* III. h l.
(*v*) *Oſſium t.* I. *ic.* III. d *infer.* & *eadem poſter.*
(*w*) *Oſſium t.* III. *ic.* III. & II. h I. *Et t.* VI. *ic.* III. h l.
(*x*) *Oſſium t.* III. *ic.* III. & II. I. *Et t.* VI. *ic.* III. l.
(*y*) *Oſſium t.* VI. *ic.* III. w x.
(*z*) *Extrinſecus*, *oſſium t.* I. *ic.* III. *inter* a & d *infer. juxta* G.
Ex interiore parte, *t.* III. *ic.* II. & III. *inter* I & H.

XIII. Ab ea retro ora gibba eſt, multoque longior, atque obliqua, deſcendens in priora, ſuperiore parte tenuior & denticulata, poſt multo craſſior & tantummodo inaequabilis (*a*). Eaque connectitur cum oſſe occipitis (*b*), reſpondetque ei.

XIV. Ab exteriore parte migrat in proceſſum mammillarem (*c*). Is gibbus (*d*) & à principio latior, ab eo anguſtatur, inque mucronem deſinit: tenditque in inferiora ſimul & modice in priora (*e*).

Ac muſculos excipit.

XV. Quorum cauſſa in radice ejus, proximaque mammillari parte, plaga arcuata (*f*), transverſae illi continuata, quam os occipitis habere diximus (*g*): ubi ſternomaſtoïdeus affigitur.

XVI. Infra hanc alia (*h*), continuata quoque ſimili oſſis occipitis (*i*): ubi ſplenius capitis affigitur.

XVII. In ora poſtica eſt plaga alia (*k*), cui trachelomaſtoïdeus affigitur.

XVIII. Infra radix ejus ſecundum internam partem veluti fiſſa per incile eſt (*l*), ora interna humiliore (*m*), cui, ipſo in incili, biventer maxillae affigitur.

XIX. Extrinſecus in ora oſſis mammillaris, qua cum oſſe occipi-

(*a*) *Oſſium t.* VI. *ic.* III. x y.

(*b*) *Extrinſecus, oſſium t.* II. *ic.* I. *ſecundum* Y V.

Intrinſecus, t. III. *ic.* II. *ab* H *ſecundum* h b.

(*c*) *A latere externo, oſſium t.* I. *ic.* III. e.

A parte poſteriore, ic. II. e.

Ab inferiore, t. II. *ic.* I. e.

Ex interiore, t. VI. *ic.* III. β.

(*d*) *Oſſium t.* I. *ic.* III. e. *Et t.* VI. *ic.* III. β.

(*e*) *Oſſium t.* I. *ic.* III. e.

(*f*) *Oſſium t.* II. *ic.* I. κ *ſuper.*

(*g*) Supra cap. XXIV. §. XVI.

(*h*) *Oſſium t.* II. *ic.* I. λ *ſuper.*

(*i*) Supra cap. XXIV. §. XVIII.

(*k*) *Oſſium t.* II. *ic.* I. μ.

(*l*) *Oſſium t.* II. *ic.* I. *inter* μ *&* ν.

(*m*) *Oſſium t.* II. *ic.* I. ν.

cipitis committitur, pars eſt introitus (*n*) canaliculi, qui inde per mammillare pertinet in veſtigium ſinus lateralis meningis craſſae (*o*), in poſteriorem partem, circa mediam longitudinem partis ejus illius, quae in mammillari & petroſo eſt. Penetrat vena occipitii ad ſinum lateralem, & arteria ad meningem craſſam.

Aliis autem etiam os, quo incipit, in mammillari totum eſt, juxta commiſſuram illam.

Aliis mox intus patet, indeque non niſi veſtigio ad veſtigium ſinus pertinet.

Foramen deeſt aliis. Aliis duo ſunt, aut tria.

xx. Inter ſquamoſum mammillareque ortum petroſum, inde in priora & interiora oblique tendit per fundum conceptaculi encephali, ſenſim gracilius, deſinens in mucronem, ultraque medium flectens ſe modice in latus (*p*).

xxi. Ultra ſquamoſum & mammillare interſertum inter os occipitis & multiforme, cum iisque connexum eſt.

Cum oſſe occipitis connexum (*q*) ora craſſa, & inaequabili (*r*).

Cum multiformis proceſſu laterali connexum leviter (*s*), ora acuta.

Extremaque parte, eaque aspera (*t*), occurrit ejusdem multiformis proceſſui parvo (*v*).

xxii.

(*n*) *Oſſium t.* ii. *ic.* i. Y.

(*o*) *Oſſium t.* iii. *ic.* ii. *ι*.

(*p*) *Extrinſecus*, *oſſium t.* ii. *ic.* i. f. *Intrinſecus*, *t.* iii. *ic.* ii. i i.

(*q*) *Extrinſecus*, *oſſium t.* ii. *ic.* i. *inter* f *ſuper.* & *δ*. *Intrinſecus*, *t.* iii. *ic.* ii. *inter* M & N.

(*r*) *Oſſium t.* vi. *ic.* iii. *prima parte* z.

(*s*) *Extrinſecus*, *oſſium t.* ii. *ic.* i. *inter* γ & β. *Intrinſecus*, *t.* iii. *ic.* ii. *inter* α & W.

(*t*) *Oſſium t.* vi. *ic.* iii. *parte extrema* z.

(*v*) *Extrinſecus*, *oſſium t.* ii. *ic.* i. *inter* f *ſuper.* & s. *Intrinſecus*, *t.* iii. *ic.* ii. *inter* M & α & β *infer.*

XXII. Intrinſecus autem à fundo conceptaculi ſurgit altius (*w*), corporeque craſſiore auditus inſtrumenta praecipua, de quibus alibi egimus (*x*), continet.

Praetereaque cameram cerebri & cerebelli tanquam vallum diſcriminat: oblique autem, ut pars prior ſquamoſum ſpectet, poſterior ſpectet introrſum.

Quibus partibus quaſi compreſſum eſt, ſic ut depreſſioribus iis, ſenſimque convenientibus ſurgat in acumen rectius (*y*).

Et priore inaequabile eſt, reſpondens adjacenti cerebro (*z*).

Poſteriore, qua ad cameram cerebelli pertinet, aequabilius (*a*).

XXIII. Per acuminis ſummi longitudinem veſtigium anguſtum eſt (*b*), cui ſinus parvus meningis craſſae inſidet.

XXIV. Ante hoc lunula eſt (*c*), cui cerebri inſidet nervus quintus.

XXV. Infraque, ubi parte priore cum oſſe occipitis connectitur, ſecundum ſuturam illam ſinuatum eſt (*d*).

Quae pars eſt veſtigii, cui ſinus minor meningis craſſae inſidet.

XXVI. Poſteriore in parte media canalis brevis eſt, & pro brevitate capax (*e*).

Ante veſtigio incipit, ſenſim inſigniore, rotundus deinde: perque os tendit in exteriora retrorſum oblique.

Recipit cerebri nervos acuſticos, mollem, & durum.

XXVII.

(*w*) *Oſſium t.* III. *ic.* II. i i.
(*x*) Academic. annotat. lib. IV. cap. II.
(*y*) *Oſſium t.* III. *ic.* II. ii O *κ*.
(*z*) *Oſſium t.* III. *ic.* II. i *exter.*
(*a*) *Oſſium t.* III. *ic.* II. i *inter.*
(*b*) *Oſſium t.* III. *ic.* II. O.
(*c*) *Oſſium t.* III. *ic.* II. *&* III. *κ.*
(*d*) *Oſſium t.* III. *ic.* II. M.
(*e*) *Oſſium t.* III. *ic.* II. *δ*. *Et t.* VI. *ic.* III. o.

XXVII. Ac fundo ſuo maximam partem ad veſtibulum cochleamque auris deſinit, quo per eum nervus mollis pertinet.

XXVIII. A parte autem ſuperiore procurrit canali anguſto, cui aquaeductus nomen à Falloppio impoſitum. Atque is per petroſum procedere pergit, deſinitque extrinſecus inter proceſſum ſtyliformem & mammillarem (*f*). Per eumque ex canali communi nervus durus foras penetrat.

Ubi autem in parvulis mox à principio aquaeductus deficit (*g*), ibi ſquama ſuperinducta eſt adultis, ut fere nil niſi veſtigium ſuperſit, atque hîc ne veſtigium quidem.

Caetera plenius expoſita in academicis annotationibus (*h*).

XXIX. Verum extrinſecus petroſum veluti praeruptum eſt (*i*).

Ubi primum porus acuſticus (*k*), introitus ad auditus inſtrumenta interiora.

Incipit in angulo inter ſquamoſum & mammillare, conveniuntque in eum partes illae tres, petroſa, ſquamoſa, mammillaris: ac ſupra ſquamoſa eſt: retro mammillaris, juxta ſquamoſam: infra anteque petroſa (*l*).

Craſſus eſt, ſed ante tenuis.

Ovatus eſt, ac ſic poſitus, ut ovatae formae pars longior oblique deorſum in poſteriora directa ſit (*m*).

Ora ejus ſupra retroque, ubi è ſquamoſo & mammillari fit, hebes eſt: ubi eadem ex petroſo fit, acuta, aſperula, infraque cum

(*f*) *Oſſium t.* II. *ic.* I. V.

(*g*) Icones oſſium foetus hum. t. III. ic. XIX. f.

(*h*) Lib. IV. tab. II. ic. I. II. III. Et t. I. ic. III. & IV.

(*i*) *Oſſium t.* II. *ic.* I. f f.

(*k*) *Oſſium t.* II. *ic.* I. k. *Et t.* I. *ic.* III. h.

(*l*) *Oſſium t.* II. *ic.* I. k. *Et t.* I. *ic.* III. h.

(*m*) *Oſſium t.* I. *ic.* III. h.

cum proxima parte ſquamae, cum qua conjuncta, deſinit veluti in mucronem ſcabrum (*n*).

XXX. Extrinſecus à priore parte paries pori proximique tympani ſinuatus eſt (*o*), eoque conveniens ad caput maxillae inferioris, quod apponitur.

Infra autem ſquamae acutae & inaequabilis ſpecie procurrit, quae media in mucronem migrat.

XXXI. Contra ſquamae illius partem poſteriorem mediam proceſſus ſtyliformis exit (*p*), ſquamae mucronique ejus inſidens, ut ſemicanali (*q*).

Ultraque demittit ſe in priora, procerus, gracilis, inaequabilis, paulatim gracilior, in fine acutus (*r*): muſculisque firmamentum eſt, ſtylohyoïdeo, ſtylogloſſo, ſtylopharyngeo.

Aliis ſolutus à radice ſua (*s*), continente ligamento, mobilis ex eo.

XXXII. Statim ante ſquamam canalis viſendus ore incipit ovato (*t*): à quo mox curvatus in priora, inde tendit per partem oſſis, quae ante eſt (*v*), & quidem per partem ejus inferiorem, ut infra tenui oſſe contineatur, ſupra craſſo: ejusdemque partis in extremo patet (*w*).

Carotis interna penetrat, cum nervo intercoſtali.

XXXIII. Inter ſquamam & os ſquamoſum fiſſura anguſta relinquitur (*x*), in principio commiſſurae, quam ibi eſſe diximus (*y*).

A

(*n*) *Oſſium t.* I. *ic.* III. *circum* h.

(*o*) *Oſſium t.* II. *ic.* I. *inter* k *&* f *proxim.*

(*p*) *Oſſium t.* II. *ic.* I. h.

(*q*) *Oſſium t.* II. *ic.* I. *mox ſupra* i.

(*r*) *Oſſium t.* II. *ic.* I. h. *Et t.* III. *ic.* III. ȩ. *Et t.* VI. *ic.* III. α.

(*s*) *Oſſium t.* II. *ic.* I. i.

(*t*) *Oſſium t.* II. *ic.* I. S.

(*v*) *Oſſium t.* VI. *ic.* III. *à* p *ad* q.

(*w*) *Oſſium t.* VI. *ic.* III. q. *Et t.* III. *ic.* II. α.

(*x*) *Oſſium t.* II. *ic.* I. Z.

(*y*) Supra §. VIII.

A fiſſura canaliculus ad tympanum pertinet, inter ſquamoſum extremumque os pori, ubi parvulis ſinus in annulo eſt (*z*).

In canaliculum ex tympano malleus proceſſum ſuum gracillimum protendit: cui occurrit, qui ab exteriore parte per fiſſuram penetrat, tendo muſculi externi.

Penetrat quoque radix prior chordae tympani.

XXXIV. Inde, poſt primum nexum petroſi cum multiformis proceſſu laterali, finis partis oſſeae tubae Euſtachii (*a*).

Unde veſtigium tubae illius procurrit per petroſum imum (*b*).

XXXV. In ora, qua cum oſſe occipitis committitur, juxta mammillare pars ſpatii ſemicircularis eſt (*c*), per quod diverticulum ſinus lateralis meningis craſſae recipitur.

Quod ſpatium majus redditur, eo quod ora ibi ſupra procurrit mucrone, os occipitis verſus (*d*).

XXXVI. Ante hanc partem lunula quaedam eſt (*e*), pars foraminis, quo nervus octavus cerebri exit, cum ſpinali recurrente.

CAPUT XXVI.

De oſſe multiformi.

I. Is omnibus, quae hactenus diximus, multiforme interjectum eſt: quod maximam partem in baſi conceptaculi, & in tem-

(*z*) Icones oſſium foetus hum. ic. XVII. c.

(*a*) *Oſſium t.* II. *ic.* I. *α.*

(*b*) *Oſſium t.* II. *ic.* I. *γ.*

(*c*) *Oſſium t.* VI. *ic.* III. s. *Et t.* II. *ic.* I. U.

(*d*) *Oſſium t.* VI. *ic.* III. *ad poſteriorem partem* t. *Et t.* III. *ic.* II. *&* III. *juxta priorem partem* b.

(*e*) *Oſſium t.* VI. *ic.* III. t. *Et t.* II. *ic.* I. T.

temporibus quoque poſitum, foraminibusque oculorum, ac naribus (*f*).

II. Huic media quaedam baſis (*g*), & tum à dextra, tum à ſiniſtra proceſſus tres; priores (*h*), laterales (*i*), & aliformes (*k*).

III. Baſis pars craſſiſſima eſt.

Poſitaque in baſi conceptaculi encephali, inter os occipitis extremum, &, quod ante eſt, cribriforme (*l*).

IV. Connectitur cum oſſe occipitis (*m*), coïtque aetate provectiore (*n*), planitie inaequabili, qua retro finitur (*o*).

Ea reſpondet oſſi occipitis, circuitu rectior ſupra, inde per latera ſinuata primum, poſt rotunda, infra depreſſior (*p*).

V. Aliter autem cum cribriformi proximisque parte connectitur priore.

Ubi ſupra primum tenui ad poſtremum ſquama procurrit (*q*), eamque inſerit poſteriori parti intercapedinis oſſis frontis, usque ad partes cribriformes (*r*): annectitque intercapedinis oris (*s*). In-

(*f*) *Extrinſecus*, *oſſium t.* II. *ic.* I. n n o o o o p p q q r r s s. *Et t.* I. *ic.* I. i i i i k k.

Intrinſecus, *t.* III. *ic.* II. k k m m n n.

(*g*) *Oſſium t.* V. *ic.* VI. α κ κ A A z.

(*h*) *Oſſium t.* V. *ic.* VI. D, D.

(*i*) *Oſſium t.* V. *ic.* VI. E F G, E F G.

(*k*) *Oſſium t.* V. *ic.* VI. I K L M, I K L M.

(*l*) *Extrinſecus*, *oſſium t.* II. *ic.* I. n n.

Intrinſecus, *t.* III. *ic.* II. k k.

(*m*) *Extrinſecus*, *oſſium t.* II. *ic.* I. *inter* n n & b *proxim.*

Intrinſecus, *t.* III. *ic.* II. *inter* k *infer.* & a *proxim.*

(*n*) *Ut oſſium t.* II. *ic.* I. *inter* n n & b *proxim.*

(*o*) *Oſſium t.* V. *ic.* II. & VII. δ.

(*p*) *Oſſium t.* V. *ic.* VII. δ.

(*q*) *Oſſium t.* V. *ic.* II. α.

(*r*) *A parte ſuperiore*, *oſſium t.* III. *ic.* II. *inter* v & k *proxim.*

Ab inferiore, *t.* V. *ic.* II. α.

(*s*) *Oſſium t.* V. *ic.* II. *ab utroque latere* α.

Inſidetque ea interſtitio cribriformis (*t*), cavernoſisque (*v*); & ubi inſidet, annectitur.

Infraque ſquamam pergit ſe ab utroque latere cum cavernoſo connectere, ora, qua ibi finitur, rectiore, leniter ſinuata, ſcabra (*w*): eademque praeterea ab exteriore parte connectitur cum proximo plano (*x*), eoque quod palati vocatur (*y*).

VI. Media autem parte priore & inferiore in acumen intra partem priorem & poſteriorem migrat gibbum, humileque (*z*).

Cujus pars prior deorſum tendit (*a*), ac cum interſtitio cribriformis connectitur (*b*), nariumque interſtitii pars eſt (*c*).

Inferior (*d*) à priore tendit retrorſum (*e*), perque capitellum vomeris recipitur (*f*).

VII. Et ab utroque acuminis latere baſis ad ſumma narium pertinet (*g*).

Ubi priore parte ſinuata (*h*), contraque cavernoſa eſt.

Poſt eam inferiore (*i*) tecta eſt cornu poſteriore oſſis palati, ſquamae inſtar aſſidente (*k*).

VIII.

(*t*) *Oſſium t.* III. *ic.* III. *inter* m & v.

(*v*) *Oſſium t.* IV. *ic.* I. *inter* i & n *proxim.*

(*w*) *Oſſium t.* V. *ic.* II. & VI. *x*, *x*.

(*x*) *Oſſium t.* IV. *ic.* VIII. *inter v* & F.

(*y*) *Extrinſecus*, *oſſium t.* IV. *ic.* VIII. *juxta poſteriorem partem* T z. *Intrinſecus*, *t.* IV. *ic.* II. *inter* e & *α*.

(*z*) *Oſſium t.* V. *ic.* II. & VI. z. *Et t.* III. *ic.* III. p.

(*a*) *Oſſium t.* III. *ic.* III. p.

(*b*) *Oſſium t.* III. *ic.* III. *inter* p & y.

(*c*) *Oſſium t.* III. *ic.* III. p.

(*d*) *Oſſium t.* V. *ic.* II. & VI. *infra* z.

(*e*) *Oſſium t.* III. *ic.* III. *infra* p.

(*f*) *Oſſium t.* III. *ic.* III. *inter* o & z. *Et t.* II. *ic.* I. v.

(*g*) *Oſſium t.* V. *ic.* II. & VI. A, A.

(*h*) *Oſſium t.* V. *ic.* II. & VI. *ſupra* A, A.

(*i*) *Oſſium t.* V. *ic.* II. & VI. *infra* A, A.

(*k*) *Oſſium t.* II. *ic.* I. t, t *in naſo.*

VIII. Atque ibi intus inanis eſt, inque ſinus inane duos, dextrum (*l*), & ſiniſtrum, ſepimento tenui rectoque (*m*) diviſum: quos vocant ſinus ſphenoïdaeos.

Aetate minus provectis infra fiunt ex oſſiculis ſeparatis, adjunctis baſi (*n*): quae poſt coëunt cum ea.

Aliis autem inaequales ſunt. Aliis priorem partem complet cornu prius oſſis palati. Luditque iis natura, ut fuerint, qui in utrumque latus ſupra proceſſus aliformes, & retrorſum per os occipitis ad magnum foramen usque pertinerent.

IX. Foramine uterque quodammodo ovato priori in parte patet (*o*), in poſteriorem ſummarum narium, ad interſtitii latus utrumque.

Aliis tantummodo alteruter patet.

X. Qua vero parte baſis ad conceptaculum encephali ſpectat, ibi in ſummi verticis poſteriorem partem totam ſinuata eſt, ſinu profundo (*p*): ſellam equinam hanc partem nominant.

Terminat ſinum à priori parte eminens baſis (*q*): à poſteriore paries, in quem ſurgit (*r*), ſinuatus qua ſinum ſpectat (*s*), à tergo planior, ſupra craſſior, ibique retro eminens, inaequabilis, aſperior (*t*). Lateribus patet (*v*).

XI. Circumſtant in ſummo eminentiae quatuor, quos proceſſus clinoïdeos nominant.

Poſteriores duo, qui ſunt extremi anguli parietis ſurrecti, antrorſum procurrentes mucrone brevi acutoque (*w*).

Prio-

(*l*) *Oſſium t.* IV. *ic.* I. Ω.
(*m*) *Oſſium t.* III. *ic.* III. o.
(*n*) *Oſſium t.* V. *ic.* II. *&* VI. A, A.
(*o*) *Oſſium t.* V. *ic.* II. *&* VI. B, B.
(*p*) *Oſſium t.* III. *ic.* II. E.
(*q*) *Oſſium t.* III. *ic.* II. T.
(*r*) *Oſſium t.* III. *ic.* II. l.
(*s*) *Oſſium t.* III. *ic.* II. *&* III. l.
(*t*) *Oſſium t.* III. *ic.* II. l, *& infra* l.
(*v*) *Oſſium t.* III. *ic.* II. β, β *ſuper.*
(*w*) *Oſſium t.* III. *ic.* II. *mucrones* l.

Priores totidem, qui mucrones ſunt, quibus proceſſus priores retro incipiunt (*x*).

Mucronem poſteriores prioresque alteri in alteros dirigunt (*y*): fitque, ut eos conjungant in ponticuli ſpeciem.

XII. Sinus fundo aequabiliter ſinuatus eſt (*z*), inſidetque glandula, quam vocant pituitariam.

XIII. A lateribus declives in latera receſſus ſunt, generaliter gibbi (*a*).

XIV. In iis retro ad utrumque latus parietis ſurrecti ora lunata eſt (*b*): pars oris, per quod intrat carotis interna.

Inde veſtigia procurrunt (*c*), leniter primum ſurſum, rectius deinde antrorſum, modiceque interiora verſus: ad poſtremumque recurvata retrorſum, lunulâ finiuntur (*d*), ſinum ſuum retrorſum introrſumque dirigente.

Eaque lunula eſt in baſi juxta poſteriorem partem radicis proceſſus prioris, inque radice illa, & proceſſu clinoïdeo priore (*e*).

Inſident arteriae carotides internae veſtigiis, lunulisque.

XV. Juxta parietem poſteriorem ſupra ad latus interius oris, per quod carotis interna intrat, ſecundum illud eſt veſtigium parvum (*f*), pars illius, cui inſidet ſinus minor meningis craſſae.

XVI. Ante ſellam pars elatior eſt (*g*): cujus pars prior planior (*h*), ad fundum conceptaculi encephali pertinet.

XVII.

(*x*) *Oſſium t.* III. *ic.* II. *ad latus externum* γ, *utrimque.*

(*y*) *Oſſium t.* III. *ic.* II. *mucrones* l, *& qui ad latus externum* γ *ſunt.*

(*z*) *Oſſium t.* III. *ic.* II. E.

(*a*) *Oſſium t.* III. *ic.* II. *ab* E *in* V, *in dextra laevaque.*

(*b*) *Oſſium t.* III. *ic.* II. *infra* β *infer.*

(*c*) *Oſſium t.* III. *ic.* II. β β, β β.

(*d*) *Oſſium t.* III. *ic.* II. γ, γ.

(*e*) *Oſſium t.* III. *ic.* II. γ, γ.

(*f*) *Oſſium t.* III. *ic.* II. L, L.

(*g*) *Oſſium t.* III. *ic.* II. T k *ſuper.*

(*h*) *Oſſium t.* III. *ic.* II. k *ſuper.*

XVII. Eadem autem juxta ſellam declivis in eam eſt, tenetque eandem veſtigium inſigne, transverſum (*i*), aliis diviſum in duo, dextrum & ſiniſtrum, ſurgente acumine medio.

Veſtigium & à dextra, & à ſiniſtra, in foramen deſinit (*k*), pertinens ad partem ſuperiorem principii foraminis oculi (*l*).

Eoque tendens declive in latera eſt, curvatque ſe leniter in priora, continueque ab eo curvant ſe foramina (*m*).

Ea inter baſem ſunt & proceſſus priores, eorum in radice media: ubi à veſtigio ore incipiunt majorem partem ovato, ab utroque autem latere veluti in angulum contracto, ab interiore maxime; poſt rotundiora (*n*).

Veſtigio inſidet continuitas nervorum opticorum: qui per foramina penetrant ad oculos, cum iisque arteriae à carotidibus internis ibi emiſſae.

XVIII. Et pars illa elatior ab utroque latere procurrit proceſſu priore, qui etiam poſt eam incipit proceſſu clinoïdeo priore (*o*).

Recedunt hi in latera modiceque ſurſum (*p*).

Tenues ſunt, & ſatis lati, latitudine ab altera parte ſurſum directi (*q*), ab altera deorſum (*r*).

E latiore principio paulatim anguſtantur, donec deſinant mucrone acuto, in quem etiam extenuantur (*s*).

Oraque poſterior magis obliqua in priora, quam prior in poſteriora (*t*).

Poſte-

(*i*) *Oſſium t.* III. *ic.* II. T.
(*k*) *Oſſium t.* III. *ic.* II. U, U.
(*l*) *Oſſium t.* I. *ic.* I. Q, Q. *Et t.* IV. *ic.* VIII. λ. *Et t.* V. *ic.* II. O, O.
(*m*) *Oſſium t.* III. *ic.* II. T U, T U.
(*n*) *Oſſium t.* III. *ic.* II. U, U.
(*o*) *Oſſium t.* III. *ic.* II. m, m.
(*p*) *Oſſium t.* III. *ic.* II. & III. m, m. *Et t.* V. *ic.* VII. & VI. D, D.
(*q*) *Oſſium t.* V. *ic.* VII. D, D.
(*r*) *Oſſium t.* V. *ic.* VI. D, D.
(*s*) *Oſſium t.* III. *ic.* II. m, m. *Et t.* V. *ic.* VI. & VII. D, D.
(*t*) *Oſſium t.* III. *ic.* II. m, m.

Poſterior libera (*v*), praeterque proceſſum clinoïdeum ſinuata (*w*).

Prior veluti undulata (*x*), ac denticulata (*y*). Eaque annectuntur poſterioribus partibus illarum partium oſſis frontis, quibus ad lacunaria foraminum oculorum eminentemque conceptaculi encephali fundum pertinet (*z*): reſpondentque iis.

Ac ſupra fundi illius pars poſtica ſunt, ad formam cerebri, quod inſidet, inaequabiles (*a*).

Infra partim ad ſcrobes illas pertinent, quae retro fundum illum eminentem ſunt (*b*): partim ad lacunaria foraminum oculorum (*c*), ubi aequabiles ſunt.

XIX. Poſt hos baſis inferiore parte laterum migrat in proceſſus laterales (*d*).

Multo hi majores ſunt, in latera quoque tendentes.

Complentque utrimque conceptaculum encephali inter proceſſum priorem, os frontis, verticis, ſquamoſum, petroſum (*e*).

XX. Et à priori quidem parte primum diſtant à proceſſibus prioribus, oraque finiuntur acuta, à principio lunata, dein rectiore (*f*).

Eaque pertinent ad foramina conceptaculi, quae quarta ponemus.

XXI.

(*v*) *Oſſium t.* III. *ic.* II. m, m. *Et t.* V. *ic.* VII. D, D.

(*w*) *Oſſium t.* III. *ic.* II. m, m.

(*x*) *Oſſium t.* III. *ic.* II. m, m.

(*y*) *Oſſium t.* V. *ic.* VI. β, β.

(*z*) *In conceptaculo, oſſium t.* III. *ic.* II. *inter* m *&* q *dextr. & ſiniſtr.*

In foramine oculi, t. V. *ic.* II. *inter* D *&* b *in latere utroque.*

(*a*) *Oſſium t.* III. *ic.* II. m, m.

(*b*) *Oſſium t.* III. *ic.* II. *infra* m, m.

(*c*) *Oſſium t.* V. *ic.* II. *&* VI. D, D. *Et t.* I. *ic.* I. k, k.

(*d*) *Extrinſecus, oſſium t.* II. *ic.* I. o o, o o. *Et t.* V. *ic.* II. EFG, EFG.

Intrinſecus, t. III. *ic.* II. n, n. *Et t.* V. *ic.* VII. H, H.

(*e*) *Ex interiore parte, oſſium t.* III. *ic.* II. n, n.

(*f*) *Oſſium t.* V. *ic.* VI. *&* VII. *juxta* P *dextr. & ſiniſtr.*

XXI. Quorum ultra finem acutiorem orae prioris reliquo cum oſſe frontis connectuntur (*g*), oſſibusque verticis (*h*).

A lateribus cum ſquamoſis (*i*), ora lunata, reſpondente. Cujus priori parti, ob id extenuatae (*k*), ſquamoſum extrinſecus aſſidet: poſteriori, eique asperiori (*l*), inſidet.

A parte poſteriore cum petroſis conveniunt, ora rectiore (*m*). Quae majorem partem acuta eſt (*n*), cumque petroſo in fiſſuram anguſtam componitur (*o*): in fine autem craſſior eſt ac denticulata (*p*), cum eoque connectitur (*q*).

Juxtaque principium partis illius poſterioris retro excurrunt proceſſu parvo (*r*), eoque occurrunt petroſo extremo (*s*).

XXII. Forma autem poſitusque fere hujusmodi.

Rectiores ſunt, ubi baſi continuantur. Ora poſteriore, eaque rectiore, à baſi oblique in latus vergunt & retrorſum. Ab ea & à baſi, intra oram lateralem prioremque, quae longiores ſunt, tendunt in priora extrorſum, paulatim anguſtiores, fine acutiore, recurvatique retrorſum (*t*).

XXIII. Sinuatique ſunt intrinſecus, pertinentque ad ſcrobes il-

(*g*) *Oſſium t.* V. *ic.* VII. *inter* a *infer.* & U, *porroque* n *verſus. Et t.* III. *ic.* III. *inter* q & n *proxim.*

(*h*) *Oſſium t.* III. *ic.* III. *inter* n n & e

(*i*) *Intrinſecus*, *oſſium t.* III. *ic.* II. *inter* n & g *interior.*

Extrinſecus, *t.* II. *ic.* I. *inter* o o & d *proxim. Et t.* I. *ic.* III. *inter* i & d *proxim.*

(*k*) *Oſſium t.* V. *ic.* II. ζ.

(*l*) *Oſſium t.* V. *ic.* VII. ζ.

(*m*) *Oſſium t.* V. *ic.* II. *juxta* X.

(*n*) *Oſſium t.* V. *ic.* VII. *inter* V & ε.

(*o*) *Intrinſecus*, *oſſium t.* III. *ic.* II. *inter* W & α.

Extrinſecus, *t.* II. *ic.* I. *inter* β & γ.

(*p*) *Oſſium t.* V. *ic.* VII. ε.

(*q*) *Oſſium t.* II. *ic.* I. *à latere externo* α.

(*r*) *Oſſium t.* V. *ic.* II. N, N. *Et t.* II. *ic.* I. s, s.

(*s*) *Extrinſecus*, *oſſium t.* II. *ic.* I. *inter* s & f.

Intrinſecus, *t.* III. *ic.* II. *inter* β *infer.* & M κ α.

(*t*) *Oſſium t.* III. *ic.* II. n, n.

illas, quae mox pone eminentem à priori parte fundum conceptaculi encephali ſunt (*v*).

Eaque parte inaequabiles ſunt, convenientes ad formam cerebri (*w*).

XXIV. Sulcique in ea (*x*), quibus arteriae meningis craſſae inſident.

XXV. Extrinſecus autem hi proceſſus primum proceſſus aliformes exigunt (*y*).

A quorum externo latere, ut ſupra ſinuati, ſic infra leniter gibbi ſunt, pertinentque ad baſem calvariae (*z*).

XXVI. Ibique juxta oram, qua cum petroſo committuntur, veſtigium per longitudinem eſt (*a*), quod pertinet ad tubam Euſtachii.

XXVII. Ibidemque ante ab externo latere eminentia terminantur transverſa inaequabili (*b*): unde pterygoïdeus externus incipit.

XXVIII. Inde parte ſuperiore forma ſunt triquetra (*c*).

Siquidem ibi ab ea parte, quam ad conceptaculum encephali eſſe diximus, quaeque laterum unum eſt, extrinſecus latera procedunt alia duo, ab ora priore alterum, alterum à laterali: conveniuntque haec latera, tendentia extrorſum oblique in priora, donec ora finiantur communi (*d*).

Ea recta eſt, denticulataque (*e*), ac cum oſſe jugali, cui reſpondet, connectitur (*f*).

XXIX.

(*v*) *Oſſium t.* III. *ic.* II. n, n.

(*w*) *Oſſium t.* III. *ic.* II. n, n.

(*x*) *Oſſium t.* III. *ic.* II. n, n. *Et t.* V. *ic.* VII. T, T.

(*y*) *Oſſium t.* V. *ic.* II. I L K, I L K. *Et t.* II. *ic.* I. n q p, n q p.

(*z*) *Oſſium t.* V. *ic.* II. E, E. *Et t.* II. *ic.* I. o *infer.*

(*a*) *Oſſium t.* II. *ic.* I. β, β.

(*b*) *Oſſium t.* II. *ic.* II. π, π. *Et t.* V. *ic.* II. Z, Z.

(*c*) *Oſſium t.* V. *ic.* VI. G F.

(*d*) *Oſſium t.* V. *ic.* VI. G, F.

(*e*) *Oſſium t.* V. *ic.* VI. ϑ.

(*f*) *In foramine oculi*, *oſſium t.* I. *ic.* I. *inter* i & t.

In tempore, *t.* I. *ic.* III. *inter* i & t *proxim.*

XXIX. Laterum autem illorum exteriorum alterum ad tempus pertinet, oblongum per altitudinem, ex transverſo ſinuatum (*g*): ubi temporalis inſidet.

XXX. Alterum pertinet ad foramen oculi, ad exteriorem eandemque poſteriorem ejus partem (*h*); planiusque eſt, ſed ſupra modice ſinuatum (*i*).

Et per circuitum retro rotundius, dein infra modice ſinuatum, ante intra oram ſuperiorem & inferiorem, easque rectiores, anguſtatur in mucronem (*k*).

Circuitus autem pars poſterior libera eſt, acutiorque: infraque ad rimam foraminis oculi pertinet; ſupra, ubi lunula terminatur in fine, deſinit ad oram priorem, qua parte ad foramen, quod conceptaculi encephali quartum faciemus, pertinet (*l*).

XXXI. Ac triquetrum illud ſupra vertice toto, eoque triquetro & ipſo (*m*), ad os frontis, proximamque oſſis verticis partem pertinet, juxta caudam ſupercilii.

Et quidem juxta foramen oculi parte craſſa ſcabraque (*n*) cum oſſe frontis, quod inſidet, connectitur.

Mox autem inde in tempore oſſi eidem proximoque verticis extrinſecus aſſidet, ora extenuata ex parte interiore (*o*).

Sic fit, ut per circuitum appareant commiſſurae tres. Una in conceptaculo encephali, ubi connectitur cum oſſe frontis (*p*), & verticis (*q*), ut diximus (*r*). Altera in tempore, ubi cum oſſe quo-

(*g*) *Oſſium t.* V. *ic.* VI. F. *Et t.* I. *ic.* III. i *in tempore.*

(*h*) *Oſſium t.* V. *ic.* VI. G. *Et t.* I. *ic.* I. i *in foramine oculi.*

(*i*) *Oſſium t.* V. *ic.* VI. G.

(*k*) *Oſſium t.* V. *ic.* VI. G.

(*l*) *Oſſium t.* I. *ic.* I. i *in foram. oc.*

(*m*) *Oſſium t.* V. *ic.* VI. *γ n.*

(*n*) *Oſſium t.* V. *ic.* VI. *γ.*

(*o*) *Oſſium t.* V. *ic.* VI. *inter γ & n.*

(*p*) *Oſſium t.* V. *ic.* VII. *inter* a *infer.* & U, *porroque n verſus. Et t.* III. *ic.* III. *inter* q & n *proxim.*

(*q*) *Oſſium t.* III. *ic.* III. *inter* n n & e.

(*r*) Supra §. XXI.

quoque frontis (*s*), & verticis (*t*). Tertia in foramine oculi, ubi cum oſſe frontis ſolo (*v*).

Ubi in tempore cum oſſe verticis & ſquamoſo connectitur, ibi fit, ut ultimus angulus per harmoniam ſectus ſit.

XXXII. Sequuntur proceſſus aliformes (*w*), quos laterales ab exteriore parte juxta baſem exigere diximus (*x*).

Hi quaſi paxillis ſimiles, inſignesque, ac generaliter recti, demittunt ſe, altero ab altero nonnihil declinante in latus (*y*).

Demittunt autem ad ima, quae ante ſunt, maxillaria (*z*): eaque ab illa parte firmant, interjecto oſſe palati (*a*).

XXXIII. In partem autem poſteriorem per longitudinem fere à ſummo totam profunde ſinuati ſunt (*b*), ſinusque muſculi opplent.

Radix craſſa, concretaque (*c*). A qua demiſſus ſinus tenui oſſe continetur (*d*).

Sinusque in poſteriora & ſimul oblique in latus externum dirigitur: quippe in latus illud inclinant ſe parietes ejus, exterior magis (*e*).

XXXIV. Priori parte ſupra depreſſiores, formaque triangula, vertice directo deorſum (*f*).

Qua

(*s*) *Oſſium t.* I. *ic.* III. *inter* i *&* b *in tempore.*

(*t*) *Oſſium t.* I. *ic.* III. *inter* i *&* a *in tempore.*

(*v*) *Oſſium t.* I. *ic.* I. *inter* i *&* b *in foramine oculi.*

(*w*) *A parte poſteriore*, *oſſium t.* V. *ic.* VII. I K L M, I K L M.

A priore, *ic.* VI. I K L M, I K L M.

(*x*) Supra §. XXV.

(*y*) *Oſſium t.* VI. *ic.* VI. *&* VII. I K L, I K L.

(*z*) *Extrinſecus*, *oſſium t.* IV. *ic.* VIII. k l.

Intrinſecus, *ic.* II. k l.

(*a*) *Oſſium t.* IV. *ic.* II. *&* VIII. S *infra. Et t.* II. *ic.* I. *ſupra* r.

(*b*) *Oſſium t.* V. *ic.* VII K.

(*c*) *Oſſium t.* V. *ic.* VII. I.

(*d*) *Oſſium t.* V. *ic.* VII. K.

(*e*) *Oſſium t.* V. *ic.* VII. L, K.

(*f*) *Oſſium t.* V. *ic.* VI. I, I.

Qua parte ad rimam pertinent, quae inter eam atque os maxillare palatique relinquitur (*g*).

XXXV. Eâdem infra finduntur per longitudinem, fiſſura juxta latus interius incipiente, ſenſimque latiore (*h*).

Fiſſuraeque orae gibbae ſunt per longitudinem (*i*). Exterior retro rotundior & aſperula (*k*). Interior, qua exteriorem ſpectat, rotundior, ſcabraque (*l*).

Implet os palati fiſſuram (*m*), ſic ut reſpondeat; per quod orae recipiuntur, ubi cum iis connectitur (*n*).

XXXVI. Latus exterius per longitudinem ſinuatum eſt (*o*), idemque latius (*p*), retroque ad ſinum ora finitur acuta, aculeata, rectiore, ſed infra gibba (*q*).

Itaque intra oram illam partemque priorem rectius, infra anguſtatur in mucronem (*r*).

Inaequabileque eſt (*s*) ob affixum pterygoïdeum externum maxillae.

XXXVII. Latus interius à ſummo per longitudinem ſinuatum, infra fere rectius eſt, gibbumve (*t*).

Ex-

(*g*) *Oſſium t.* I. *ic.* III. x.

(*h*) *Oſſium t.* V. *ic.* VI. & VII. *inter* L & K.

(*i*) *Oſſium t.* V. *ic.* VI. & II. ι, ι.

(*k*) *Oſſium t.* V. *ic.* VI. & II. ι *exter.*

(*l*) *Oſſium t.* V. *ic.* VI. & II. ι *inter.*

(*m*) *Oſſium t.* I. *ic.* II. x *inter* m & n.

(*n*) *A parte poſteriore*, *oſſium t.* I. *ic.* II. *inter* m & x.

A latere externo, *t.* IV. *ic.* VIII. *inter* k & S *infer.*

Ab interno, *t.* III. *ic.* III. *infra inter* τ & υ.

A parte inferiore, *t.* II. *ic.* I. *inter* t & r p.

(*o*) *Oſſium t.* V. *ic.* VI. K.

(*p*) *Oſſium t.* V. *ic.* VI. K. *Et t.* IV. *ic.* VIII. k.

(*q*) *Oſſium t.* IV. *ic.* VIII. k. *Et t.* V. *ic.* VII. K.

(*r*) *Oſſium t.* IV. *ic.* VIII. k.

(*s*) *Oſſium t.* IV. *ic.* VIII. k.

(*t*) *Oſſium t.* V. *ic.* VI. & VII. L.

Exteriori longitudine fere par, ſed anguſtius eſt (*v*), anguſtatque ſe ſenſim, ora priore modice gibbum, poſteriore cavum (*w*), quae ad ſinum acuta eſt (*x*), circaque mediam longitudinem procurrit aculeo (*y*).

Aequabile eſt, ex transverſo leniter gibbum (*z*).

Terminatque latus narium, ubi ad fauces pertinent (*a*), aſſidente ibi à priori parte oſſe palati (*b*).

XXXVIII. Sinus paries interior infra à poſteriore parte procurrit hamulo, deorſum ſimulque oblique retrorſum atque in latus tendente, gracili, in latus adunco, in fine tumidulo (*c*): ad cujus radicem ab exteriore parte infra ſinus eſt, à poſterioribus oblique in priora & interiora tendens, orbiculatusque (*d*).

Sic fit rotulae orbitae ſimilis ſinus; quem ab interiore parte hamulus terminat, ab exteriore eminentia humilis (*e*). Is ſuſtinet, corrigitque circumflexum palati.

XXXIX. Et ad poſteriorem eandemque exteriorem partem radicis hujus parietis ſinus eſt oblongus, lenisque (*f*): cui circumflexi illius principium inhaeret, & affixum eſt.

XL. Superſunt foramina, quae in proceſſibus lateralibus ſunt.

Unum intrinſecus à latere ſellae equinae, ſtatim poſt lunam orae prio-

(*v*) *Oſſium t.* V. *ic.* VI. L.

(*w*) *Oſſium t.* IV. *ic.* II. l.

(*x*) *Oſſium t.* V. *ic.* VII. L.

(*y*) *Oſſium t.* IV. *ic.* II. l.

(*z*) *Oſſium t.* IV. *ic.* II. l.

(*a*) *Oſſium t.* IV. *ic.* II. l. *Et t.* II. *ic.* I. q, q.

(*b*) *Oſſium t.* IV. *ic.* II. *inter* l & S. *Et t.* II. *ic.* I. *inter* q & t.

(*c*) *A parte poſteriore, oſſium t.* V. *ic.* VII. M.

A priore, ic. VI. M.

Ab inferiore, t. II. *ic.* I. r. *Et t.* V. *ic.* II. M.

(*d*) *Oſſium t.* V. *ic.* VI. *mox ſupra* M: & *ic.* II. *ad radicem* M.

(*e*) *Oſſium t.* V. *ic.* II. M *interior. ſiniſtr.*

(*f*) *Oſſium t.* V. *ic.* II. Y. *Et t.* II. *ic.* I. ɛ.

prioris (*g*): infra quam etiam extrinſecus deſinit (*h*), contra partem poſticam imamque foraminis oculi.

Anguſtius eſt, ac rotundius, inque priora nonnihil extrorſum tendit.

Nervi cerebri quinti ramus ſecundus penetrat.

XLI. Alterum poſt hoc in eadem parte interiore, multo majus, ovatum, circa mediam oram poſteriorem, ſecundum quam, ſicut illa, oblique poſitum (*i*).

Rectaque ex conceptaculo encephali deorſum patet pone parietem exteriorem proceſſus aliformis (*k*).

Penetrat nervi quinti ramus tertius.

XLII. Inter hoc baſemque nonnullis exiguum eſt, extrinſecus patens inter idem illud & ſinum, cui circumflexus affigitur.

Aliis autem maximam partem concretum, plerisque totum, ut nullum ſit.

XLIII. Poſtque alterum illud, tertium, juxta oram poſteriorem eandem, in ultimo angulo inter petroſum & ſquamoſum interſerto (*l*).

Exiguum, rotundius, aut ovatum, recta quoque patens deorſum (*m*).

Penetrat ad meningem craſſam pertinens arteria maxima, & vena.

Ab eo intrinſecus principium ſulcorum, quibus arteriae illae inſident (*n*).

XLIV.

(*g*) *Oſſium t.* III. *ic.* II. V. *Et t.* V. *ic.* VII. Q.

(*h*) *Oſſium t.* V. *ic.* VI. Q.

(*i*) *Oſſium t.* III. *ic.* II. W.

(*k*) *Oſſium t.* II. *ic.* I. Q. *Et t.* V. *ic.* II. R.

(*l*) *Oſſium t.* III. *ic.* II. X.

(*m*) *Oſſium t.* II. *ic.* I. R. *Et t.* V. *ic.* II. S.

(*n*) *Oſſium t.* III. *ic.* II. *ab externo latere* X.

XLIV. Supra interiorem partem radicis proceſſus aliformis canalis eſt rectus, & rotundus: dexter itaque & ſiniſter.

Ante patet, & retro: magisque conſpicuum eſt os prius, quam poſterius.

Prius orbiculatum, patetque juxta partem interiorem baſis (*o*), ad externum latus illius loci, ubi cornu oſſis palati poſterius ad eam applicatur, è regione foraminis, quod è cornubus oſſis palati baſique multiformis fit, inque nares patet.

Poſterius in ora poſteriore proceſſus lateralis, quae contra petroſum extremum eſt, juxta externam partem imae orae lunatae, quae pars eſt oris, per quod arteria carotis interna intrat: ubi inter eminentes aculeos veluti latet (*p*).

XLV. Canaliculus denique exilis in parte triquetra eſt.

In ea ſecundum partem ejus interiorem ſummam, ubi os frontis inſidet, veſtigium arteriae meningis craſſae tendit in ultimam fiſſuram foraminis, quod conceptaculi quartum ponemus: circumque eam flectitur (*q*), emiſſo prius canaliculo (*r*).

Is per triquetram illam partem penetrat in foramen oculi, ubi deſinit infra commiſſuram cum oſſe frontis (*s*).

Aliis canaliculus ille in ipſa commiſſura eſt, parte collata ab oſſe utroque: aliis ex parte, aliis totus. Aliis exitus uterque. Aliis tenuis juxta ultimam fiſſuram ora perforata, foramine exiguo.

Penetrat ramus arteriae venaeque meningis craſſae.

(*o*) *Oſſium t.* V. *ic.* VI. V.

(*p*) *Oſſium t.* V. *ic.* VII. V.

(*q*) *Oſſium t.* V. *ic.* VII. *ramus veſtigii* T.

(*r*) *Oſſium t.* V. *ic.* VII. U.

(*s*) *Oſſium t.* V. *ic.* VI. U. *Et t.* I. *ic.* I. X.

CAPUT XXVII.

De oſſe cribriformi.

I. Ante baſem multiformis infra oſſi frontis cribriforme appoſitum, intercapedinem ejus implens parte ſua ſuperiore (*t*).

Hoc os neque comparare ſibi integrum ac perſequi facile eſt, neque aut icone aut verbis deſcribere. Quo minus miramur imperfecta illa, erroneaque, quae prolata de eo ſunt.

II. Medium ei interſtitium (*v*), & ab ejus dextra laevaque pars cribriformis (*w*), cavernoſa (*x*), ſpongioſa (*y*).

III. Interſtitium in mediis naribus eſt, dividitque eas à ſuperiore & eadem priore parte, in dextram laevamque, latitudine directa in latera (*z*).

Amplum, aequabile, tenue, ſupra craſſius, inde aliquantum extenuatum, in fine rurſus nonnihil craſſius (*a*).

IV. Supra autem primum parte poſteriore nonnihil eminet, forma triangulari, baſi retro poſita (*b*).

Baſi ſquama multiformis inſidet (*c*).

An-

(*t*) *A parte ſuperiore*, *oſſium t.* III. *ic.* II. S S v w x.
Ab inferiore, *t.* V. *ic.* I. ν Φ Ψ ξ ξ o o o o o o Δ Ξ Ξ Π Π Π Π.
A parte priore, *t.* V. *ic.* IV. Ψ. *Et t.* I. *ic.* I. p.
A poſteriore, *t.* V. *ic.* X. b.

(*v*) *Oſſium t.* V. *ic.* I. ν Φ Ψ.

(*w*) *Oſſium t.* V. *ic.* I. ξ, ξ.

(*x*) *Oſſium t.* V. *ic.* I. o o o, o o o.

(*y*) *Oſſium t.* V. *ic.* I. Π Π, Π Π.

(*z*) *A latere*, *oſſium t.* III. *ic.* III. y.

(*a*) *Oſſium t.* V. *ic.* IV. Ω Ψ Φ: & *ic.* IX. b.

(*b*) *Oſſium t.* V. *ic.* III. *inter* ϱ & ϱ *infra* λ.

(*c*) *Oſſium t.* III. *ic.* II. *inter* v & k *proxim.*

Ante hanc mucro veluti radix prima criſtae galli eſt (*d*).

v. Criſta ſurgit inde, & ab interſtitio quod ante eſt reliquo toto (*e*).

Ea proceſſus eſt craſſior, qui, latitudine in latera directa, intra conceptaculum encephali erectus, ibi quoque, ut interſtitium in naribus, dividit (*f*).

Surgitque ante primum rectius; qua parte cum oſſe frontis connectitur: dein abſolutus eſt, faſtigiaturque in acumen. Retro ora longiore & tenuiore ab eminentia triangulari in acumen oblique pertinet (*g*).

Pars poſterior tenuior, planior: prior, eaque maxima, multo craſſior, lateribus fere gibbis, inaequabilibus (*h*).

Proceſſus falciformis meningis craſſae affigitur.

Aliis intus inanis fuit, patuitque ad ſinus frontales, qui contra ſunt.

vi. A priori parte criſta interſtitiumque ora finiuntur aſperula (*i*).

Eaque à principio ab utroque criſtae latere veluti alata (*k*), eoque latior eſt: inde ſenſim anguſtior (*l*).

Annexa oſſi frontis ex adverſo glabellae (*m*), continueque mucroni, quo os illud ad interſtitium narium pertinet (*n*).

Qua criſtae eſt, rectior (*o*); inde tendit in priora deorſum (*p*).

vii. Rectior ora interſtitii poſterior, ex transverſo ſinuata, ſca-

(*d*) *Oſſium t.* iii. *ic.* ii. v.
(*e*) *Oſſium t.* iii. *ic.* iii. w.
(*f*) *Oſſium t.* iii. *ic.* ii. w.
(*g*) *Oſſium t.* iii. *ic.* iii. w.
(*h*) *Oſſium t.* v. *ic.* ix. λ. *Et t.* iii. *ic.* ii. & iii. w. *Et t.* iv. *ic.* x. H.
(*i*) *Oſſium t.* v. *ic.* iv. Ω Ψ.
(*k*) *Oſſium t.* v. *ic.* iv. & iii. μ, μ.
(*l*) *Oſſium t.* v. *ic.* iv. *infra* Ω.
(*m*) *Oſſium t.* iii. *ic.* ii. *mox ſupra* x: & *ic.* iii. *ante* w.
(*n*) *Oſſium t.* iii. *ic.* iii. *inter* y & s.
(*o*) *Oſſium t.* iv. *ic.* x. *ante* H.
(*p*) *Oſſium t.* iv. *ic.* x. *ſupra* G.

ſcabra (*q*); qua connectitur cum acumine baſis multiformis (*r*).

VIII. Infra quam ora poſterior eademque inferior (*s*) tendit in priora deorſum, acutiorque eſt, perque vomerem recipitur (*t*).

IX. Ante hanc inferior & eadem prior (*v*) tendit in priora ſurſum, craſſior, inaequabilis (*w*): annexaque ei cartilago interſtitii narium.

X. Aliis, quibus foramen caecum à poſteriore parte deficit, criſta complet defectum, ſinuata ibi, ſupra in media commiſſura ubi cum oſſe frontis connectitur.

XI. Inter radicem criſtae ſummumque interſtitium partes cribro ſimiles incipiunt (*x*). Priori tamen parte ſeparatae ab iis ſunt, diſcrimine tenui, fiſſuram referente (*y*).

Oblongae ſunt, perque longitudinem criſtae interſtitioque adjacent, anguſtae (*z*), tenues (*a*).

XII. Appoſitae infra ſunt intercapedini oſſis frontis (*b*), ſquamaeque multiformis, qua intercapedo illa retro terminatur.

Pertinentque ad intercapedinis illius oram, ante à lateribus primum criſtae, indeque ad oras laterales (*c*), interque eas retro ad ſquamam multiformis (*d*).

Atque ita à naribus ſeparant conceptaculum encephali (*e*).

Hu-

(*q*) *Oſſium t.* V. *ic.* IX. b.

(*r*) *Oſſium t.* III. *ic.* III. *inter* y & p.

(*s*) *Oſſium t.* V. *ic.* X. c.

(*t*) *Oſſium t.* III. *ic.* III. *inter* y & z.

(*v*) *Oſſium t.* V. *ic.* IV. Φ: & *ic.* I. Φ Ψ.

(*w*) *Oſſium t.* III. *ic.* III. *inter* y & ⅄ Φ ω.

(*x*) *A latere, oſſe reſecto, oſſium t.* III. *ic.* III. S.

A parte priore, oſſe integro, t. V. *ic.* IV. ξ, ξ.

(*y*) *Oſſium t.* V. *ic.* III. *mox infra* μ, u.

(*z*) *Oſſium t.* V. *ic* III. ξ, ξ.

(*a*) *Oſſium t.* V. *ic.* IV. ξ, ξ.

(*b*) *Oſſium t.* III. *ic.* II. S, S.

(*c*) *Oſſium t.* III. *ic.* II. *inter* S & q *utrimque.*

(*d*) *Oſſium t.* III. *ic.* II. *inter* S & k *ſuper. utrimque.*

(*e*) *Oſſium t.* IV. *ic.* II. m.

Hujusque conceptaculi ad fundum ſupra pertinent, ubi à priori parte inter eminentia latera deſidet (*f*). Infra ſunt narium lacunar ſummum (*g*).

XIII. Perforatae autem ſunt in ſpeciem cribri, foraminibus à conceptaculo encephali ad nares pertinentibus (*h*).

Foramina crebra, exigua, majora alia, alia minora, quaedam circularia, alia ovata, partim recta, partim nonnihil obliqua.

Superincumbunt proceſſus mammillares cerebri: à quibus emiſſi nervi penetrant per foramina ad nares.

XIV. Ex cribriformibus pendent cavernoſa, è latere eorum externo toto (*i*).

Haec narium ſuperiora opplent (*k*), ſic ut ab interſtitio diſtent modice (*l*).

Satis magna, oblonga, longitudine jacent ſecundum interſtitium à priori parte in poſteriorem, corpore craſſo, & tum ſupra infraque, tum utroque latere depreſſiore (*m*).

XV. Cavernoſa tota ſunt cum raritate quadam (*n*), continente cavernulas tum extus tum intus oſſe tenui, ſolido, fragili.

Fere

(*f*) *Oſſium t.* III. *ic.* II. S, S.

(*g*) *Oſſium t.* V. *ic.* I. ξ, ξ.

(*h*) *Oſſium t.* III. *ic.* II. S, S. *Et t.* V. *ic.* III. ξ, ξ.

(*i*) *Oſſium t.* V. *ic.* III. oo, oo.

(*k*) *A latere interno, oſſium t.* IV. *ic.* I. n n n.

A parte poſteriore, t. V. *ic.* IX. o π.

(*l*) *Oſſium t.* V. *ic.* IX. *inter* o π *&* b.

(*m*) *A latere interno, oſſium t.* IV. *ic.* I. n n n.

Ab externo, ic. X. n n — A F.

A parte ſuperiore, t. V. *ic.* III. o o, o o.

Ab inferiore, ic. I. o o o, o o o.

A priore, ic. IV. o Θ, o Θ.

A poſteriore, ic. X. Θ e π o.

(*n*) *A latere externo, oſſium t.* IV. *ic.* X. *ſub oſſe plano* F, *&* p q r s s t.

Intus ad os planum, ubi reſecti reliquiae, ic. II. n.

A parte ſuperiore, t. V. *ic.* III. ϱ σ φ, ϱ ς ψ τ χ υ ω.

A priore, ic. IV. ω φ χ σ, ω ϱ υ ψ χ τ.

Fere autem per longitudinem cavernulas inſigniores oſtendit utrumque quinque. Primam in parte poſteriore (*o*): ante hanc ſecundam (*p*): ante hanc tertiam (*q*): ante hanc quartam, quae prior (*r*): infra hanc tertiamque, quintam (*s*), à latere externo. Poſtque quintam minores aliquot, infra ſuperiores.

Continuaque ſerie compoſitae, ut in favo; ſed non regulariter.

Infra patent, & quidem ad nares, ut dicetur: neque alibi, neque aliae ad alias perviae.

Aliquae autem intus interſtitio uno alterove, aut parum, aut magis ſurgente, ex parte diviſae ſunt (*t*).

Diſtinctae quoque non raro in ſpatiola minora, per eminentias leves.

Luditque iis natura frequenter, ut neque magnitudinis ratio conſtet, neque figurae, neque numeri.

XVI. Eadem undique partim cortice ſuo continentur, partim terminantur appoſitis, annexisque.

XVII. Appoſita autem, & annexa, haec.

Supra os frontis, qua ſecundum intercapedinem ſuam diductum ſinuatumque eſt (*v*).

Mox infra hujus priorem partem à latere externo proceſſus eſt maxillaris ad naſum eminentem pertinens (*w*): ubi commiſſura intus in naſo conſpicua (*x*).

Mox

(*o*) *Oſſium t.* V. *ic.* III. *ſub* ϱ *parte poſteriore.*

(*p*) *Oſſium t.* V. *ic.* III. *ſub* ϱ *parte priore.*

(*q*) *Oſſium t.* V. *ic.* III. σ.

(*r*) *Oſſium t.* V. *ic.* III. φ: & *ic.* IV. φ.

(*s*) *Oſſium t.* V. *ic.* IV. ω. *Et t.* IV. *ic.* X. r s s.

(*t*) *Ut oſſium t.* V. *ic.* III. & IV. *inter* τ & υ.

(*v*) *Oſſium t.* III. *ic.* II. q *juxta* S. *Et t.* IV. *ic.* VIII. a.

(*w*) *Oſſium t.* IV. *ic.* VIII. *n* r.

(*x*) *Oſſium t.* IV. *ic.* I. *inter* n *ſuper.* & η.

Mox poſt hunc, os unguis (*y*): ubi ibidem ſimiliter commiſſura eſt (*z*).

Infra poſt hoc, corpus maxillaris (*a*).

Poſt hoc, os palati (*b*).

Supra hoc à parte poſteriore, baſis multiformis (*c*).

Ibique ſupra, ſquama ejus (*d*).

XVIII. Ex iis terminat cavernulas os frontis, proceſſus maxillaris, os unguis. Hoc autem modo.

Cavernoſum ſupra juxta partem priorem, indeque priore, & juxta hanc inferiore lateris externi, cavernulis ſuis patet totum, veluti effractum (*e*).

Et ſupra quidem veluti effracta, quam tertiam poſuimus (*f*): eamque complet reſpondens oſſis frontis (*g*).

Quarta quoque ibidem veluti effracta, ſimilitudinem praebens infundibuli (*h*): cui ſupra ima ora ſinus frontalis, quae in oſſe frontis eſt (*i*), continuatur, infraque eum complet reſpondens ſinus proceſſus maxillaris ad naſum eminentem pertinentis (*k*), & pone eum à latere exteriore os unguis (*l*). Quam cavernulam partem inferiorem ſinus frontalis eſſe diximus.

A

(*y*) *Oſſium t.* IV. *ic.* VIII. I.

(*z*) *Oſſium t.* IV. *ic.* I. *inter* n *anter.* & I.

(*a*) *Oſſium t.* IV. *ic.* VIII. θ.

(*b*) *Oſſium t.* IV. *ic.* VIII. T.

(*c*) *Oſſium t.* IV. *ic.* VIII. *v.*

(*d*) *Oſſium t.* III. *ic.* II. *ſupra* k *ſuper.*

(*e*) *Oſſium t.* V. *ic.* III. σ φ, ϛ τ ω: & *ic.* IV. σ φ ω, τ υ υ υ ω. *Et t.* IV. *ic.* X. p q r s s t.

(*f*) *Oſſium t.* V. *ic.* III. σ, & ϛ.

(*g*) *Oſſium t.* V. *ic.* II. k, & m.

(*h*) *Oſſium t.* V. *ic.* III. φ, & τ υ: & *ic.* IV. φ, & τ υ υ υ. *Et t.* IV. *ic.* X. q.

(*i*) *Oſſium t.* V. *ic.* II. i, & i I.

(*k*) *Oſſium t.* IV. *ic.* II. λ.

(*l*) *Oſſium t.* IV. *ic.* II. I.

A latere veluti effracta quinta (*m*): quam os unguis integit (*n*), & proceſſus maxillaris (*o*).

Poſt hanc infra veluti effracta tertia eſt (*p*): quam complet cavernula corporis oſſis maxillaris (*q*).

XIX. Qua vero caeteroquin parte maxillare corpore ſuo appoſitum (*r*): qua os palati (*s*): qua baſis multiformis (*t*): qua ſquama ejus, poſteriorque pars diducti ſinuatique oſſis frontis (*v*); iis partibus, quae leniter gibbae ſunt, fere integrum eſt, &, quod interrupti eſt (*w*), id completur ab oſſe appoſito.

XX. Verum ubi os frontis inſidet, ibi, ſicuti in illo, ſemicanaliculus eſt, à proxima ora ſuperiore oſſis plani incipiens (*x*), interque ſummam cavernulam ſecundam & tertiam tendens oblique introrſum in priora (*y*): qui ad foramen, quod foraminis oculi quartum ponemus, pertinet.

XXI. Similis inter cavernulam pimam & ſecundam, ad foramen pertinens, quod foraminis oculi quintum faciemus.

Cujus quoque introitus ex parte eſt in proxima plani ora ſuperiore (*z*); de quo oſſe nunc ſequitur dicendum.

XXII. Nempe inter oſſa illa, quae appoſita cavernoſis eſſe diximus, latere ſuo externo ad foramina oculorum ſunt, ad latus eorum internum (*a*).

Ubi nonnihil ſupereminent, planitie laevi, parte poſteriore modi-

(*m*) *Oſſium t.* V. *ic.* IV. ω, *&* ω. *Et t.* IV. *ic.* X. r s s.
(*n*) *Oſſium t.* IV. *ic.* II. I.
(*o*) *Oſſium t.* IV. *ic.* II. λ.
(*p*) *Oſſium t.* IV. *ic.* X. t.
(*q*) *Oſſium t.* IV. *ic.* II. *&* III. μ.
(*r*) *Oſſium t.* IV. *ic.* X. v — w.
(*s*) *Oſſium t.* IV. *ic.* X. w — y.
(*t*) *Oſſium t.* IV. *ic.* X. y — z.
(*v*) *Oſſium t.* IV. *ic.* X. z — A. *Et t.* V. *ic.* III. ϱ.
(*w*) *Oſſium t.* V. *ic.* III. ϱ.
(*x*) *Oſſium t.* IV. *ic.* VIII. s.
(*y*) *Oſſium t.* V. *ic.* III. Σ.
(*z*) *Oſſium t.* IV. *ic.* VIII. v.
(*a*) *Oſſium t.* IV. *ic.* VIII. F.

dice ſinuata, priore gibba (*b*): cui oſſis plani nomen impoſitum.

Atque id quodammodo quadrangulare eſt, intra partem priorem & poſteriorem multo longius, quam intra ſuperiorem & inferiorem (*c*).

Oraque ſuperiore cum oſſe frontis connexum (*d*). Priore cum oſſe unguis (*e*). Inferiore cum maxillari (*f*), & palati (*g*). Poſteriore cum baſi multiformis (*h*).

XXIII. Latere autem interno cavernoſa per longitudinem modice gibba ſunt, poſteriore parte magis: praeterque partem poſticam ſubaſpera (*i*).

Majoremque latus illud partem quadrangulare eſt, longius quam latius, longitudine tendente intra partem priorem & poſteriorem (*k*): priori autem parte forma fere globoſa depreſſiore (*l*), ubi intus cavernula quarta eſt.

Infra, qua parte quadrangulare eſt, ſecundum oram per longitudinem ſinuatum eſt parte poſteriore (*m*): quo fit, ut ſpongioſum alterum ibi referat.

XXIV. Infra autem utraque cavernoſi pars parte priore deſinit in os, cui ſpongioſi nomen datum eſt (*n*).

Ob-

(*b*) *Oſſium t.* IV. *ic.* X. F.

(*c*) *Oſſium t.* IV. *ic.* X. F.

(*d*) *Oſſium t.* IV. *ic.* VIII. *inter* F & a.

(*e*) *Oſſium t.* IV. *ic.* VIII. *inter* F & I.

(*f*) *Oſſium t.* IV. *ic.* VIII. *inter* F & θ.

(*g*) *Oſſium t.* IV. *ic.* VIII. *inter* F & T.

(*h*) *Oſſium t.* IV. *ic.* VIII. *inter* F & λ.

(*i*) *Oſſium t.* IV. *ic.* I. n n.

(*k*) *Oſſium t.* IV. *ic.* I. n *ſuper.*

(*l*) *Oſſium t.* IV. *ic.* I. *ſupra* n *anter.*

(*m*) *Oſſium t.* IV. *ic.* I. *ante* o.

(*n*) *Ab interno latere, oſſium t.* IV. *ic.* I. D n *anter.*

Ab externo, ic. X. D D E E & *inter* q & G.

A parte inferiore, t. V. *ic.* I. π π.

Oblongum eſt, ac longitudine ſua ſub cavernoſo pertinet à priori parte in poſteriorem (*o*).

Tenue eſt, convolutum in ſemiconi ſimilitudinem, à priori parte in poſteriorem primum fere ſenſim amplius ſinu ſuo, id eſt, parte concava; dein rurſus anguſtius, inque mucronem coarctatum (*p*).

Sinuque ſuo per longitudinem totam contra latus narium patet, nonnihil deorſum directo (*q*).

XXV. Lacunar ei à priori parte ipſum cavernoſum imum eſt: quod inde retrorſum, & ab interiore parte deorſum procurrens, ſpongioſum fit.

Id poſteriore procurrente parte diſtat à cavernoſo modice; diſcriminante rima (*r*).

XXVI. Ora altera (*s*) ad latus narium applicatum eſt, cum eoque connectitur per longitudinem ſuam, à parte priori in poſteriorem.

Nempe priori parte cum proceſſu maxillaris ad naſum eminentem pertinente (*t*): & quidem cum inferiore parte orae interioris ſinus illius (*v*), qui ad cavernulas cavernoſi accedit.

Dein cum oſſe unguis (*w*).

Dein

(*o*) *A latere interiore, oſſium t.* IV. *ic.* I. D n *anter.*
A parte inferiore, t. V. *ic.* I. Π Π.

(*p*) *A parte inferiore, oſſium t.* V. *ic.* I. Π Π.
A latere exteriore, t. IV. *ic.* X. D D E E.

(*q*) *A latere externo, oſſium t.* IV. *ic.* X. D *anter.* & *inter* D *poſter.* & E E.
A parte inferiore, t. V. *ic.* I. Π *exter.*

(*r*) *Oſſium t.* IV. *ic.* I. *inter* n *ſuper.* & D.

(*s*) *Oſſium t.* IV. *ic.* X. E E & *inter* q & G.

(*t*) *Oſſium t.* IV. *ic.* I. *inter* n *anter.* & *n.*

(*v*) *Oſſium t.* IV. *ic.* II. λ.

(*w*) *Oſſium t.* IV. *ic.* I. *inter* n *anter.* & I.

Dein cum corpore maxillaris, nimirum cum ora, qua os cavernae ejus ſupra finitur (*x*).

Dein cum eminentia oſſis palati proxima (*y*).

XXVII. Ab altero latere, id eſt, à parte interſtitii narium, dependet longius (*z*), totum abſolutum.

Ubi pars prior aliis recurvatur in contrarium, id eſt, introrſum, interſtitium narium verſus (*a*).

Ejusque lateris ora ima, praeter partem poſteriorem, craſſior eſt, & aſpera (*b*). De caetero extrinſecus ſcabrum (*c*).

XXVIII. Cavernoſum praeterea infra, tum qua ad lacunar ſpongioſi eſt, tum qua ſpongioſo illi poſt ſuperimminet, inaequabile eſt, per eminentes cavernulas ſuas.

XXIX. Rimasque ibi habet, labiis tumidulis, & undulatis: alteram in lacunari ſpongioſi; alteram, ubi ſpongioſo ſuperimminet.

Eae ſecundum latus internum, quo id interſtitium narium ſpectat, longitudine ſua tendunt intra priorem partem & poſteriorem. Et ubi prior deſinit, poſterior incipit, ſeparatae tamen. Ac poſterior in fine recurvat ſe in latus externum, circum poſteriorem partem radicis ſpongioſi.

Hae rimae ora ſunt cavernoſi, ad quae cavernulae ejus patent (*d*): priores ad priorem, ad poſteriorem poſteriores.

Ante quarta patet ad priorem, infundibuliformis illa, quae pars inferior ſinus frontalis eſt (*e*): poſt eam tertia: ante à latere externo quinta.

Ad

(*x*) *Oſſium t.* IV. *ic.* II. μ—Y.
(*y*) *Oſſium t.* IV. *ic.* II. Y.
(*z*) *Oſſium t.* IV. *ic.* X. D D: *& ic.* I. D.
(*a*) *Ut fere oſſium t.* IV. *ic.* I. D.
(*b*) *Oſſium t.* V. *ic.* I. Π *interior.*
(*c*) *Oſſium t.* IV. *ic.* I. D. *Et t.* V. *ic.* I. Π *interior.*
(*d*) Ut icon. oſſium foetus hum. ic. VII. e ſuper. & e infer. & ſupra e med.
(*e*) *Oſſium t.* V. *ic.* IV. χ.

Ad poſteriorem patet ſecunda.

Et quae praeterea cavernulae minores infra ſunt, ad proximam quaeque patent rimam.

XXX. Accedit oſculum in latere cavernoſi interno, in parte ejus poſteriore, juxta oram inferiorem (*f*): quod cavernulae primae eſt.

Deorſum oblique retrorſum directum: procurritque ab eo eandem in partem ſemigula (*g*).

XXXI. Proceſſus denique cribriforme ab utroque latere, dextro laevoque, habet duos, ſpongioſo communes cum cavernoſo.

Minor alter (*h*), quo ſpongioſi ora, qua cum latere narium connectitur, cavernoſumque proximum procurrunt, circa commiſſuram oſſis unguis cum plano.

Tenuis, ſatisque latus, mox flectit ſe retrorſum, latitudine in latera directa.

Pertingit ad ſuperiorem partem cornu ſpongioſi inferioris, connectens ſe cum ea (*i*), coëuns aliis.

XXXII. Alter proceſſus latior, multoque longior, ſimilitudine remi (*k*).

In eum communis ſpongioſi cavernoſique ora ante proceſſum minorem migrat (*l*).

Inde per ſinum ſpongioſi, ultraque eum, tendit oblique retrorſum deorſumque, latitudine in latera directus, totusque abſolutus (*m*).

Pertingit quoque ad cornu ſpongioſi inferioris, annexusque ei (*n*), infra minorem: ubi aliis coït.

C A-

(*f*) *Oſſium t.* IV. *ic.* I. O.
(*g*) *Oſſium t.* IV. *ic.* I. *poſt* O.
(*h*) *Oſſium t.* IV. *ic.* X. B.
(*i*) *Oſſium t.* IV. *ic.* VIII. *inter* B & M.
(*k*) *Oſſium t.* IV. *ic.* X. C C.
(*l*) *Oſſium t.* V. *ic.* IV. Ξ *à* Π *in parte dextra.*
(*m*) *Oſſium t.* IV. *ic.* X. C C.
(*n*) *In ſinu maxillari, oſſium t.* IV. *ic.* VIII. *inter* C & M.
In naribus, ic. I. *inter* C & M.

CAPUT XXVIII.

De oſſibus maxillaribus.

I. Maxillaria (*o*) pertinent ad maxillam ſuperiorem, genas, foramina oculorum, naſum.

II. Ima priori in parte calvariae incipiunt, juncta inter ſe (*p*). Incipiunt ora craſſa, infra rectiore (*q*), caeterum aequabiliter incurva, ut extrinſecus gibba ſit (*r*), ex interiore parte ſinuata (*s*). Conjunctisque his oris fit maxilla ſuperior: eaque infra rectior, gibba extrinſecus, intrinſecus cava, priori parte maxime, per latera minus, à poſteriore patens (*t*).

III. Infra in ea praeſepiola ſunt ſexdecim, alia juxta alia, continua per longitudinem totam ſerie (*v*): quibus dentes radicibus ſuis infixi (*w*).

Foſſu-

(*o*) *A priori parte, oſſium t.* I. *ic.* I. rrr, rrr.

A latere, ic. III. rrr.

A parte inferiore, t. II. *ic.* I. www xyz A B C D E, www xyz A B C D E.

(*p*) *Oſſium t.* I. *ic.* I. *inter* r & r *inferior.*

(*q*) *Oſſium t.* II. *ic.* I. xyz A B C D E.

(*r*) *Oſſium t.* II. *ic.* I. xyz A B C D E. *Et t.* I. *ic.* I. & III. *ſupra* πρστυφχψ *ſuperior.*

(*s*) *Oſſium t.* II. *ic.* I. xyz A B C D E. *Et t.* I. *ic.* II. *ſupra* πρστυφχψ *ſuperior. Et t.* III. *ic.* III. *infra* φ.

(*t*) *A parte priore, & à latere, & à poſteriore, oſſium t.* I. *ic.* I. III. II. *ſupra* πρστυφχψ *ſuperior. utrimque.*

Ab inferiore, t. II. *ic.* I. *ubi* xyz ABCDE, xyz ABCDE.

(*v*) *Oſſium t.* II. *ic.* I. x, y, z, A, B, C, D, E: x, y, z, A, B, C, D, E.

(*w*) *Oſſium t.* I. *ic.* I. II. III. π, ρ, σ, τ, υ, φ, χ, ψ: π, ρ, σ, τ, υ, φ, χ, ψ.

Foſſulae profundae ſunt, ſimilitudine vaginarum, ſenſim ſurſum verſus coarctatae (*x*), poroſae.

Totamque à principio orae craſſitudinem tenent (*y*), atque extrinſecus quoque in gingiva aliquantum eminent (*z*).

Radicibus, quas continent, magnitudine reſpondent, & figura. Itaque, inter alia, ut infixae radices, prima tria, quintaque, tota ſimplicia ſunt (*a*): quarta fere, ut dentibus gemina in fine radix, ſic in geminum fundum migrant, exteriorem alterum, alterum interiorem (*b*): reliqua, ut dentes, in ramos tres, exteriores duos, eorumque alterum priorem, alterum poſteriorem; tertium interiorem (*c*).

Circuitu ſunt rotundiora, ſed intra partem exteriorem & interiorem latiora, intra latera depreſſiora (*d*).

Fereque ſecundum mediam laterum longitudinem intus procurrente acumine diviſa & anguſtata: ſed ramus interior eorum, quibus tres ſunt, rotundior eſt (*e*).

Primum (*f*), quod dentium ſecantium primi eſt, tendit ad medium fundum narium juxta interſtitium ejus, eum antequam attingat, deſinens (*g*).

Secundum (*h*), quod ſecantium ſecundi, brevius eſt, citiusque deſinit (*i*).

Ter-

(*x*) *Oſſium t.* II. *ic.* I. x, y, z, A, B, C, D, E.

(*y*) *Oſſium t.* II. *ic.* I. x, y, z, A, B, C, D, E.

(*z*) *Oſſium t.* I. *ic.* I. & III. *ſupra* π, ρ, σ, τ, υ, φ, χ, ψ *ſuper.*

(*a*) *Oſſium t.* II. *ic.* I. x, y, z, B: x, y, z, B.

(*b*) *Oſſium t.* II. *ic.* I. A, A.

(*c*) *Oſſium t.* II. *ic.* I. C, D, E: C, D, E.

(*d*) *Oſſium t.* II. *ic.* I. x, y, z, A, B, C, D, E.

(*e*) *Oſſium t.* II. *ic.* I. x, y, z, A, B, C, D, E.

(*f*) *Oſſium t.* II. *ic.* I. x.

(*g*) *Oſſium t.* I. *ic.* I. *ſupra* π.

(*h*) *Oſſium t.* II. *ic.* I. y.

(*i*) *Oſſium t.* I. *ic.* I. *ſupra* ϱ.

Tertium (*k*), quod canini, caeteris longius, pertinet aliquantum ultra fundum narium, juxta latus earum (*l*).

Quartum (*m*), quintumque (*n*), quae maxillarium primorum ſunt, breviora quam quod canini eſt; longiora quam quae ſecantium ſunt, tendunt contra ſinum maxillarem in partem concretam, quae ante infra eum eſt (*o*).

Quae ſuperſunt tria (*p*), breviora ſunt, pertinentque ad fundum ſinus maxillaris (*q*): niſi quod ſexti ramus prior pertineat in concretam partem, quae ante fundum illum eſt (*r*).

IV. A parte orae illius interiore tota, usque ad praeſepiolum maxillaris intimi, proceſſum exigit (*s*) ampliorem, planioremque, ac latitudinem ſuam ab altera parte deorſum (*t*), ab altera ſurſum dirigentem (*v*).

Ac dexter & ſiniſter inter ſe per mediam longitudinem convenientes, intercapedinem maxillae implent (*w*).

Os naresque priori in parte diſterminant, pertinentes infra ad palatum, ſupra ad fundum narium: quorum pars major ſunt.

V. Qua parte ad palatum pertinent, ſcabri ſunt, ac poſteriore parte ſcabriores, juxta maxillam (*x*), cute palati annexa ſtrictius.

Ibidemque ex ima priore ora ſurſum in poſteriora modice concavi ſunt: inde per latera ex altiore paulatim orae parte emittuntur, ex transverſo planiores (*y*).

VI.

(*k*) *Oſſium t.* II. *ic.* I. z.
(*l*) *Oſſium t.* I. *ic.* I. *ſupra* σ.
(*m*) *Oſſium t.* II. *ic.* I. A.
(*n*) *Oſſium t.* II. *ic.* I. B.
(*o*) *Oſſium t.* I. *ic.* I. *ſupra* τ, & υ.
(*p*) *Oſſium t* II. *ic.* I. C, D, E.
(*q*) *Oſſium t.* IV. *ic.* VIII. ω, ✢✢, χχ *ſuper.*
(*r*) *Oſſium t.* IV. *ic.* VIII. ω *anterior.*
(*s*) *Oſſium t.* IV. *ic.* III. ττ.
(*t*) *Oſſium t.* II. *ic.* I. w *in palato.*
(*v*) *Oſſium t.* V. *ic.* VIII. NSE.
(*w*) *Oſſium t.* II. *ic.* I. w, w *inferior.*
(*x*) *Oſſium t.* II. *ic.* I. w, w *inferior.*
(*y*) *Oſſium t.* IV. *ic.* III. *ſupra* ι.

VI. Qua vero ad fundum narium ſunt, ea parte ex transverſo aequabiliter ſinuati ſunt: ſinusque illi etiam ſupra maxillae oram, ubi dentes qui ſecant ſunt, in priora procurrunt, ſenſim ex lateribus exterioribus anguſtati, deſinentesque in ſimilitudinem ſpinae (*z*).

VII. Inter haec proceſſus à priori parte craſſior, inde extenuat ſe retrorſum (*a*).

VIII. Connectuntur hi proceſſus inter ſe (*b*), ora per altitudinem fere quaſi foliata (*c*).

Connectuntur à poſteriore parte cum oſſibus palati (*d*), ora tenui, ac denticulata (*e*); reſpondentque iis.

In naribus praeterea communis eis commiſſura media ſurgit, ut interſtitii narium pars ſit (*f*): ſurgit priore parte magis, quam poſteriore.

Eademque ſupra per longitudinem ſinuata eſt (*g*), vomeremque recipit (*h*), connexa cum eo; anteque eum (*i*) recipit interſtitii narium cartilaginem.

IX. Et in partibus eorum prioribus ſuturae ſunt transverſae, infra ſupraque.

In

(*z*) *Oſſium t.* V. *ic.* VIII. E N.

(*a*) *Ut fere oſſium t.* III. *ic.* III. *infra* B B.

(*b*) *In palato*, *oſſium t.* II. *ic.* I. *inter* w & w *infer.*

In fundo narium, *t.* V. *ic.* VIII. α α.

(*c*) *Oſſium t.* IV. *ic.* III. τ τ.

(*d*) *In palato*, *oſſium t.* II. *ic.* I. *inter* w w *infer.* & t t *infra proxim.*

In fundo narium, *t.* V. *ic.* VIII. *inter* E & g.

A latere, *t.* IV. *ic.* II. *inter* δ & τ *proxim.*

(*e*) *Oſſium t.* V. *ic.* X. *inter* C & F.

(*f*) *A latere*, *oſſium t.* IV. *ic.* III. τ τ.

A parte poſteriore, *t.* V. *ic.* X. & IX. F.

A priore, *t.* I. *ic.* I. s s.

A ſuperiore, *t.* V. *ic.* VIII. α α γ.

(*g*) *Oſſium t.* V. *ic.* VIII. α α γ.

(*h*) *A latere*, *oſſium t.* III. *ic.* III. *inter* B B & z.

A parte poſteriore, *t.* V. *ic.* IX. *inter* F & v.

A priore, *t.* I. *ic.* I. *inter* s s & z.

(*i*) *Oſſium t.* V. *ic.* VIII. γ.

In palato ab altero praeſepiolo caninum continente, ad alterum (*k*).

In fundo narium, paulo poſterius (*l*): nam oblique ſecant (*m*).

Superſunt ex aetate juniore; in qua partes illae diviſae ſunt ab oſſe reliquo (*n*).

X. Infra ſtatim pone praeſepiola dentium, qui ſecant, primorum, in ipſa commiſſura ſpecies foraminis eſt (*o*).

Introitus eſt unus: qui ſenſim anguſtior, in bina itinera dividitur (*p*).

Eaque patent in fundo narium, ab utroque eminentis commiſſurae mediae latere (*q*).

Introitus canalesque tendunt ſurſum ac ſimul aliquantum retrorſum (*r*).

Penetrat cutis palati cum vaſculis & nervulis, conjungiturque cum cute naſi.

Introitus partem poſteriorem (*s*), canalesque (*t*), ſuturae ſecant transverſae, quas ibi ex aetate juniore ſupereſſe diximus (*v*).

XI. Sed ſupra eandem maxillae oram corpore ſurgit craſſo, per circuitum extrinſecus, ut maxilla, rotundiore (*w*).

Ante id in gena eſt, ubi leviter ſinuatum (*x*).

Poſteriore parte inaequabile eſt (*y*).

Ea-

(*k*) *Oſſium t.* II. *ic.* I. K K.
(*l*) *Oſſium t.* V. *ic.* VIII. S.
(*m*) *Oſſium t.* IV. *ic.* III. χ.
(*n*) Icones oſſium foetus hum. ic. XXXIII. m.
(*o*) *Oſſium t.* II. *ic.* I. M.
(*p*) *Oſſium t.* II. *ic.* I. N, N.
(*q*) *Oſſium t.* V. *ic.* VIII. N.
(*r*) *Oſſium t.* IV. *ic.* III. υ.
(*s*) *Oſſium t.* IV. *ic.* III. χ.
(*t*) *Oſſium t.* V. *ic.* VIII. N.
(*v*) Supra §. IX.
(*w*) *A parte priore*, *oſſium t.* I. *ic.* I. r *in gena.*
A latere, *ic.* III. r r *inferior.* *Et t.* IV. *ic.* VII.
A parte poſteriore, *t.* V. *ic.* X. B Z *inferior.*
(*x*) *Oſſium t.* I. *ic.* I. r *in gena.*
(*y*) *Oſſium t.* V. *ic.* X. B.

Eaque infra ad latus exterius inaequabilior (z), ubi pterygoïdeus externus affigitur.

Ibidemque ad latus interius aſperum eſt (a): ubi annexus proceſſus oſſis palati (b).

Supraque foramina ſunt minuta (c), in cavernam penetrantia.

XII. Hoc corpus à parte exteriore ſupra in latus veluti excreſcit, os jugale verſus (d): cujus hac parte ſuſtentaculum eſt, reſpondens ei.

Connectiturque cum eo (e), planitie extrema triangulari, denticulatae aſperitatis, in quam ſupra inque latere deſinit (f).

Ac ſic firma per id compactione ſtabilitur.

XIII. Suſtentaculum autem infra tenuius, ſurſum intra partem priorem & poſteriorem craſſeſcit (g).

Sed intra partes easdem in latus tendens, fit ſenſim tenuius (h).

A parte priore leniter gibbum eſt (i): à poſteriore ex transverſo ſinuatum (k), ubi ad ſinum temporis pertinet.

Ab externo latere lunatum (l): ibique, ubi ad poſtremum maxime prominet, infra aliquantum inaequabile (m); cui loco pars maſſeteris affigitur.

XIV. Supra ad fundum foraminis oculi corpus ſubſiſtit, vertice

(z) *Oſſium t.* V. *ic.* X. *infra* B.
(a) *Oſſium t.* V. *ic.* X. Z *infer.*
(b) *Oſſium t.* V. *ic.* IX. *inter* B & t. *Et t* II. *ic.* I. *infra* E.
(c) *Oſſium t.* V. *ic.* IX. *infra* Q.
(d) *A parte priore, oſſium t.* I. *ic.* I. r *in gena*
A poſteriore, t. V. *ic.* X. *inter* B & U U.
(e) *In gena, oſſium t.* I. *ic.* I. *inter* r & t *in gena.*
In foramine oculi, inter t & r *proxim.*
In tempore, t. V *ic.* IX. *inter* B & ♂.
(f) *Oſſium t.* IV. *ic.* VII. *v.*
(g) *Oſſium t.* IV. *ic.* VII. *v.*
(h) *Oſſium t.* IV. *ic.* VII. *v: unde cognoſci poteſt*
(i) *Oſſium t.* I. *ic* I. r *in gena.*
(k) *Oſſium t.* V. *ic.* X. *inter* B & U U.
(l) *Oſſium t.* I. *ic.* I. *inter* r *in gena* & B. *Et t.* V. *ic.* X. *infra* B *juxta* U *infer. Et t.* IV. *ic.* VII *infra v.*
(m) *Oſſium t.* II. *ic.* I. σ *ſuper.*

ce ampliore, planiore, leniter ſinuato, excepta media poſteriore parte, quae leniter gibba: caeterum ſatis aequabili, & tum in poſteriorem, tum in interiorem partem acclivi (*n*).

Praeterea autem externi quoque lateris ejusdem foraminis pars eſt, perque latus illud priori parte ſurgit aliquantum (*o*).

XV. Formâ vertex ille eſt triangulari (*p*).

Latus prius, quod baſis haberi poteſt, gibbum eſt, connectiturque cum oſſe jugali (*q*), eique reſpondet.

Interius medio angulo excurrit: ante quem leniter ſinuatum eſt, poſt eundem rectius. Connectiturque parte ſinuata cum oſſe unguis (*r*), rectiore cum plano (*s*), reſpondens utrique.

Inde vertex hebes eſt, retroque connectitur cum oſſe palati (*t*), cui reſpondet.

Latus exterius tendit oblique in priora extrorſum: rectiusque eſt, ſed juxta jugale ſurgit ad poſtremum, lunatumque eſt, ſinu directo retrorſum (*v*). Pertinetque ad rimam foraminis oculi, quam inter foramina ejus primo loco ponemus.

XVI. Accedunt propriae ei veluti ſuturae quaedam, aut fiſſurae.

Altera inter fundum latusque externum foraminis oculi (*w*), flectens

(*n*) *A parte priore, oſſium t.* I. *ic.* I. r r *in foramine oculi.*

A latere, t. IV. *ic.* VII. θ θ.

A parte ſuperiore, t. V. *ic.* VIII. H H.

(*o*) *A parte priore, oſſium t.* I. *ic.* I. *inter* t & r *proxim. in foramine oculi.*

A ſuperiore, t. V. *ic.* VIII. *inter* T & U.

(*p*) *Oſſium t.* V. *ic.* VIII. H H.

(*q*) *Oſſium t.* I. *ic.* I. *inter* r *infer.* & t *in foramine oculi.*

(*r*) *Oſſium t.* IV. *ic.* VIII. *inter* θ & I.

(*s*) *Oſſium t.* IV. *ic.* VIII. *inter* θ & F.

(*t*) *Oſſium t.* IV. *ic.* VIII. *inter* θ & T z. *Et t.* V. *ic.* VIII. *inter* H & l.

(*v*) *Oſſium t.* I. *ic.* I. *ſupra* r T r *in foramine oculi.*

(*w*) *Oſſium t.* V. *ic.* VIII. T.

fleɑtens ſe quoque aliis circum oram poſteriorem: ſuperſtes ex aetate juniore.

XVII. Altera ſutura propria in parte priore fundi eſt, tendens in priora, indeque circum orbem foraminis oculi ad exitum canalis, de quo mox dicetur (*x*).

Oriturque ex conjunɑtione orarum canalis illius, hiantis ibi aetate juniore (*y*).

XVIII. Ad canalem illum pertinet veſtigium, & ſemicanalis.

Veſtigium incipit in parte poſtica corporis, infra verticem: circum quam ſe fleɑtit in latus ad verticis oram (*z*).

Inde ſemicanalis eſt ſupra patens (*a*), ab exteriore parte veluti ſupercreſcente ſquama. Tendit is in priora per verticem illum, hoc eſt, per fundum foraminis oculi, & non longe ab orbe ejus canalis fit.

Is ſub fundo penetrat (*b*), deorſumque incurvatur (*c*), patetque ſub orbe ad genam (*d*). Aliis autem exitus habet duos, aut tres.

Hujus itineris, ex veſtigio ſemicanalique ac canali conſtantis, pars breviſſima canalis eſt.

Aliis autem parte longiore canalis integer eſt.

A ramo ſecundo nervi cerebri quinti ramus penetrat, cum vaſculis.

XIX. Sequitur corporis pars interior.

Ea ad latus capacitatis narium eſt: ubi ex fundo concavo ſurgit reɑtius (*e*).

XX.

(*x*) *Oſſium t.* V. *ic.* VIII. R. *Et t.* I. *ic.* I. *infra* T *in foram. oculi*, *&* L.

(*y*) Icones oſſium foetus hum. ic. XXVIII. O.

(*z*) *Oſſium t.* V. *ic.* IX. P.

(*a*) *Oſſium t.* V. *ic.* VIII. Q.

(*b*) *Oſſium t.* V. *ic.* VIII. *ſub* R.

(*c*) *Oſſium t.* IV. *ic.* VIII. ζ.

(*d*) *Oſſium t.* I. *ic.* I. T *infra orbem*

(*e*) *Oſſium t.* IV. *ic.* III. ζϱγϱλμ. *Et t.* V. *ic.* X. DIZ *ſuper.*

XX. Cujus partis poſterior inaequabilis eſt (*f*), applicaturque ei os palati (*g*).

Inque ea infra juxta os cavernae maxillaris eminentia eſt transverſa (*h*), quae recipitur per ſinum reſpondentem ſquamae oſſis palati, ubi in ea ab altera parte eminentia eſt ſuſtinens ſpongioſum inferius.

XXI. Infra autem eandem poſteriorem partem oblique à poſterioribus in priora deorſum ſecat pars canalis, qui ad foramen primum palati pertinet (*i*).

XXII. Supra corporis pars haec interior terminatur latere interiore verticis ſui, qui ad fundum foraminis oculi pertinet (*k*); quam oram parte poſteriore rectiorem eſſe diximus, priore ſinuatam (*l*).

XXIII. Secundumque oram illam anguſtius eſt (*m*). Secundum poſteriorem orae partem retro latius, indeque antrorſum ſenſim anguſtius (*n*). Anguſtius deinde ſecundum orae partem priorem (*o*).

Eaque parte excipit cribriformis partem cavernoſam, ſpongioſamque, atque os unguis. De quibus plenius dicendum.

XXIV. Nempe ſecundum orae ſuperioris poſteriorem, eamque rectam partem, foveae parvae ſunt duae; poſterior, & prior (*p*).

Poſterior major eſt (*q*): ejusque orae per circuitum cavernoſum

(*f*) *Oſſium t.* IV. *ic.* III. ϱϛ.
(*g*) *In naſo*, *oſſium t.* IV. *ic.* II. *inter* ζ & X : & *inter* λ & α W Y
A parte poſteriore, *t.* V. *ic.* IX. *inter* omOl & Hp.
(*h*) *Oſſium t.* IV. *ic.* III. *inter* ϛ & ϱ.
(*i*) *Oſſium t.* IV. *ic.* III. y.
(*k*) *Oſſium t.* IV. *ic.* III. θμξ.
(*l*) Supra §. XV.
(*m*) *Oſſium t.* IV. *ic.* III. λμξ.
(*n*) *Oſſium t.* IV. *ic.* III. λμ.
(*o*) *Oſſium t.* IV. *ic.* III. *ſupra* ξ.
(*p*) *Oſſium t.* IV. *ic.* III. λ, μ.
(*q*) *Oſſium t.* IV. *ic.* III. λ.

ſum ſupra annectitur (*r*), infra ſpongioſum ejus (*s*); inter quae patet haec fovea ad nares (*t*).

Prior minor eſt (*v*): quae terminat completque cavernulam cavernoſi tertiam, ubi ea infra interrupta eſt (*w*).

XXV. Secundum orae ejusdem ſuperioris partem priorem (*x*), quae ſinuata, foveae quoque parvae duae, poſterior, & prior, ſed leves.

Quarum poſterior intra nares patet contra cribriformis proceſſum breviorem. Partemque ejus complet proximus oſſis unguis mucro inferior.

Priori aſſidet oſſis unguis mucro inferior. Nulla haec aliis, quibus os ibi aequabile eſt, aequabilique mucro oſſis unguis aſſidet.

XXVI. In medio eadem corporis pars interior excipit ſpongioſum inferius. Ejus autem & partem priorem excipit, & proceſſum.

Priorem partem excipit (*y*) eminentiâ, quam ante habet; oblongam, ſubaſperam, à poſterioribus in priora modice tendentem deorſum, atque incurvatam (*z*).

Proceſſum excipit inferiore ora oris cavernae ſuae, intra quam proceſſus ille orae aſſidet (*a*).

XXVII. Nimirum corpus intus ſub fundo foraminis oculi, inde usque ad praeſepiola dentium maxillarium poſteriorum trium, inane totum eſt (*b*): quam vocamus cavernam.

Ea undique fere non niſi tenui oſſe circumdata eſt (*c*): praeterquam ubi ſuſtentaculum oſſis jugalis eſt, ſupraque dentes maxilla-

(*r*) *Oſſium t.* IV. *ic.* X. *inter* t & w.
(*s*) *Oſſium t.* IV. *ic.* X. EE.
(*t*) *Oſſium t.* IV. *ic.* I. λ.
(*v*) *Oſſium t.* IV. *ic.* III. *μ*.
(*w*) *Oſſium t.* IV. *ic.* X. t.
(*x*) *Oſſium t.* IV. *ic.* III. *ſupra inter μ* & ξ.
(*y*) *Oſſium t.* IV. *ic.* I. *inter* n & L.
(*z*) *Oſſium t.* IV. *ic.* III. Φ.
(*a*) *Oſſium t.* IV. *ic.* VIII. *inter* κ & N.
(*b*) *Oſſium t.* IV. *ic.* VIII. *κκ*.
(*c*) *Oſſium t.* IV. *ic.* III. p: & *ic.* VIII. *κκ*.

lares primos duos, atque in intervallis praeſepiolorum ſequentium; ubi os craſſius.

Fit, ut dentium maxillarium poſteriorum radix una alterave cavernae fundum prominere faciat: fit, ut perforato fundo praeſepioli ad cavernam pertineat.

Atque ea ſinus maxillaris pars maxima eſt, ad latus narium patens ore magno (*d*); cujus partem os palati (*e*), & ſpongioſum inferius (*f*), à quibus ſinus completur, claudunt.

Cavernae pars, quae contra lacunar foraminis oculi eſt, leniter per eminentias diſtincta eſt in cavernulas irregulares.

XXVIII. Parte deinde priore corpus ora finitur acuta (*g*): qua ad introitum naſi pertinet.

Ab extremo illa procurrentis fundi narium mucrone primum fere leniter gibba, mox in latus, perque illud ſurſum inſigniter lunata, poſt rurſus leniter gibba eſt.

XXIX. Indeque ſupra emiſſo proceſſu (*h*) pertinet in glabellam, in eaque cum oſſe frontis, reſpondens ei, connectitur (*i*), ſine denticulato (*k*).

Ac ſic firmat ſe ab hac parte.

XXX. Ex quo proceſſu, proximaque, unde ſurgit, corporis parte priore, primum de gena, deque foramine oculi ſurgens naſus fit (*l*).

Eoque latitudinem dirigit ab altera parte extrorſum, ab altera in-

(*d*) *Oſſium t.* IV. *ic.* III. p.

(*e*) *Oſſium t.* IV. *ic.* VIII. S *in caverna*

(*f*) *Oſſium t* IV. *ic.* VIII. N.

(*g*) *Oſſium t.* IV. *ic.* VII. *infra n. Et t* I. *ic.* I.

(*h*) *Extrinſecus*, *oſſium t.* IV. *ic.* VII. *n. Et t.* I. *ic.* III. *inter* u & w. *Intrinſecus*, *t.* IV. *ic.* III. *n*: & *ic.* II. *p*.

(*i*) *Oſſium t.* IV. *ic.* VIII. *inter n* & a *Et t.* I. *ic.* III.

(*k*) *Oſſium t.* IV. *ic.* VII. & III. *o*.

(*l*) *Oſſium t.* I. *ic.* III.

introrſum, ſed oblique, à gena foramineque ſurgens introrſum.

Infraque, ubi incipit, latior, inde anguſtatur: tenditque nonnihil retrorſum (*m*).

Intrinſecus infra cum proximo corpore ſinuatus eſt: qua parte ad capaciorem naſi partem pertinet (*n*). Supra gibbus eſt parte priore (*o*): qua parte pertinet ad naſi rimam.

Extrinſecus infra cum eodem corpore priori parte gibbus eſt: caeterum leniter ſinuatus (*p*).

XXXI. Intrinſecus praeterea ſupra parte poſteriore contra os cavernoſum eſt.

Ubi ſinum habet, per altitudinem oblongum (*q*): quo cavernoſi cavernula infundibuliformis completur, quam quartam poſuimus (*r*), quaeque pars inferior ſinus frontalis eſt.

XXXII. Ora ejusdem poſterior craſſior eſt, lunataque, atque aequabilis (*s*): eaque orbis foraminis oculi pars eſt (*t*).

XXXIII. Non longe autem ab extremo ſinuari ora illa incipit, indeque deorſum ſinuatur inſignius (*v*).

Pergitque ſinus per corporis partem interiorem, quae ab ora illa ſequitur.

Ibi autem fere canalis eſt, ſed brevis (*w*), complentibus labiis duobus.

Quorum alterum prius eſt, continuatum orae (*x*): alterum poſte-

(*m*) *Oſſium t.* IV. *ic.* VII. *η*. *Et t.* I. *ic.* III.

(*n*) *Oſſium t.* IV. *ic.* III. *η*.

(*o*) *Oſſium. t.* IV. *ic.* III. *inter λ & π proxim.*

(*p*) *Oſſium t.* IV. *ic.* VII. *n*.

(*q*) *Oſſium t.* IV. *ic.* III. λ.

(*r*) Supra cap. XXVII. §. XV. & XVIII.

(*s*) *Oſſium t.* IV. *ic.* VII. *inter n* & r.

(*t*) *Oſſium t.* IV. *ic.* VIII. *inter n* & r. *Et t.* I. *ic.* I. *juxta* w.

(*v*) *Oſſium t.* IV. *ic.* VII. & VIII. r.

(*w*) *Oſſium t.* IV. *ic.* III. qq.

(*x*) *Oſſium t.* IV. *ic.* III. *v*.

poſterius, à proxima, quae ex adverſo eſt, oris cavernae maxillaris ora emiſſum (*y*).

Haec paulatim anguſtiora, conveniunt in rimam, ac ſupra infraque in angulum (*z*): aliis etiam coëunt, ut canalis ſit plenus.

Infraque haec canalis patet deorſum in poſteriora in latere narium, exitu ovato (*a*).

Sinus canalisque tendunt nonnihil retrorſum, leniterque recurvantur introrſum (*b*).

Pars major ſunt canalis, quem appellant naſalem, quemque inter foramina foraminis oculi ſextum faciemus.

XXXIV. Suſtinetque proceſſus ille appoſita & annexa.

Os unguis annexum orae poſteriori ſupra, indeque orae interiori ſinus canalis naſalis (*c*), partique ſuperiori labiorum (*d*).

Proceſſus oſſis unguis ejusdem infra annectitur orae exteriori ſinus canalis naſalis (*e*).

Orae priori ſinus ad cavernulam infundibuliformem pertinentis, annectitur ora cavernulae illius (*f*).

Inſidet os naſi orae priori (*g*), quae rectior, & denticulata (*h*).

(*y*) *Oſſium t.* IV. *ic.* III. ξ.

(*z*) *Oſſium t.* IV. *ic.* III. *inter* q & q.

(*a*) *Oſſium t.* IV. *ic.* III. q *infer.*

(*b*) *Oſſium t.* V. *ic.* VIII. L.

(*c*) *Extrinſecus*, *oſſium t.* IV. *ic.* VIII. *inter* r & q.

Intrinſecus, *ic.* II. *inter* λ ν & I.

(*d*) *Oſſium t.* IV. *ic.* II. *inter* ν & I: & *inter* ξ & I.

(*e*) *Oſſium t.* IV. *ic.* VIII. *inter* n & I.

(*f*) *Oſſium t.* IV. *ic.* I. *inter* n & n *anter.*

(*g*) *Extrinſecus*, *oſſium t.* I. *ic.* III. *inter* α & u.

Intrinſecus, *t.* IV. *ic.* II. *inter* ν & ψ.

(*h*) *Oſſium t.* IV. *ic.* VII. & III. π π.

CAPUT XXIX.

De oſſibus jugalibus.

I. Jugale parvum eſt, planius, fere quadrangulare (*i*).

Angulusque inferior hebes (*k*). Caeteri migrant in proceſſum ſenſim anguſtiorem.

Prior fit proceſſus anguſtior, in fine acutus (*l*).

Superior fit proceſſus hoc latior, in fine veluti retuſus, caeterisque longior (*m*).

Poſterior fit proceſſus hoc latior, brevis, oraque finitur longiore & obliqua (*n*).

Et ſuperior quoque ex interiore parte proceſſum per altitudinem emittit interiorem, eumque brevem, oblique introrſum retrorſumque tendentem (*o*).

II. Inſidet maxillari (*p*): ubi ora infra ab angulo inferiore ad extremum proceſſum priorem fere ſinuata eſt, praeterquam in fine, ubi gibba (*q*).

Reſpon-

(*i*) *Oſſium t.* I. *ic.* I. *&* III. t t t I. t. *Et t.* IV. *ic.* IV. Λ Π Σ. *In tempore*, *t.* I. *ic.* III. t. *Et t.* V. *ic.* IX. *ſupra* ♂.

(*k*) *Oſſium t.* I. *ic.* I. *&* III. *infra* t *in gena. Et t.* IV. *ic.* IV. *infra* Σ.

(*l*) *Oſſium t.* I. *ic.* I. *&* III. *ante* t *in gena. Et t.* IV. *ic.* IV. *ante* Σ.

(*m*) *Oſſium t.* I. *ic.* I. *&* III. *ſupra* t *in gena. Et t.* IV. *ic.* IV. Λ Ξ.

(*n*) *Oſſium t.* I. *ic.* III. *retro* t *in gena. Et t.* IV. *ic.* IV. Θ.

(*o*) *In foramine oculi*, *oſſium t.* I. *ic.*

(*p*) *A priore parte*, *oſſium t.* I. *ic.* I. t *in gena & foramine oculi.* *A latere*, *ic.* III. t *in gena & foramine oculi.* *A poſteriore parte*, *t.* V. *ic.* IX. ♂.

(*q*) *Oſſium t.* I. *ic.* I. *&* III. *infra* t *in gena.*

Reſpondetque qua parte inſidet, annectiturque planitie aſpera, triangulari, quam ex interiore parte ante angulum inferiorem, inque inferiore tota proceſſus prioris habet (*r*): per cujus circuitum ſutura apparet (*s*).

III. Inde pertingit ad proximum os frontis, multiformisque proceſſum lateralem, ac zygomaticum temporis: annectiturque iis, ac reſpondet.

Et proceſſu quidem ſuperiore ad os frontis pertingit in cauda ſupercilii (*t*), ora craſſa, denticulata (*v*).

Proceſſu interiore retro pertingit ad lateralem multiformis (*w*), ora denticulata tenuiore (*x*).

Proceſſu poſteriore ad zygomaticum pertingit extremum (*y*), ora ſimili, obliqua, deſcendente in poſteriora (*z*).

IV. Ex hoc oſſe, eaque, qua ſuſtinetur, maxillaris parte, prominula ſub oculo gena eſt (*a*).

Eoque extrinſecus aequabile, parte priore leniter gibbum, latere planius (*b*).

V. Ab interiore parte ad foramen oculi, ejusque orbem eſt, pars eorum magna (*c*).

Lu-

(*r*) *Oſſium t.* IV. *ic.* IV. ΣΣ.

(*s*) *In gena, oſſium t.* I. *ic.* I. *inter* t & r.

In foramine oculi, inter t & r *proxim.*

In ſinu temporis, t. V. *ic.* IX. *inter* ∂ & B.

(*t*) *Oſſium t.* I. *ic.* I. & III. *inter* t & β *proxim.*

(*v*) *Oſſium t.* IV. *ic.* IV. Ξ.

(*w*) *In foramine oculi, oſſium t.* I. *ic.* I. *inter* t & i.

In tempore, ic. III. *inter* t & i.

(*x*) *Oſſium t.* IV. *ic.* IV. Π.

(*y*) *Oſſium t.* I. *ic.* I. & III. *inter* f & t *proxim. Et t.* II. *ic.* I. *inter* H & g.

(*z*) *Oſſium t.* V. *ic.* IX. ζ.

(*a*) *Oſſium t.* I. *ic.* I. r t *in gena.*

(*b*) *Oſſium t.* I. *ic.* I. & III. t *in gena.*

(*c*) *Oſſium t.* I. *ic.* I. t *in foramine oculi.*

Lunatum ibi, & laeve, ab extremo proceſſu priore ad ſuperiorem extremum, perque proceſſum interiorem (*d*).

VI. Proceſſu praeterea interiore ab altera parte in ſinu temporis eſt: ubi is per altitudinem gibbus eſt (*e*).

VII. Eodemque infra parva parte ad extremam rimam fundi foraminis oculi eſt (*f*).

VIII. Poſteriore parte cum proceſſu poſteriore in zygomate eſt (*g*): ubi ex interiore parte per transverſum leniter ſinuatum (*h*).

Quam partem infra terminat ora transverſa, rectior & inaequabilis, ab angulo inferiore in proceſſum poſteriorem extremum (*i*).

Supra terminat ora rectior, primum autem à proceſſu ſuperiore ſummo fere leniter gibba, mox usque ad extremum poſteriorem lunata (*k*).

IX. Ora inferior ab angulo inferiore usque ad extremum proceſſum poſteriorem inaequabilis eſt (*l*): ubi maſſeter affigitur.

X. Extrinſecus in medio principio proceſſus ſuperioris foramen eſt parvum (*m*).

Unde canaliculus penetrat in foramen oculi, oſculo patens juxta commiſſuram jugalis cum maxillari (*n*): ubi etiam exitus duo (*o*) aut plures reperiuntur.

Vaſcula penetrant.

(*d*) *Oſſium t.* IV. *ic.* IV. A.

(*e*) *Oſſium t.* I. *ic.* III. † *in tempore. Et t.* V. *ic.* IX. δ.

(*f*) *Oſſium t.* I. *ic.* I. † *ſiniſtr. in foramine oculi.*

(*g*) *A latere externo, oſſium t.* I. *ic.* III. † *in gena.*

A parte inferiore, t. II. *ic.* I. σ *med.*

(*h*) *Oſſium t.* IV. *ic.* IV. Θ.

(*i*) *Oſſium t.* I. *ic.* I. *&* III. *infra* † *in gena. Et t.* II. *ic.* I. σ *med.*

(*k*) *Oſſium t.* I. *ic.* III. † *in gena.*

(*l*) *Oſſium t.* II. *ic.* I. σ *med.*

(*m*) *Oſſium t.* I. *ic.* I. *&* III. *ſupra* † *in gena.*

(*n*) *Oſſium t.* IV. *ic.* IV. *infra* A.

(*o*) *Oſſium t.* IV. *ic.* IV. *infra* A.

CA-

CAPUT XXX.

De oſſibus naſi.

I. Addita quoque maxillaribus ſunt oſſa naſi, oris prioribus illorum proceſſuum appoſita, quibus naſus eminens primum ſurgit (*p*).

Unde continue ſurgentia, alterumque in alterum inclinata, conveniunt in editiſſimum naſi dorſum, inde è glabella ab imo oſſe frontis (*q*).

II. Parva, oblonga, quadrangularia, tenuia, planiora (*r*).

Ora ſuperior transverſa, brevis: à qua intra latera multo longiora primum modice anguſtantur, dein lateſcunt magis, infraque terminantur ora breviore, oblique in latus exterius deſcendente (*s*).

III. Connexa ſunt inter ſe, ubi conveniunt ora laterali altera (*t*), eaque primum craſſiore ac denticulata, dein ſenſim tenuiore, & planiore (*v*).

Connexa ſunt cum proceſſibus maxillarium, ubi iis inſident (*w*); ora laterali altera, tenui, denticulata (*x*); qua aſſident eis, ſupra fere ex interiore parte, infra ab exteriore. Iisdemque ibi reſpondent.

Con-

(*p*) *Oſſium t.* I. *ic.* I. *&* III. u, u.
(*q*) *Oſſium t.* I. *ic.* I. u, u.
(*r*) *Oſſium t.* IV. *ic.* VI.
(*s*) *Oſſium t.* I. *ic.* I. *&* III. u, u. *Et t.* IV. *ic.* VI.
(*t*) *Extrinſecus*, *oſſium t.* I. *ic.* I. *inter* u *&* u. *Intrinſecus*, *t.* II. *ic.* I. *inter* F *&* F.
(*v*) *Oſſium t.* IV. *ic.* II. ω.
(*w*) *Extrinſecus*, *oſſium t.* I. *ic.* I. *inter* u *&* w: *&* *ic.* III. *inter* u *&* α. *Intrinſecus*, *t.* II. *ic.* I. *inter* F *&* W *proxim. Et t.* IV. *ic.* II. *inter* ✝ *&* π.
(*x*) *Oſſium t.* IV. *ic.* VI. ΔΔ.

Connexa cum oſſe frontis (*y*) ora ſuperiore, denticulata, & craſſa (*z*): ubi ei reſpondent.

Indeque continue ſubtus connexa cum ſquama oſſis illius, proceſſuque, qui ad interſtitium naſi pertinet (*a*).

IV. Et ubi conveniunt inter ſe, ibi intus aut alterutrum, aut utrumque eminet per longitudinem (*b*): quae pars eminens ad interſtitium narium pertinet, connexa cum proceſſu modo dicto oſſis frontis (*c*).

Ultra quem proceſſum interſtitii cartilago annexa communi commiſſurae eorum (*d*).

V. Supra craſſiora, inde extenuantur ſenſim (*e*), deſinuntque in oram acutam, anguloſam (*f*), qua naſum finiunt (*g*).

VI. Extrinſecus autem ſupra per longitudinem cava ſunt, infra modice gibba (*h*).

Ex interiore parte contra: ubi ſupra, qua parte cum oſſe frontis committuntur, gibba ſunt; infra, qua parte ad capacitatem naſi ſunt, cava (*i*).

Per transverſum extrinſecus leniter gibba (*k*), intrinſecus cava (*l*).

VII. Extrinſecus aequabilia (*m*).

In-

(*y*) *Extrinſecus*, *oſſium t.* I. *ic.* I. *inter* uu & K. *Intus*, *t.* IV. *ic.* I. *inter* ω & d *proxim.*

(*z*) *Oſſium t.* IV. *ic.* VI. r.

(*a*) *Oſſium t.* IV. *ic.* I. *inter* ω & c.

(*b*) *Oſſium t.* III. *ic.* III. C.

(*c*) *Oſſium t.* III. *ic.* III. *inter* C & s.

(*d*) *Oſſium t.* II. *ic.* I. *inter* F & F.

(*e*) *Oſſium t.* IV. *ic.* VI.

(*f*) *Oſſium t.* IV. *ic.* VI.

(*g*) *Oſſium t.* I. *ic.* I. & III. u, u.

(*h*) *Oſſium t.* I. *ic.* I. & III. u, u. *Et t.* IV. *ic.* VI.

(*i*) *Oſſium t.* IV. *ic.* II. ✠.

(*k*) *Oſſium t.* I. *ic.* I. & III. u, u. *Et t.* IV. *ic.* VI.

(*l*) *Oſſium t.* IV. *ic.* II. ✠.

(*m*) *Oſſium t.* I. *ic.* I. & II. u. *Et t.* IV. *ic.* VI.

Intrinſecus ſupra, ubi cum oſſe frontis committuntur, inaequabilia: infra, ubi ad capacitatem naſi pertinent, magis aequabilia (*n*).

VIII. Extrinſecus foramen parvum eſt circa mediam longitudinem, nec longe à commiſſura eorum communi (*o*); quod perforato oſſe ad partem interiorem pertinet: penetrantque vaſcula.

Aliis nullum, aliis plura uno.

Id, quia hoc parvo in oſſe conſpicuum eſt, commemoro, qui caeteroqui praeterii ejusmodi quamplurima.

IX. Intrinſecus veſtigia vaſorum ſunt (*p*).

CAPUT XXXI.

De oſſibus palati.

I. Eorundem maxillarium veluti complementa oſſa palati ſunt, appoſita parti poſteriori (*q*).

Pertinent cum iis ad palatum, nares, foramina oculorum.

II. Partes eorum ſunt hae: baſis (*r*), ſquama (*s*) cum cornubus duobus (*t*), & proceſſus (*v*).

III. Baſis generaliter quadrangula (*w*), tenuisque eſt (*x*), pa-

(*n*) *Oſſium t.* IV. *ic.* II. ⸸. *Et t.* II. *ic.* I. F, F.

(*o*) *Oſſium t.* I. *ic.* I. *&* III. u, u. *Et t.* IV. *ic* VI.

(*p*) *Oſſium t.* IV. *ic.* II. *juxta* ⸸.

(*q*) *Oſſium t.* II. *ic.* I. t t, t t.

(*r*) *Oſſium t.* II. *ic.* I. t, t *in palato.*

(*s*) *Oſſium t.* II. *ic.* I. t, t *in naribus. Et t.* IV. *ic.* IX. S.

(*t*) *Oſſium t.* IV. *ic.* IX. V, W.

(*v*) *Oſſium t.* IV. *ic.* IX. U β. *Et t.* II. *ic.* I *infra* P, P.

(*w*) *Oſſium t.* II. *ic.* I. t *in palato.*

(*x*) *Oſſium t.* V. *ic.* IX. f.

palatumque (*y*) ac fundum narium (*z*) pone maxillare juxta praeſepiolum intimum explet.

Ea re ad palatum planior atque inaequabilis eſt (*a*): ad nares ex transverſo ſinuata, & lenis (*b*); eoque media tenuior, inde in dextram laevamque craſſior (*c*).

IV. Eaeque baſes parte poſteriore in ultimo palato naſoque ſunt, ora transverſa, magnam partem acuta, lunataque (*d*).

Exinde, quae fit ex iis ora communis palatum naſumque finiens, media in coïtu earum mucronata eſt; à dextra autem laevaque lunata (*e*).

V. Cum maxillaribus, quibus reſpondent, connectuntur (*f*) ora priore, eaque transverſa, rectiore, ac denticulata, partimque inſidente ſquamae modo.

Inter ſeque connectuntur (*g*), ora & poſitu & forma recta, denticulata (*h*).

Et ubi connectuntur inter ſe, ibi intra nares commiſſura illa ſurgit (*i*), vomeremque excipit (*k*).

VI. Ab exteriore latere curvans ſe baſis migrat in ſquamam ſurgentem (*l*), tenuem, latam, ad poſtremum quaſi bicornem.

Cor-

(*y*) *Oſſium t.* II. *ic.* I. τ *in palato.*

(*z*) *Oſſium t.* V. *ic.* VIII. g.

(*a*) *Oſſium t.* II. *ic.* I. τ *in palato.*

(*b*) *Oſſium t.* V. *ic.* VIII. g.

(*c*) *Oſſium t.* V. *ic.* IX. f.

(*d*) *Oſſium t.* II. *ic.* I. *infra* τ, τ *in palato.*

(*e*) *Oſſium t.* II. *ic.* I. *infra* τ τ *in palato.*

(*f*) *In palato, oſſium t.* II. *ic.* I. *inter* τ & w.

In naſo, t. V. *ic.* VIII. *inter* g & E.

Intus, t. IV. *ic.* II. *inter* ♈ & τ *proxim.*

(*g*) *In palato, oſſium t.* II. *ic.* I. *inter* τ & τ.

In naribus, t. V. *ic.* VIII. β.

(*h*) *Oſſium t.* IV. *ic.* II. δ.

(*i*) *Oſſium t.* V. *ic.* VIII. & IX. h.

(*k*) *Oſſium t.* V. *ic.* IX. *inter* h & v.

(*l*) *Intrinſecus, oſſium t.* IV. *ic.* II. S.

Extrinſecus, ic. IX. S.

Cornu poſteriori eadem ſquamae ſpecies (*m*).

Prius diſcrepat, veluti triquetrum, paulatim plenius (*n*).

Squama priori parte in mucronem migrat tota (*o*): à quo infra ora brevior & rectior (*p*); ſupra ora modice ſinuata (*q*).

Retro eadem cum cornu poſteriore ora finitur oblique retrorſum ſurgente, ac fere ſinuata (*r*).

Cornu poſterius ſenſim nonnihil lateſcit, ſupraque ora finitur rectiore (*s*).

Prius ſurgit altius (*t*).

Squamaque cum cornubus poſteriori parti maxillaris, multiformisque tum proceſſui aliformi, tum baſi, in naribus aſſidet (*v*).

VII. Pertinetque ſquama ad latus narium: cornu poſteriore etiam ad lacunar (*w*).

Ubi ſinuata leniter per altitudinem (*x*), ac cornu illo maxime (*y*).

Leniſque ibi (*z*), praeterquam infra medium.

VIII. Infra medium enim bipartita eſt per eminentiam oblongam,

(*m*) *Intrinſecus*, *oſſium t.* IV. *ic.* II. V.
Extrinſecus, *ic.* IX. V.

(*n*) *Intrinſecus*, *oſſium t.* IV. *ic.* II. W.
Extrinſecus, *ic.* IX. W.

(*o*) *Intrinſecus*, *oſſium t.* IV. *ic.* II. X.
Extrinſecus, *ic.* IX. Z.

(*p*) *Intrinſecus*, *oſſium t.* IV. *ic.* II. *infra mucronem* X.
Extrinſecus, *ic.* IX. *infra* Z.

(*q*) *Intrinſecus*, *oſſium t.* IV. *ic.* II. *ſupra mucronem* X.
Extrinſecus, *ic.* IX. *ſupra* Z.

(*r*) *Oſſium t.* IV. *ic.* II. *retro* S: & *ic.* IX. V.

(*s*) *Intrinſecus*, *oſſium t.* IV. *ic.* II. V.
Extrinſecus, *ic.* IX. V.

(*t*) *Intrinſecus*, *oſſium t.* IV. *ic.* II. W.
Extrinſecus, *ic.* IX. W.

(*v*) *Oſſium t.* IV. *ic.* II. S V W.

(*w*) *Oſſium t.* IV. *ic.* II. *infra* X, & S, & V. *Et t.* II. *ic.* I. t *in naribus.*

(*x*) *Oſſium t.* IV. *ic.* II. *infra* X, & S.

(*y*) *Oſſium t.* IV. *ic.* II. V.

(*z*) *Oſſium t.* IV. *ic.* II. *infra* X, & S V.

gam, rectiorem, à poſterioribus porrectam in priora modice ſurſum (*a*).

Cujus parti priori ſpongioſum inferius inſidet (*b*).

IX. Ac ſupra ad radicem cornu prioris eminentia ſimilis eſt; ſimiliterque poſita; ſed multo brevior (*c*): cui ſpongioſum ſuperius annexum (*d*).

X. Mox ſupra hanc eminentiam radix cornu illius prioris per altitudinem ſinuata eſt, pertinetque ad nares (*e*).

XI. Inde ſupra triquetri illius cornu latus interius eſt.

Ubi primum fovea parva eſt (*f*); cujus orae priori parti annexa ora lunata extrema (*g*), qua ſemigula oris cavernulae, quam cavernoſi primam poſuimus, finitur (*h*).

Cumque ſemigula illa patet ad nares (*i*).

XII. Et mox ſupra hanc cavernulam cornu illud idem ſinuatum eſt (*k*), cavernoſumque recipit, connexum cum eo (*l*); & cum plano (*m*).

XIII. Retroque haec leniter quoque ſinuatum idem eſt, & aſperius (*n*). Connectiturque ea parte cum ima ora priore lateris baſis multiformis (*o*).

XIV. Ab altera parte (*p*), qua contra maxillare & multiforme eſt, ſquama ante primum parte ſuperiore, quae laevis, cavernae maxil-

(*a*) *Oſſium t.* IV. *ic.* II. X.
(*b*) *Oſſium t.* IV. *ic.* I. *inter* S *&* L.
(*c*) *Oſſium t.* IV. *ic.* II. Y.
(*d*) *Oſſium t.* IV. *ic.* I. *infra* W w.
(*e*) *Oſſium t.* IV. *ic.* II. W.
(*f*) *Oſſium t.* IV. *ic.* II. *mox ſupra* W.
(*g*) *Oſſium t.* IV. *ic.* I. *inter* o *&* W.
(*h*) *Oſſium t.* IV. *ic.* I. *inter* o *&* W; *& ic.* X. *juxta* w.
(*i*) *Oſſium t.* IV. *ic.* I. W.
(*k*) *Oſſium t.* IV. *ic.* II. α.
(*l*) *Oſſium t.* V. *ic* IX. *inter* r *&* o.
(*m*) *Intus, oſſium t.* IV. *ic.* II. *inter* α *&* F.
Extrinſecus, ic. VIII. *inter* T *&* F.
(*n*) *Oſſium t.* V. *ic.* IX. r.
(*o*) *Intrinſecus, oſſium t.* IV. *ic.* II. *inter* α *&* e.
Extrinſecus, ic. VIII. *inter* T z *&* r.
(*p*) *Oſſium t.* IV. *ic.* IX. S V W.

maxillaris aſſidet, complens ibi partem ejus poſteriorem, oſtiumque finiens ora ſua lunata (*q*).

Orae annectitur proceſſus ſpongioſi inferioris (*r*).

XV. Eadem deinde ſquama annexa maxillari, nexu etiam in circuitu conſpicuo (*s*).

Ea parte, contra quam adverſa, ſupra infraque gibba eſt (*t*); infra medium ſinuata, ſinu fere transverſo, & aſperiore (*v*), quo annexa firmius.

Ac ſinus pars prior, ubi in mucrone extremo eſt, ſulcata eſt; ſulco ſpectante deorſum (*w*): qui fit ex eo, quod ibi ora ſquamae ſuperior veluti reflexa eſt. Eoque prehendit oram oſtii cavernae maxillaris.

XVI. Supra deinde eidem maxillari continue annexa cornu ſuo priore: nempe illo latere ejus, quod triquetri prius eſt; eoque ſinuato (*x*), ſinu oblique antrorſum extrorſumque ac deorſum directo.

Cerniturque ſutura per circuitum; intrinſecus (*y*), inque fundo foraminis oculi (*z*), atque extrinſecus (*a*).

XVII. Poſt cum cornubus ſuis ad intercapedinem eſt, quae inter maxillare & multiformis proceſſum aliformem baſemque relinquitur (*b*): eamque implet.

Gib-

(*q*) *Oſſium t.* IV. *ic.* VIII. S.
(*r*) *Oſſium t.* IV. *ic.* VIII. *inter* S & N.
(*s*) *In naribus, oſſium t.* IV. *ic.* II. *inter* X & ζ.
In ſinu maxillari, ic. VIII. *inter* S & κκ.
Extrinſecus, t. V. *ic.* IX. *inter* o & B.
(*t*) *Oſſium t.* IV. *ic.* IX. *ſupra* S, & *infra*.
(*v*) *Oſſium t.* IV. *ic.* IX. *mox infra* S.
(*w*) *Oſſium t.* IV. *ic.* IX. Z.
(*x*) *Oſſium t.* IV. *ic.* IX. W.
(*y*) *Oſſium t.* IV. *ic.* II. *inter* W & λ.
(*z*) *Oſſium t.* IV. *ic.* VIII. *inter* T & θ.
(*a*) *Oſſium t.* V. *ic.* IX. *inter* m & B.
(*b*) *Oſſium t.* IV. *ic.* VIII. S *ſuper.* V Z.

Gibba ibi quidem eſt cum cornu poſteriore (*c*). Leniter autem ſinuatum cornu prius (*d*): quae pars triquetri cornu illius latus exterius eſt.

XVIII. Poſt cum cornu poſteriore annexa proceſſui aliformi multiformis, baſique, ad capitellum vomeris usque (*e*), cum quo cornu illo ad poſtremum convenit (*f*).

XIX. Cornu denique prius vertice ſuo (*g*) ad fundum foraminis oculi pertinet, exiguam maxillari apponens partem (*h*), qua fundus ille incipit.

Qui vertex, ut cornu triquetrum, triangularis eſt: retroque acutus, lateſcit in priora, leniter ſinuatus ex tranſverſo.

Parte poſtica continetur nexu cornu cum baſi multiformis (*i*): interiore, nexu ejusdem cum plano (*k*): priore, ejusdem cum vertice maxillaris (*l*), quibus reſpondet. Ora autem lateris externi ſumma (*m*) ad rimam eſt fundi foraminis oculi.

Aliis complet priorem partem ſinus oſſis multiformis.

XX. Cornua autem ſeparata ſunt foramine ſatis magno, ſecundum ea ovato, ſupraque, ubi deſinunt, deficiente (*n*). Quod pars major illius eſt, quod ad nares pertinere dicemus.

Aliis ibi non deficit, ſed extremis cornubus conjunctis, in oſſe palati totum eſt.

XXI.

(*c*) *Oſſium t.* IV. *ic.* VIII. S *ſuper.* V: & *ic.* IX. V.

(*d*) *Oſſium t.* IV. *ic.* VIII. & IX. z.

(*e*) *Oſſium t.* IV. *ic.* II. *inter* S V & l. *Et t.* II. *ic.* I. *inter* t *in naſo*, & q n.

(*f*) *Oſſium t.* II. *ic.* I. *inter* t *in naſo*, & v. *Et t.* V. *ic.* IX. *inter* n & x.

(*g*) *Oſſium t.* IV. *ic.* IX. T.

(*h*) *Oſſium t.* IV. *ic.* VIII. T. *Et t.* V. *ic.* VIII. & IX. l. *Et t.* I. *ic.* I. x.

(*i*) *Oſſium t.* IV. *ic.* VIII. *inter* T & v.

(*k*) *Oſſium t.* IV. *ic.* VIII. *inter* T & F.

(*l*) *Oſſium t.* IV. *ic.* VIII. *inter* T & θ.

(*m*) *Oſſium t.* IV. *ic.* VIII. *ſupra* z.

(*n*) *Oſſium t.* IV. *ic.* II. & IX. w.

XXI. Ab eo foramine extrinſecus radix cornu prioris veſtigium transverſum habet (*o*), ad canalem pertinens, quem inter foramina foraminis oculi ſecundum ponemus.

XXII. Sed praeterea poſt ſquamae nexum cum maxillari proceſſus emittitur ſatis craſſus (*p*). Emittitur à parte poſteriore ſquamae, circiter à dimidia inferiore altitudinis ejus (*q*): infraque à proxima baſis ora poſteriore, qua illa parte ad palatum eſt (*r*).

A ſummo fit plenior, eminereque à ſummo incipiens, quo propior palato, hoc eminet magis (*s*).

Retrorſum oblique extrorſum dirigitur (*t*), curvaturque in poſteriora leniter.

XXIII. Intereſt inter maxillare ac multiformis proceſſum aliformem (*v*), connectiturque cum utroque.

Nimirum cum maxillaris parte poſteriore, quae juxta interiorem eſt, ſupra praeſepiolum intimum (*w*). Cum eaque connectitur parte priore, eaque aſpera, modiceque gibba per altitudinem, ſinuata per transverſum (*x*).

Cum aliformi connectitur parte poſteriore. Ubi ſecundum utramque oram ſinus eſt (*y*): exterior minus profundus, aſperque (*z*): interior profundior, leniterque ſcaber (*a*). Per quos ſinus

(*o*) *Oſſium t.* IV. *ic.* IX. & VIII. Z.
(*p*) *Oſſium t.* IV. *ic.* IX. β γ γ U.
(*q*) *Oſſium t.* IV. *ic.* IX. β γ γ U.
(*r*) *Oſſium t.* II. *ic.* I. *infra* P.
(*s*) *Oſſium t.* IV. *ic.* IX. γ *ſuper.* U β γ *infer.*
(*t*) *Oſſium t.* V. *ic.* IX. t i s.
(*v*) *Oſſium t.* IV. *ic.* VIII. S *infer.* *Et t.* II. *ic.* I. *infra* P.
(*w*) *Infra*, *oſſium t.* II. *ic.* I. *infra* P. *Retro*, *t.* V. *ic.* IX. *profundius inter* t & B.
(*x*) *Oſſium t.* IV. *ic.* IX. β.
(*y*) *Oſſium t.* V. *ic.* IX. t, & s.
(*z*) *Oſſium t.* V. *ic.* IX. t.
(*a*) *Oſſium t.* V. *ic.* IX. s.

ſinus recipit dehiſcentis aliformis oras (*b*).

XXIV. Completque aliformis partem inferiorem.

Implet dehiſcentis fiſſuram (*c*), expletque ſinum, ea parte reſpondens, ſinuatusque ac lenis, &, quemadmodum fiſſura, ſupra acutus, deorſum verſus lateſcens (*d*).

Complet aliformem ab utroque latere (*e*), infraque in extremo, ad palatum, maxillamque (*f*).

XXV. In eodem denique latere exteriore proceſſus à ſquama diſcriminatur parte canalis, quem inter foramina palati primum ponemus.

Incipit autem pars illa veſtigio, ab imo foramine, quod inter cornua eſt, ad proceſſum ſummum usque pertinente (*g*).

Inter proceſſum illum deinde & ſquamam, infraque, ubi ſquama deſinit, baſem, pergit deorſum tendere, ſemicanali plenior (*h*): poſtremoque ad palatum patet (*i*).

XXVI. Accedit canalis exilis, quo proceſſus retro non longe à canali modo dicto, perforatus eſt, fere à veſtigio ad exitum ejus (*k*).

Reperiuntur duo (*l*).

(*b*) *A parte poſteriore*, *oſſium t.* I. *ic.* II. *inter* x & m, & *inter* x & n.

Ab inferiore, *t.* II. *ic.* I. *inter* t *in palato* & r, & *inter* t & p.

A latere exteriore, *t.* IV. *ic.* VIII. *inter* S *infer.* & k.

Ab interiore, *ic.* II. *inter* S & l *infra*, *continue cum ſquama.*

(*c*) *Oſſium t.* I. *ic.* II. x.

(*d*) *Oſſium t.* I. *ic.* II. x. *Et t.* V. *ic.* IX. i.

(*e*) *Ab exteriore*, *oſſium t.* IV. *ic.* VIII. S *infer.*

Ab interiore, *ic.* II. S *infra inter* i & l.

(*f*) *Oſſium t.* II. *ic.* I. t *in palato inter* r & p.

(*g*) *Oſſium t.* IV. *ic.* IX. x. *Et t.* V. *ic.* IX. o.

(*h*) *Oſſium t.* IV. *ic.* IX. y.

(*i*) *Oſſium t.* II. *ic.* I. P.

(*k*) *Oſſium t.* II. *ic.* I. *infra* P *ſiniſtr.*

(*l*) *Oſſium t.* II. *ic.* I. *infra* P *dextr.*

CAPUT XXXII.

De oſſibus unguis.

I. In foramine autem oculi os unguis accedit (*m*), in parte priore lateris interni. Ubi foramen illud à naſo diſterminat.

II. Bracteola tenuis eſt ſimilitudine unguis (*n*), veluti complementum oſſis plani.

Longius quam latius, & per altitudinem modice incurvum eſt, extrinſecus, hoc eſt, ad foramen oculi, ſinuatum (*o*); intrinſecus, hoc eſt, ad naſum, gibbum (*p*).

Laeveque ad foramen oculi (*q*), ſimile plano. Ad naſum leniter inaequabile (*r*).

III. Pars autem prior ad foramen oculi in ſinum formatur per altitudinem (*s*): quo fit, ut intrinſecus emineat, gibbaque ſit (*t*).

Eaque cum reliquo oſſe per longitudinem extrinſecus cava eſt, intrinſecus gibba: infra autem recurvatur leniter, ut extrinſecus gibba ſit, intrinſecus cava.

Atque extrinſecus pars illa prior diſcernitur à parte poſteriore per oram eminentem: intrinſecus per ſulcum, qui orae illi reſpondet.

Totaque ſubtiliter poroſa eſt.

IV.

(*m*) *Oſſium t.* I. *ic.* III. V W. *ic.* III. V.
(*n*) *Oſſium t.* IV. *ic.* V.
(*o*) *Oſſium t.* IV. *ic.* V. I.
(*p*) *Oſſium t.* IV. *ic.* II. I.
(*q*) *Oſſium t.* IV. *ic.* V. I. *Et t.* I.
(*r*) *Oſſium t.* IV. *ic.* II. I.
(*s*) *Oſſium t.* IV. *ic.* V. q.
(*t*) *Oſſium t.* IV. *ic.* II. *ante* I.

IV. Sinus pars eſt canalis, quem naſalem appellant.

Cui ſinui ſemicanalis effigies eſt, qui qua parte patet, in latus & nonnihil antrorſum directus (*v*).

Ejus ora poſterior quo inferior, eo ſurgit paulatim magis (*w*). Eoque à ſummo paulatim profundior fit: infraque plenior eſt.

Infra autem eadem ora antrorſum procurrit proceſſu longiore, anguſto, ſimiliter tenui (*x*). Qui ab exteriore parte complet principium illius partis canalis naſalis, quae canalis integer eſt.

V. Interiore parte (*y*) hoc os ad latus capacitatis narium eſt, contraque cavernoſum.

Ad latus narium infra parte eſt fere dimidia ſui.

Quod ſupra eſt, cavernoſum quaſi ſquamae modo integit: completque ex parte cavernulam ejus quartam, quintamque, caeterum annexum orae earum.

Aliisque, ubi eas complet, leniter ſinuatum eſt, ſinibus duobus. Quorum alter, quo quartam complet, exiguus eſt: alter, quo quintam, multo amplior. Ille ad ſummum oſſis poſitus: hic mox infra eum.

VI. Per circuitum praeterea connectitur cum iis, quibus interſertum eſt, reſpondens eis, ac forma conveniens ad ſpatium quod implet, non eadem omnibus.

Supra ora rectiore (*z*) connectitur cum oſſe frontis (*a*).

Retro ora quoque rectiore (*b*) cum plano (*c*).

Infra una cum proceſſu ſuo extrinſecus connectitur cum vertice maxil-

(*v*) *Oſſium t.* IV. *ic.* V. q.
(*w*) *Oſſium t.* IV. *ic.* V. *inter* q & I.
(*x*) *Oſſium t.* IV. *ic.* V. *infra* q.
(*y*) *Oſſium t.* IV. *ic.* II. I.
(*z*) *Oſſium t.* IV. *ic.* V. *ſupra* I.
(*a*) *Extrinſecus*, *oſſium t.* IV. *ic.* VIII. *inter* I & a. *Intrinſecus*, *ic.* II. *inter* I & b *proxim.*
(*b*) *Oſſium t.* IV. *ic.* V. *poſt* I.
(*c*) *Extrinſecus*, *oſſium t.* IV. *ic.* VIII. *inter* I & F. *Intrinſecus*, *ic.* II. *inter* I & F.

maxillaris (*d*), ora oblique antrorſum deſcendente (*e*). Extremâque proceſſus orâ (*f*), eaque brevi & rectiore, connectitur cum proxima inferiore parte orae prioris ſinus illius, qui ſemicanalis, quo canalis naſalis in cantho incipit, pars eſt (*g*).

Infra autem ex interiore parte primum ejusdem illius orae poſteriore parte cum vertice maxillaris, ut extrinſecus, connectitur (*h*). Sed ante hanc infra procurrit (*i*), ſquamaeque in modum maxillari ex interiori parte mox infra verticem aſſidet, & annectitur; continueque orae ſuperiori labii poſterioris canalis naſalis (*k*).

Ora deinde priore, eaque leniter gibba (*l*), connectitur cum ora poſteriore ejusdem illius ſinus proceſſus maxillaris, quo ad canalem naſalem pertinet. Connectitur cum ea per longitudinem ejus totam, usque in ultimum angulum ſuperiorem labiorum canalis naſalis (*m*).

Sic fit, ut ex interiore parte ora poſterior priorque infra in mucronem conveniant, inſertum angulo ſuperiori labiorum, canalemque ibi complentem (*n*).

VII. Quibus autem corpus oſſis maxillaris, ibi ubi os unguis annecti diximus, foveas parvas habet duas (*o*), earum priori aſſidet veluti ſuperinductum, ejusque in formam ſinuatum ex parte interiore.

Aliis etiam aſſidet parti foveae poſterioris.

Ibidemque aliis etiam parietis cavernae exigua pars eſt.

(*d*) *Oſſium t.* IV. *ic.* VIII. *inter* I & θ.
(*e*) *Oſſium t.* IV. *ic.* V. *juxta* K.
(*f*) *Oſſium t.* IV. *ic.* V. *ante* K.
(*g*) *Oſſium t.* IV. *ic.* VIII. *inter* I & η, *infra* r.
(*h*) *Oſſium t.* IV. *ic.* II. *inter* I & κ.
(*i*) *Oſſium t.* IV. *ic.* V. K.

(*k*) *Oſſium t.* IV. *ic.* II. *inter* I & ξ.
(*l*) *Oſſium t.* IV. *ic.* V. *ante* q.
(*m*) *Extrinſecus*, *oſſium t.* IV. *ic.* VIII. *inter* q & r.
Intrinſecus, *ic.* II. *inter* I & λ η ν.
(*n*) *Oſſium t.* IV. *ic.* II. *infra* I.
(*o*) Vide ſupra cap. XXVIII. §. XXV.

CAPUT XXXIII.

De oſſibus ſpongioſis inferioribus.

I. In capacitate narium ſpongioſa inferiora ſunt, reſpondentia ſuperioribus, infra ea, utroque in latere unum (*p*).

II. Lateri narium inſidet parte ſuperiore tota. Inde abſolutum, dependet inter latus illud interſtitiumque, ſic ut diſtet ab utroque, & à fundo narium (*q*).

III. Oblongum eſt, perque longitudinem pertinet à prioribus in poſteriora, anguſtaturque, ut in mucronem deſinat (*r*).

Gibbum à parte interſtitii, per altitudinem maxime (*s*): ſinuatum à parte lateris (*t*).

Infra finitur ora per longitudinem gibba, parte autem priore ſinuata (*v*).

Ubi à parte ſinus ſui eminet ora craſſiore (*w*).

Scabrum, praeſertim parte gibba, ima eminente ora maxime (*x*). Poroſum, tenerum.

IV. Verum ſupra parte priore ſurgit angulo depreſſiore (*y*). Qui, qua parte latus narium ſpectat, ſinuatus eſt (*z*), praeter oram.

Im-

(*p*) *A parte priore, oſſium t.* I. *ic.* I. y, y.
A poſteriore, t. V. *ic.* IX. u.
A latere, t. IV. *ic.* I. L.

(*q*) *Oſſium t.* IV. *ic.* I. L. *Et t.* V. *ic.* IX. u.

(*r*) *A parte interiore, oſſium t.* IV. *ic.* I. L.
Ab exteriore, ic. XI. L.

(*s*) *Oſſium t.* IV. *ic.* I. L.

(*t*) *Oſſium t.* IV. *ic.* XI. L.

(*v*) *Oſſium t.* IV. *ic.* I. *&* XI. L.

(*w*) *Oſſium t.* IV. *ic.* XI. *infra* L.

(*x*) *Oſſium t.* IV. *ic.* I. *&* XI. L.

(*y*) *Oſſium t.* IV. *ic.* I. L.

(*z*) *Oſſium t.* IV. *ic.* XI. q.

Impletque labiorum canalis naſalis angulum inferiorem, completque ſinu ſuo canalis illius exitum, quem tegit.

v. Poſt quem angulum recurvat ſe extrorſum deorſumque, ac migrat in proceſſum tenuem, latumque, latitudine in latera directa, ſenſim anguſtiorem, in fine anguloſum, tendentemque deorſum (*a*), pertinentemque ad oram, quae infra eſt, oris cavernae maxillaris (*b*).

Aliis, quibus ora cavernae minus ſinuata, eoque minus diſtat, proceſſus ille brevior eſt, mox contingens oram.

Cavernam à capacitate narium diſcriminat, ab altera parte ad illam (*c*), ab altera ad hujus latus pertinens.

vi. Supraque ibi emittit cornu erectum, tenueque (*d*): aliis autem non.

Id lato principio orſum, anguſtat ſe, latitudine in latera directa: ac veluti falcatum eſt, ſinu à parte priore (*e*).

Sinus principium excipit cribriformis proceſſum longiorem (*f*): mucro extremus breviorem (*g*).

Conjunctaque haec ſtant ante os ſinus maxillaris (*h*).

vii. Ante incipit ora rectiore, ab inferiore parte tendente ſurſum oblique in poſteriora (*i*). Eaque ab exteriore parte extenuata (*k*), ſquamae modo aſſidet eminentiae, quae ante in latere maxillaris interiore eſt (*l*), infra proceſſum ejus, quo ad naſum eminentem pertinet; coïtque cum ea adultioribus.

In-

(*a*) *Oſſium t.* IV. *ic.* XI. N.
(*b*) *Oſſium t.* IV. *ic.* VIII. N.
(*c*) *Oſſium t.* IV. *ic.* VIII. N.
(*d*) *Oſſium t.* IV. *ic.* XI. M.
(*e*) *Oſſium t.* IV. *ic.* XI. M.
(*f*) *Oſſium t.* IV. *ic.* VIII. *inter* M & C.
(*g*) *Oſſium t.* IV. *ic.* VIII. *inter* M & B.
(*h*) *Oſſium t.* IV. *ic.* VIII. MBC.
(*i*) *Oſſium t.* IV. *ic.* XI. O P.
(*k*) *Oſſium t.* IV. *ic.* XI. O P.
(*l*) *Oſſium t.* IV. *ic.* I. *inter* L & n.

Inde anguli ſui ora ſimiliter extenuata (*m*) aſſidet parti inferiori labiorum canalis naſalis (*n*). Ubi aliis etiam cum oſſe unguis convenit, aliis coït.

Inde proceſſu ſuo ad poſtremum aſſidet orae cavernae maxillaris, intus in ea (*o*), ac cum ſquama quoque oſſis palati connectitur (*p*).

Poſtque proceſſum ora ſuperiore (*q*) aſſidet eminentiae, quae in ſquama oſſis palati eſt (*r*): cum qua coït adultioribus.

Cornu denique connectitur cum proceſſibus cribriformis (*s*), coïtque aliis.

CAPUT XXXIV.

De vomere.

I. In eadem capacitate narium vomer eſt, bipartiens (*t*).

Interſtitium tenue eſt, latumque, latitudine in latera directa, planaque, ac ſatis aequabili (*v*).

Eo pars narium illa, quae baſi multiformis fundoque narium continetur, dividitur in dextram laevamque (*w*).

II.

(*m*) *Oſſium t.* IV. *ic.* XI. P Q.

(*n*) *Confer oſſium t.* IV. *ic.* II. *v ξ cum parte priore eademque ſuperiore* L *ic.* I.

(*o*) *Oſſium t.* IV. *ic.* VIII. *inter* N & *n infer.*

(*p*) *Oſſium t.* IV. *ic.* VIII. *inter* N & S *in caverna.*

(*q*) *Oſſium t.* IV. *ic.* XI. R.

(*r*) *Oſſium t.* IV. *ic.* I. *inter* L & S.

(*s*) *Oſſium t.* IV. *ic.* VIII. *inter* M & C B.

(*t*) *A parte priore, oſſium t.* I. *ic.* I. Z.

A poſteriore, t. II. *ic.* I. V.

A latere, t. III. *ic.* III. Z.

(*v*) *Oſſium t.* III. *ic.* III. Z.

(*w*) *Oſſium t.* III. *ic.* III. Z.

II. Forma ei rhomboïdis, latere ſuperiore atque inferiore transverſis, priore & poſteriore in priora deorſum obliquis: ſuperiore praeterea ac poſteriore brevioribus, priore & inferiore longioribus, ut angulo priore eodemque inferiore longius procurrat (*x*).

III. Parte poſteriore tota unus eſt: priore autem geminus, fiſſus in folia duo (*y*), ut craſſior appareat; id quod ex infantia ſupereſt (*z*).

Diſtant autem inter ſe folia parum, tenuia, & quaſi exeſa.

Aliis etiam parte quadam coëunt.

IV. Supra capitellum eſt oblongum (*a*): cujus pars poſterior in parte concreta eſt, prior in fiſſa.

Ac poſterior priore craſſior & latior (*b*).

V. Vertice ſinuata per longitudinem pars ejus concreta eſt (*c*): ab eoque ſinu ante intercapedo eſt fiſſae (*d*).

His recipit imum acumen baſis multiformis (*e*).

VI. Capitellum à poſteriore parte ora incipit fere lunata per transverſum: unde per latera primum terminatur oris brevioribus, intra quas lateſcit in priora: rurſusque anguſtat ſe ab iis parte priore reliqua tota, oris longioribus, modiceque primum ſinuatis, dein gibbis, atque ad poſtremum convenientibus (*f*).

Laterumque oris poſterioribus interſertum eſt radicibus proceſſuum aliformium (*g*).

Ante

(*x*) *Oſſium t.* III. *ic.* III. Z.
(*y*) *Oſſium t.* V. *ic.* V. Z A.
(*z*) Icones oſſium foetus hum. ic. XLI.
(*a*) *Oſſium t.* II. *ic.* I. V. *Et t.* V. *ic.* IX. X W.
(*b*) *Oſſium t.* V. *ic.* IX. X W.
(*c*) *Oſſium t.* V. *ic.* IX. X.
(*d*) *Oſſium t.* V. *ic.* IX. W.
(*e*) *Oſſium t.* III. *ic.* III. *inter* P *&* Z: *& inter* O *&* Ξ *proxim.*
(*f*) *Oſſium t.* II. *ic.* I. V. *Et t.* V. *ic.* IX. X W.
(*g*) *Oſſium t.* II. *ic.* I. *inter* V *&* P *utrimque.*

Ante has prioribus excipit cornua poſteriora oſſium palati (*b*).

VII. Infra in corpus oſſis migraturum extenuat ſe intra latera (*i*), eo magis, quo magis intra laterum oras priores retrorſum lateſcit (*k*).

Retro autem terminatur lateribus tribus (*l*). Quorum medium rectum eſt, incipitque ab ora poſtica: eique utrimque aſſident obliqua, quae incipiunt à parte poſteriore, eaque breviore, orarum lateralium. Indeque ab oris illis ſinuata ſunt, ſenſimque anguſtata coëunt.

VIII. A capitello ora poſterior tenuis eſt, leniter ſinuata: eaque ad fauces pertinet (*m*).

IX. Prior (*n*) quodammodo undulata.

Parte ſuperiore (*o*) interſtitium cribriformis excipit (*p*), coïtque cum eo aetate provectiore.

Inferiore (*q*) cartilaginem interſtitii narium recipit, hiante intercapedine foliorum (*r*), è quibus fit.

X. Inferior ubi in concreta parte eſt, tenuis eſt, ſed ea aliquanto craſſior: ubi in fiſſa, latior.

Inſerit ſe eminenti commiſſurae oſſium palati (*s*), & maxillarium (*t*), quae fundum narium in dextram laevamque dividit.

(*b*) *Oſſium t.* II. *ic.* I. *inter* v & t *proxim. utrimque. Et t.* V. *ic.* IX. *inter* x & n.

(*i*) *A parte poſteriore, oſſium t.* V. *ic.* IX. V.

A priore, ic. V.

A latere, t. III. *ic.* III. *infra ſectum capitellum* Ξ.

(*k*) *Oſſium t.* II. *ic.* I. V.

(*l*) *Oſſium t.* II. *ic.* I. V.

(*m*) *A latere, oſſium t.* III. *ic.* III. Z.

A parte poſteriore, t. V. *ic.* IX. *infra* V.

(*n*) *A parte priore, oſſium t.* V. *ic.* V. y z A.

A latere, t. III. *ic.* III. *inter* z & y & ⸸.

(*o*) *Oſſium t.* V. *ic.* V. y z.

(*p*) *Oſſium t.* III. *ic.* III. *inter* z & y.

(*q*) *Oſſium t.* V. *ic.* V. z A. *Et t.* III. *ic.* III. *inter* z & ⸸.

(*r*) *Oſſium t.* I. *ic.* I. z.

(*s*) *Oſſium t.* III. *ic.* III. *inter* z & A. *Et t.* V. *ic.* IX. *inter* v & h.

(*t*) *Oſſium t.* III. *ic.* III. *inter* z & B B. *Et t.* I. *ic.* I. *inter* z & s s. *Et t.* V. *ic.* IX. *inter* v & F.

CAPUT XXXV.

De conceptaculo encephali.

I. Dictum eſt de ſingulis. Nunc ad illa, quae ex iis ſunt: nempe conceptaculum encephali, oculorum foramina, nares, maxillam ſuperiorem, palatum, aures.

II. Conceptaculum encephali pars calvariae multo maxima eſt (*v*). Ad quam qua parte pertinent, oſſa fere laeviora ſunt, & ſolidiora.

Majori ex parte fornicata concameratio eſt, pericula, quae extrinſecus afferantur, propulſare apta (*w*).

Poſteriore parte capacius eſt, & fere globoſum, fundo tamen planius (*x*). Qua parte ad occiput eſt, verticemque, ac pone aures, inque baſi (*y*).

Inde in priora procurrit veluti additamento: quod ſenſim anguſtius, vertice, & praeſertim lateribus depreſſioribus eſt, fundo elatiore, & maximam partem gibbo (*z*). Eaque parte ad ſynciput eſt, temporaque, ac frontem (*a*), inque baſi.

Fit ex oſſibus verticis (*b*), frontis (*c*), occipitis (*d*), temporum (*e*), multiformi (*f*), & cribriformi (*g*).

III.

(*v*) *Oſſium t.* III. *ic.* I. II. III.
(*w*) *Oſſium t.* III. *ic.* I. II. III.
(*x*) *Oſſium t.* III. *ic.* I. II. III.
(*y*) *Oſſium t.* I. *ic.* II. & III. *Et t.* II. *ic.* I.
(*z*) *Oſſium t.* III. *ic.* I. II. III.
(*a*) *Oſſium t.* I. *ic.* III. & I.
(*b*) *Oſſium t.* III. *ic.* I. II. III. e, e.
(*c*) *Oſſium t.* III. *ic.* I. II. III. q.
(*d*) *Oſſium t.* III. *ic.* I. II. III. a b.
(*e*) *Oſſium t.* III. *ic.* I. II. III. g h i, g h i.
(*f*) *Oſſium t.* III. *ic.* II. III. k l k m m n n.
(*g*) *Oſſium t.* III. *ic.* II. III. S S v w x.

III. Diſpartitur veluti in cameras duas: quarum altera cerebelli eſt, eadem & minor, & poſterior, & inferior (*h*): altera cerebri, eaque major, & ſuperior (*i*).

Diſterminantur à priori parte ſurrecto pariete baſis multiformis (*k*): inde utrimque ſummo petroſo (*l*): & ab his, per partem poſticam, veſtigiis (*m*) ſinuum lateralium meningis craſſae. Intra quem circuitum quod infra eſt, camera cerebelli eſt: quod ſupra anteque eum, camera cerebri.

Camera cerebelli fit ex baſi multiformis (*n*), oſſibus petroſis (*o*), mammillaribus (*p*), totaque occipitis parte inferiore (*q*).

Camera cerebri fit ex oſſibus verticis (*r*), frontis (*s*), occipitis parte ſuperiore (*t*), petroſis (*v*), ſquamoſis (*w*), multiformi (*x*), cribriformi (*y*).

IV. Quinetiam aequaliter in partem dextram laevamque utraque quodammodo bipartitur, inde à priori parte fundi conceptaculi recta per priora in ſuperiora, per eaque in poſteriora, & per haec in inferiora ac priora.

Camera cerebri bipartitur primum per criſtam galli (*z*): dein per criſtam oſſis frontis (*a*), veſtigiumque (*b*) ſinus ſuperioris meningis craſſae.

In-

(*h*) *Oſſium t.* III. *ic.* II. D D a a.
(*i*) *Oſſium t.* III. *ic.* II. *quod praeter* D D a a *eſt:* & *ic.* I.
(*k*) *Oſſium t.* III. *ic.* II. l.
(*l*) *Oſſium t.* III. *ic.* II. κ O, κ O.
(*m*) *Oſſium t.* III. *ic.* II. H G, H G.
(*n*) *Oſſium t.* III. *ic.* II. *inter* l & k *infer.*
(*o*) *Oſſium t.* III. *ic.* II. i, i *inter.*
(*p*) *Oſſium t.* III. *ic.* II. I h, I h.
(*q*) *Oſſium t.* III. *ic.* II. D D a a.
(*r*) *Oſſium t.* III. *ic.* I. II. III. e, e.
(*s*) *Oſſium t.* III. *ic.* I. II. III. q.
(*t*) *Oſſium t.* III. *ic.* I. a: & *ic.* II. *inter* Δ & Δ: & *ic.* III. a *poſter.*
(*v*) *Oſſium t.* III. *ic.* II. i, i *ſuper.*
(*w*) *Oſſium t.* III. *ic.* II. III. g, g.
(*x*) *Oſſium t.* III. *ic.* II. III. E T k *ſuper.* m m n n.
(*y*) *Oſſium t.* III. *ic.* II. III. S S v w x.
(*z*) *Oſſium t.* III. *ic.* II. & III. w.
(*a*) *Oſſium t.* III. *ic.* III. r. *Et t.* V. *ic.* VII. o.
(*b*) *Oſſium t.* III. *ic.* II. & I. F *ſuper. Et t.* V. *ic.* VII. p.

Indeque camera cerebelli bipartitur per eminentiam, quae per os occipitis ad foramen magnum usque porrigitur (*c*).

v. Camera cerebelli globos ejus recipit per ſcrobes duas, dextram laevamque, è quibus parte poſteriore, quae maxima, conſtat (*d*).

Quamobrem ſatis profundae ſunt, aequabiles, laeves (*e*).

Earum pars maxima in oſſe occipitis eſt, infra occiput (*f*): pars in mammillaribus (*g*), inque poſteriore petroſorum (*h*).

VI. Ante has ſinus eſt oblongus, tanquam ſemicanalis ſupra patens (*i*); cui medulla oblongata inſidet.

A ſummo ſurrecto pariete poſtico baſis multiformis recta ad foramen magnum pertinet, admodum declivis (*k*).

Fit ex baſi multiformis (*l*), priori parte oſſis occipitis (*m*), proximisque petroſis (*n*).

VII. Camera cerebri parte ſuperiore tota fornicata eſt (*o*).

Eaque fit ex oſſibus verticis (*p*), frontis (*q*), ſquamoſis (*r*), occipitis (*s*).

Ante & retro ſcrobibus terminatur, utrobique binis, dextris & ſiniſtris. Quarum priores in oſſe frontis ſunt: poſteriores, eaeque majores, in oſſe occipitis (*t*).

For-

(*c*) *Oſſium t.* III. *ic.* II. *inter* a *infer.* & 6.

(*d*) *Oſſium t.* III. *ic.* II. D h i *infer:* D h i *infer.*

(*e*) *Oſſium t.* III. *ic.* II. D h i *infer.*

(*f*) *Oſſium t.* III. *ic.* II. D b, D b.

(*g*) *Oſſium t.* III. *ic.* II. h, h.

(*h*) *Oſſium t.* III. *ic.* II. *ſupra* b, *in latere utroque.*

(*i*) *Oſſium t.* III. *ic.* II. k a *proxim.*

(*k*) *Oſſium t.* III. *ic.* II. l k a *proxim.*

(*l*) *Oſſium t.* III. *ic.* II. k *infer.*

(*m*) *Oſſium t.* III. *ic.* II. a *ſuper.*

(*n*) *Oſſium t.* III. *ic.* II. *inter* M & ♪, *in latere utroque.*

(*o*) *Oſſium t.* III. *ic.* I. II. III.

(*p*) *Oſſium t.* III. *ic.* I. II. III. e.

(*q*) *Oſſium t.* III. *ic.* I. & III. q.

(*r*) *Oſſium t.* III. *ic.* I. II. III. g.

(*s*) *Oſſium t.* III. *ic.* I. a a: & *ic.* II. *inter* Δ & Δ: & *ic.* III. a *poſter.*

(*t*) *Oſſium t.* III. *ic.* II. *inter* Δ & F, *in latere utroque.*

Fornicata hac parte hemiſphaeria cerebri continet: quorum extrema priora poſterioraque ſcrobibus inſident.

Eaque aequabilis eſt, praeterquam quod eminentiis ſcrobiculisque (*v*) aptata leniter eſt ad formam inaequabilem cerebri, arteriasque meningis craſſae per ſulcos (*w*), ejusdemque eminentias per foveas parvas (*x*).

VIII. Pars autem inferior quae ante cameram cerebelli eſt, mox ante eam ab utroque latere ſinuata eſt, anteque ſcrobes illas eminet, media planior (*y*).

IX. Scrobes ante petroſa ſunt, ſatis profundae, inaequabiles, reſpondentesque eminentiis cerebri (*z*): cujus tubera media continent.

Fiunt ex oſſibus petroſis (*a*), ſquamoſis (*b*), multiformis proceſſibus lateralibus (*c*), & prioribus (*d*).

X. Ante ſcrobes eminentiae ſunt propter foramina oculorum (*e*); quorum lacunari forma reſpondent.

Fere inaequabiles ſunt (*f*), reſpondentque eminentiis cerebri, cujus extrema priora in iis innituntur.

Fiunt ex multiformis proceſſibus prioribus (*g*), oſſisque frontis partibus transverſis (*h*).

XI. Media autem inter haec pars, quae planior eſt, à ſurrecto pariete baſis multiformis pertinet in priora, non admodum lata (*i*).

Poſte-

(*v*) *Oſſium t.* III. *ic.* I. II. III.

(*w*) *Oſſium t.* III. *ic.* I. II. III. Y Y, & *ic.* I. Q Q.

(*x*) *Oſſium t.* III. *ic.* I. III. v.

(*y*) *Oſſium t.* III. *ic.* II. g *inter.* n m q S, g *inter.* n m q S.

(*z*) *Oſſium t.* III. *ic.* II. g *inter.* n, g *inter.* n.

(*a*) *Oſſium t.* III. *ic.* II. i, i *ſuper.*

(*b*) *Oſſium t.* III. *ic.* II. g, g *inter.*

(*c*) *Oſſium t.* III. *ic.* II. n, n.

(*d*) *Oſſium t.* III. *ic.* II. *ſub* m, m.

(*e*) *Oſſium t.* III. *ic.* II. m q, m q.

(*f*) *Oſſium t.* III. *ic.* II. m q, m q.

(*g*) *Oſſium t.* III. *ic.* II. m, m.

(*h*) *Oſſium t.* III. *ic.* II. q, q.

(*i*) *Oſſium t.* III. *ic.* II. l E T k *ſuper.* S S.

Poſteriore parte interjicitur ſummis laterum ſcrobibus (*k*): priore, eminentiis eorundem laterum imis (*l*). Itaque ſcrobibus illis elatior, eminentiis humilior eſt.

Fit retro ex multiformis baſi (*m*), ante ex cribriformi (*n*).

XII. Ac fundi hujus pars prior naſo ſuperimminet (*o*).

Praeterque partem poſteriorem veluti diviſa eſt in ſinus oblongos duos, dextrum laevumque, altero alteri per longitudinem adjacente (*p*). Ita nimirum deſidet (*q*) inter eminentem utrimque fundum, dividiturque per criſtam galli (*r*).

Cerebri proceſſus mammillares inſident.

XIII. Ejusdem fundi pars poſterior principia medullae oblongatae ſuſtinet.

In parte autem poſtica altius ſinuata eſt; quae vocatur ſella equina (*s*): cui glandula pituitaria inſidet.

Anteque ſellam ſinuata per veſtigium opticorum (*t*).

CAPUT XXXVI.

De foraminibus oculorum.

I. Conceptaculi encephali parti priori ſubjecta ſunt foramina oculorum, mediis naribus disjuncta (*v*).

Oculosque continent ac cuſtodiunt.

II.

(*k*) *Oſſium t.* III. *ic.* II. l E.
(*l*) *Oſſium t.* III. *ic.* II. T k *ſuper.* S S.
(*m*) *Oſſium t.* III. *ic.* II. l E T k *ſuper.*
(*n*) *Oſſium t.* III. *ic.* II. v S S.
(*o*) *Oſſium t.* IV. *ic.* I. m.
(*p*) *Oſſium t.* III. *ic.* II. S, S.
(*q*) *Oſſium t.* III. *ic.* II. S, S.
(*r*) *Oſſium t.* III. *ic.* II. w.
(*s*) *Oſſium t.* III. *ic.* II. E.
(*t*) *Oſſium t.* III. *ic.* II. T.
(*v*) *Oſſium t.* I. *ic.* I.

II. Capacitates ſatis magnae ſunt, cono recumbenti, & à quatuor partibus, ſuperiore, inferiore, ac laterali utraque, oblique & inaequaliter depreſſo, & quaſi complanato, quodammodo ſimiles (*w*).

Lacunar rectius, & concavum.

Fundus obliquus, in latus externum declivis, intra partem priorem & poſteriorem retro gibbus, ante cavus.

Latus interius in exterius nonnihil declive, ac retro quoque gibbum, ante ſinuatum.

Latus exterius rectius.

Anguli, in quos conveniunt, rotundiores.

Orae autem orbis ſupra infraque in latus externum declivis eſt: in idemque etiam latere interiore declinat, exteriore rectiore.

Caeterum aequabiles ſunt, oraque hebetior.

III. Sic poſitae ſunt, ut à vertice coni dirigantur in priora oblique extrorſum: totaque baſi foras patent (*x*).

IV. Fiunt ex his.

Supra ex oſſe frontis (*y*), & poſt hoc, ex proceſſu priore multiformis (*z*).

A latere interiore ex plano (*a*), unguis (*b*), proceſſu maxillaris ad naſum eminentem pertinente (*c*).

Infra è maxillari (*d*), & jugali (*e*): poſtque maxillare è cornu priore oſſis palati (*f*).

A

(*w*) *Oſſium t.* I. *ic.* I.
(*x*) *Oſſium t.* I. *ic.* I.
(*y*) *Oſſium t.* I. *ic.* I. b *in foramine oculi.*
(*z*) *Oſſium t.* I. *ic.* I. k.
(*a*) *Oſſium t.* I. *ic.* I. o.
(*b*) *Oſſium t.* I. *ic.* I. v w.
(*c*) *Oſſium t.* I. *ic.* I. *ante* w.
(*d*) *Oſſium t.* I. *ic.* I. r r *in foramine oculi.*
(*e*) *Oſſium t.* I. *ic.* I. t *in foramine oculi.*
(*f*) *Oſſium t.* I. *ic.* I. x.

A latere exteriore ex jugali (*g*), & proceſſu laterali multiformis (*h*).

CAPUT XXXVII.

De naribus.

I. His naſi interjecta capacitas, quae baſi conceptaculi encephali palatoque ac maxilla ſuperiore continetur, à facie in fauces (*i*).

Fit ex oſſibus his: maxillaribus, naſi, frontis, unguis, palati, cribriformi, multiformi, ſpongioſis inferioribus, vomere.

II. Media autem interſtitio diſcernitur aequaliter in partem dextram & ſiniſtram (*k*), ut nares geminae ſint.

Fit hoc potiſſimum ex interſtitio cribriformis (*l*), & vomere (*m*).

Supra à parte priore proceſſus oſſis frontis accedit (*n*), proceſſusque oſſis naſi (*o*): à poſteriore, medium baſis multiformis acumen (*p*).

Infra accedit fundus eminens è ſurgentibus maxillaribus (*q*), & palati (*r*).

A

(*g*) *Oſſium t.* I. *ic.* I. t *in foramine oculi.*

(*h*) *Oſſium t.* I. *ic.* I. i *in foramine oculi.*

(*i*) *Oſſium t.* I. *&* II. *ic.* I.

(*k*) *Oſſium t.* I. *ic.* I. p z s s. *Et t.* II. *ic.* I. V. *Et t.* V. *ic.* IX. b w x v F h.

(*l*) *Oſſium t.* III. *ic.* III. y.

(*m*) *Oſſium t.* III. *ic.* III. z.

(*n*) *Oſſium t.* III. *ic.* III. s.

(*o*) *Oſſium t.* III. *ic.* III. C.

(*p*) *Oſſium t.* III. *ic.* III. p.

(*q*) *Oſſium t.* III. *ic.* III. B B.

(*r*) *Oſſium t.* III. *ic.* III. A.

A priore autem parte vomer interſtitiumque cribriformis hiant inter ſe (*s*), completque cartilago.

Aliis interſtitium cribriformis vomerque ubi coëunt, angulum efficiunt, inclinanturque in alterutrum latus, priori parte maxime.

III. Ab interſtitio fundus utrimque ſinuatus eſt (*t*).

Poſteriore parte anguſtior, media capacior, priori anguſtat ſe, ſenſim exacutus, procurrensque ſupra maxillam, atque aliquantum ultra eam (*v*).

Fit è maxillaribus (*w*), & baſibus oſſium palati (*x*).

IV. A fundo latus illud, quod interſtitio opponitur, ſurgit uſque ad baſem multiformis, imumque ante hanc cavernoſum: ante quod excurrit naſo eminente (*y*).

Surgit rectius, modice ſinuatum, media parte maxime (*z*).

Itaque capacitas ei interſtitioque intereſt ſatis magna: eaque media major eſt; ubi infra cavernoſum eſt.

Hoc latus fit ex proceſſu aliformi multiformis (*a*), oſſeque palati (*b*), maxillari (*c*), unguis parte inferiore (*d*), proceſſuque ſpongioſi inferioris, qui ad cavernam maxillaris pertinet (*e*).

V. Supra à parte poſteriore lacunari terminatur ſinuato per transverſum (*f*): quod è baſi multiformis (*g*), adjunctoque ei oſſe palati (*h*), vomerisque capitello (*i*), fit.

Ea-

(*s*) *Oſſium t.* III. *ic.* III. *inter* z *&* y *à parte priore.*

(*t*) *Oſſium t.* V. *ic.* VIII. g E S.

(*v*) *Oſſium t.* V. *ic.* VIII. g E S *dextr. & ſiniſtr.*

(*w*) *Oſſium t.* V. *ic.* VIII. E.

(*x*) *Oſſium t.* V. *ic.* VIII. g.

(*y*) *Oſſium t.* IV. *ic.* I. *&* II.

(*z*) *Oſſium t.* IV. *ic.* II.

(*a*) *Oſſium t.* II. *ic.* I. q. *Et t.* IV. *ic.* II. l.

(*b*) *Oſſium t.* II. *ic.* I. *inter* t *&* u. *Et t.* IV. *ic.* II. S V W.

(*c*) *Oſſium t.* IV. *ic.* II. ζ.

(*d*) *Oſſium t.* IV. *ic.* II. I.

(*e*) *Oſſium t.* IV. *ic.* VIII. N.

(*f*) *Oſſium t.* II. *ic.* I.

(*g*) *Oſſium t.* II. *ic.* I. n.

(*h*) *Oſſium t.* II. *ic.* I. t *in naſo.*

(*i*) *Oſſium t.* II. *ic.* I. *à latere* v.

Eaque pars ad foramen, quo nares ad fauces patent, pertinet.

VI. Ante hanc maximam partem imo cavernoſo terminatur, ut lacunari (*k*).

VII. Sed juxta interſtitium, inter hoc & cavernoſi latus internum totum (*l*), ſurgit altius: ſurgit, quanta baſis multiformis altitudo eſt. Eaque parte fiſſuram refert anguſtam (*m*).

Quae fiſſura retro inter baſem illam & cavernoſum lunata eſt: ubi nimirum ex lunata priore parte baſis (*n*), gibbaque poſteriore lateris interni cavernoſi (*o*), fit.

Inde inter interſtitium cavernoſique latus internum reliquum rectior eſt (*p*).

Et hac parte rectiore ſupra terminatur cribriformis parte cribriformi, lacunari anguſto, oblongo, planiore, tenui (*q*).

VIII. Ante cavernoſum excurrit naſo eminente (*r*).

Is utraque parte, dextra laevaque, ſemicanalem refert, ante anguſtum, retro diductum (*s*), totaque longitudine pertinentem ad capacitatem interiorem, ſic ut pars ejus ſit (*t*).

Infraque capacior, ſurſum verſus anguſtat ſe paulatim (*v*), ſupra maxime.

Ab altera parte, ubi ex interſtitio fit (*w*), planior eſt.

Ab

(*k*) *Oſſium t.* IV. *ic.* I. n n *inferior.*
(*l*) *Oſſium t.* IV. *ic.* I. n *ſuper.*
(*m*) *A parte priore, oſſium t.* V. *ic.* IV. *inter* ♆ & o.
A poſteriore, ic. X. *inter* b & o.
Ab inferiore, ic. I. *inter* Φ & o *proxim.*
(*n*) *Oſſium t.* V. *ic.* II. *à* B *verſus* P.
(*o*) *Oſſium t.* V. *ic.* I. *ad latus internum* o *infer.*
(*p*) *Oſſium t.* V. *ic.* I. *inter* Φ & o *proxim.*
(*q*) *Oſſium t.* V. *ic.* I. ξ.
(*r*) *Oſſium t.* IV. *ic.* II. *n* ⫰.
(*s*) *Oſſium t.* II. *ic.* I. G F w *in naſo.*
(*t*) *Oſſium t.* I. *ic.* I. *Et t.* IV. *ic.* II. ⫯ *n.*
(*v*) *Oſſium t.* II. *ic.* I. G F w *in naſo.* G F w *in naſo.*
(*w*) *Oſſium t.* II. *ic.* I. G.

Ab altera, ubi fit ex proceſſu maxillaris (*x*), oſſeque naſi (*y*), infra ſinuatus eſt (*z*): ſupra, ubi in ſummo pars oſſis frontis accedit (*a*), depreſſior (*b*).

IX. Infra cavernoſum ſpongioſa prominent (*c*). Ab ipſo cavernoſo prominet ſuperius (*d*): infra hoc inferius (*e*).

Diſtant ea ab interſtitio (*f*): inferius magis (*g*).

Diſtant inter ſe (*h*): diſtat à fundo narium inferius (*i*).

Ex iisque & latere capacitatis narium veluti ſemicanales ſunt, infra patentes, pertinentesque à parte priore in poſteriorem (*k*).

X. Ac geminus hic naſus geminis foraminibus patet, ante (*l*) & retro (*m*).

XI. Priora autem, perdita cartilagine interſtitii narium, foramen unum referunt (*n*).

Cujus ora acuta eſt: ab extremoque fundo eminente in utrumque latus inſigniter lunatum, inde rectioribus lateribus convenit in dorſo naſi eminentis extremi: ubi rurſus rotundius, ſed anguſtum (*o*).

Fit ex oſſibus maxillaribus, & naſi (*p*).

XII. Poſteriora inter lacunar narium fundumque ſunt, fere ovata, ſupra infraque rotundiora (*q*).

Fiunt

(*x*) *Oſſium t.* II. *ic.* I. w *in naſo.*
(*y*) *Oſſium t.* II. *ic.* I. F.
(*z*) *Oſſium t.* II. *ic.* I. F w *in naſo. Et t.* IV. *ic.* II. *n* ⚶.
(*a*) *Oſſium t.* V. *ic.* I. *&* II. c.
(*b*) *Oſſium t.* IV. *ic.* II. *ſupra* ⚶ *n.*
(*c*) *Oſſium t.* I. *ic.* I. q, y.
(*d*) *Oſſium t.* IV. *ic.* I. D.
(*e*) *Oſſium t.* IV. *ic.* I. L.
(*f*) *Superius, oſſium t.* V. *ic.* IV. *inter* Π *&* Φ. *Et ic.* X. *inter* Π *&* c.
(*g*) *Oſſium t.* V. *ic.* IX. *inter* u *&* v.
(*h*) *Oſſium t.* IV. *ic.* I. *inter* D *&* L.
(*i*) *Oſſium t.* IV. *ic.* I. *infra* L.
(*k*) *Oſſium t.* IV. *ic.* I. *ſub* D, *&* L.
(*l*) *Oſſium t.* I. *&* II. *ic.* I.
(*m*) *Oſſium t.* II. *ic.* I.
(*n*) *Oſſium t.* I. *ic.* I.
(*o*) *Oſſium t.* I. *ic.* I.
(*p*) *Oſſium t.* I. *ic.* I.
(*q*) *Oſſium t.* II. *ic.* I.

Fiunt ex baſi multiformis (*r*), proceſſibus aliformibus (*s*), oſſibus palati (*t*), vomere (*v*).

XIII. Per ea ſpiritus, qui à naſo in fauces viciſſimque ducitur, penetrat.

Perque nares utrimque infra meat per intervallum inter interſtitium & ſpongioſa, tum ſuperius, tum inferius (*w*): perque intervallum inter ſpongioſa (*x*), perque alterum, quod inter inferius fundumque eſt (*y*): perque ſemicanales, qui è ſpongioſis latereque narium fiunt.

Supra per anguſtias cogitur, rimam illam, quae in ſummo naſo eminente incipiens, inde inter interſtitium cavernoſumque (*z*) usque ad baſem multiformis pertinet.

XIV. Supra inque lateribus cavernulae aſtant, & ſinus.

Supra cavernulae ſunt cavernoſorum (*a*), & maxillarium (*b*).

Priori parti ſinus frontales imminent (*c*).

Pone ſunt ſinus ſphenoïdaei (*d*).

In lateribus maxillares (*e*).

XV. Sinus autem frontales maximam quidem partem in oſſe frontis ſunt (*f*): infra autem migrant in cavernulas priores cavernoſorum, infundibuliformes illas, quas quartas fecimus (*g*).

Eaeque fiunt ex cavernoſis (*h*), finibus proceſſuum maxillarium

(*r*) *Oſſium t.* II. *ic.* I. n, n.

(*s*) *Oſſium t.* II. *ic.* I. q, q.

(*t*) *Oſſium t.* II. *ic.* I. t, t *in narib.*

(*v*) *Oſſium t.* II. *ic.* I. v.

(*w*) *Oſſium t.* V. *ic.* IX. *inter* v & u Π.

(*x*) *Oſſium t.* IV. *ic.* I. *inter* D & L.

(*y*) *Oſſium t.* IV. *ic.* I. ζ.

(*z*) *Oſſium t.* V. *ic.* IX. & X. *inter* b & o.

(*a*) *Oſſium t.* IV. *ic.* II. n.

(*b*) *Oſſium t.* IV. *ic.* II. λ.

(*c*) *Oſſium t.* IV. *ic.* II. Ψ.

(*d*) *Oſſium t.* IV. *ic.* II. Ω.

(*e*) *Oſſium t.* IV. *ic.* II. p.

(*f*) *Oſſium t.* IV. *ic.* II. Ψ.

(*g*) Cap. XXVII. §. XV.

(*h*) *Oſſium t.* IV. *ic.* X. q.

rium ad naſum eminentem pertinentium (*i*), oſſibusque unguis (*k*).

XVI. Ac maxillares maximam quidem partem fiunt è cavernis maxillarium (*l*), praetereaque ex oſſibus palati (*m*), & ſpongioſis inferioribus (*n*): quorum quoque ex oris os eorum eſt.

XVII. Patentque ad nares tum cavernulae, tum ſinus, ut per ea capacitas augeatur.

Cavernulae cavernoſorum iis in imis patent, ad rimas eorum: poſteriores autem, quas primas fecimus, in latere interno juxta imum (*o*). Cavernulae maxillarium patent in lateribus, inter cavernoſa & ſpongioſa ſuperiora (*p*).

Sinus frontales per cavernulas priores patent ad rimas priores cavernoſorum.

Sinus ſphenoïdaei patent ad rimas lunatas, quae inter baſem multiformis cavernoſorumque partem poſticam ſunt (*q*).

Maxillares è regione ſpongioſorum ſuperiorum, ſupra inferiora (*r*).

Caeci caeterum ſinus ſunt, cavernulaeque: ac ſpiritum cum exſpirationibus, quas continet, vehitque, per ora eadem accipiunt, reddunt. Et deſtillat per ea mucus.

(*i*) *Oſſium t.* IV. *ic.* II. λ.
(*k*) *Oſſium t.* IV. *ic.* II. I.
(*l*) *Oſſium t.* IV. *ic.* III. p: & *ic.* VIII. κ κ.
(*m*) *Oſſium t.* IV. *ic.* VIII. S *in ſinu.*
(*n*) *Oſſium t.* IV. *ic.* VIII. N.
(*o*) *Oſſium t.* IV. *ic.* I. o.
(*p*) *Oſſium t.* IV. *ic.* I. λ.
(*q*) *Oſſium t.* V. *ic.* II. B, B.
(*r*) *Oſſium t.* IV. *ic.* I. p p: & *ic.* VIII. *inter* C & N, & *ubi* D, D.

C A-

CAPUT XXXVIII.

De maxilla ſuperiore.

I. Infra nares maxilla ſuperior eſt, & palatum.

II. Maxilla dentibus inſtructa, è ſolis maxillaribus fit (*s*), expoſita in iis (*t*).

CAPUT XXXIX.

De palato.

I. Maxillae interjectum palatum, è maxillarium partibus transverſis fit (*v*), adjectisque à parte poſteriore baſibus oſſium palati (*w*).

II. A dentibus primoribus primum in ſuperiora & poſteriora concavum, deinde planius & latius, ad fauces verſus modice ſurgit (*x*).

CAPUT XL.

De auribus.

Aures ad imum conceptaculum encephali, circa latera media, intus in oſſibus temporum ſunt (*y*).

(*s*) *Oſſium t.* I. *ic.* I. II. III. *Et t.* II. *ic.* I.

(*t*) Cap. XXVIII. §. II. III.

(*v*) *Oſſium t.* II. *ic.* I. w w *in palato.*

(*w*) *Oſſium t.* II. *ic.* I. t t *in palato.*

(*x*) *Oſſium t.* I. *ic.* II. r r r r *infer.*

(*y*) *Oſſium t.* II. *ic.* I. f, f. *Et t.* III. *ic.* II. & III. i.

CAPUT XLI.

De calvariae circuitu exteriore.

I. Ac partes hae ubi ad exteriorem calvariae circuitum pertinent, ibi ea iis forma reſpondet: tota totis ſimilis non eſt.

II. Ubi intus conceptaculum encephali eſt, ovata eſt extrinſecus, longitudine ab occipitio in frontem pertinente (*z*).

Ad partem autem priorem infra pars accedit alia, eaque minor: quae fere eſt ex foraminibus oculorum, naribus, genis, maxilla ſuperiore, palato (*a*).

III. Ovata pars ad ſimilitudinem conceptaculi configurata eſt, praeterquam infra baſi media (*b*).

Parte poſteriore plenior, vertice fere globoſo, lateribus aliquanto depreſſioribus, occipitioque, & quod infra eſt (*c*).

Inde projecta in priora ſuper oculos naresque, ſyncipite devexo, lateribus depreſſioribus: ſenſimque coanguſtata fronte finit anguſtiore ac depreſſiore, leniterque tum à dextra tum à laeva protuberante (*d*).

IV. Quod ejus ſupra baſem eſt, ſatis aequabile eſt (*e*).

Id ante fit ex oſſe frontis (*f*). Poſt hoc ex oſſibus verticis, dextro

(*z*) *Oſſium t.* I. *ic.* III. II. I. *Et t.* II. *ic.* I.

(*a*) *Oſſium t.* I. *ic.* III. I. II. *Et t.* II. *ic.* I.

(*b*) *Oſſium t.* III. *ic.* III.

(*c*) *Oſſium t.* I. *ic.* II. III. *Et t.* II. *ic.* I.

(*d*) *Oſſium t.* I. *ic.* III. I. *Et t.* II. *ic.* I.

(*e*) *Oſſium t.* I. *ic.* I. II. III.

(*f*) *Oſſium t.* I. *ic.* I. & III. b b *ſuperior.*

tro & ſiniſtro (*g*). Poſt haec ex mucrone ſuperiore occipitis (*h*). In lateribus praeterea, quod infra os frontis verticisque eſt, ante fit ex proceſſibus lateralibus multiformis (*i*): poſtque hos ex ſquamoſis & mammillaribus (*k*).

V. In lateribus autem totis, ubi os frontis, verticis, multiforme, ſquamoſum & mammillare ſunt, laeve eſt (*l*), ſupra anteque & retro circuitu terminante eminentiore, & quaſi ſemicirculari (*m*).

Quibus plagis temporales affiguntur.

VI. Similis quidem eſt baſis pars poſterior, ſed per notas muſculorum minus aequabilis (*n*).

Fit ex oſſe occipitis (*o*), & ab ejus latere utroque ex mammillari (*p*).

VII. Ante hanc baſis partem media planior eſt, ſed admodum inaequabilis (*q*).

In medio eminet leniter pars oſſis occipitis prior (*r*).

A cujus lateribus petroſa praerupta ſunt (*s*), cum proceſſibus ſuis ſtyliformibus (*t*).

Ante haec juxta medium leniter gibba eſt, reſpondens formae conceptaculi: ubi fit ex proceſſibus lateralibus multiformis (*v*), proximisque ſquamoſis. In quibus eminentiae ſunt inaequabiles (*w*), notae muſculorum.

Ante

(*g*) *Oſſium t.* I. *ic.* I. II. III. a a. *dextr.* & *ſiniſtr.*

(*h*) *Oſſium t.* I. *ic.* II. & III. c *ſuper.*

(*i*) *Oſſium t.* I. *ic.* III. i.

(*k*) *Oſſium t.* I. *ic.* III. d d.

(*l*) *Oſſium t.* I. *ic.* III. b *in tempore*, a *infer.* i d d.

(*m*) *Oſſium t.* I. *ic.* III. β β β.

(*n*) *Oſſium t.* II. *ic.* I. κ κ λ λ ι ζ η θ ε & *inter* ν & μ *dextr.* & *ſiniſt.*

(*o*) *Oſſium t.* II. *ic.* I. κ λ ι ζ η θ ε

(*p*) *Oſſium t.* II. *ic.* I. ν λ κ.

(*q*) *Oſſium t.* II. *ic.* I.

(*r*) *Oſſium t.* II. *ic.* I. b *ſuper.*

(*s*) *Oſſium t.* II. *ic.* I. f, f f.

(*t*) *Oſſium t.* II. *ic.* I. h.

(*v*) *Oſſium t.* II. *ic.* I. o, o *infer.*

(*w*) *In proceſſibus*, *oſſium t.* II. *ic.* I. π, π.

In ſquamoſis, ξ, ξ.

Ante eadem petroſa à latere ſinuata primum eſt, mox eminens, pro articulis maxillae inferioris (*x*).

Poſt haec, ad latera quoque, aurium introitus (*y*).

Poſt proceſſus mammillares inſigniter eminent (*z*): in quibus etiam notae ſunt muſculorum (*a*).

Interque eos in medio tubera ſupereminent (*b*), quibus calvaria nititur.

Atque inter haec omnia etiam foramina habet.

VIII. Ante hanc partem quod baſis ſupereſt, ad capacitatem narium, atque oculorum foramina, quae ſubjecta ei, pertinet.

IX. Frons in ſupercilia deſinit, & glabellam (*c*).

Foraminibus oculorum conceptaculum cerebri cedit, & nares, veluti partem eorum ſibi vindicantibus, ſupra, infraque, ac latere interno; ubi, quantum foraminum rotunditas poſcit, tantum deminuitur conceptaculum, naresque: ultraque ea à lateribus externis foramina eminent (*d*).

Quae ubi eminent, ibi infra prominulae ſub oculis genae ſunt, ex maxillaribus & jugalibus (*e*).

Retro temporum ſinus, ex oſſe frontis (*f*), jugalibus (*g*), multiformis proceſſibus lateralibus (*h*), oſſibus verticis (*i*), ſquamoſis (*k*).

X.

(*x*) *Oſſium t.* II. *ic.* I. l m, l m.
(*y*) *Oſſium t.* II. *ic.* I. k, k.
(*z*) *Oſſium t.* II. *ic.* I. e, e.
(*a*) *Oſſium t.* II. *ic.* I. κ λ *ſuper.* & μ *dextr.* & *ſiniſtr.*
(*b*) *Oſſium t.* II. *ic.* I. c, c.
(*c*) *Oſſium t.* I. *ic.* I.
(*d*) *Oſſium t.* I. *ic.* I.
(*e*) *Oſſium t.* I. *ic.* I. r t *in genis.*
(*f*) *Oſſium t.* I. *ic.* III. b *in tempore*
(*g*) *Oſſium t.* I. *ic.* III. t *in tempore.* *Et t.* V. *ic.* IX. δ.
(*h*) *Oſſium t.* I. *ic.* III. i.
(*i*) *Oſſium t.* I. *ic.* III. a *in tempore.*
(*k*) *Oſſium t.* I. *ic.* III. d *anter.*

x. Atque ad tempora infra veluti anſae quaedam eminent: quae fiunt ex oſſibus jugalibus (*l*), & proceſſibus zygomaticis temporum (*m*).

Eae arcus ſunt, à lateribus calvariae diſtantes inſigniter, foris gibbi, ex interiore parte modice ſinuati (*n*).

Fundamenta ſunt, unde maſſeteres incipiunt. Quum enim tota ibi latera jam occupata ſint à muſculis temporalibus, proceſſibusque coronoïdeis maxillae inferioris, ſuper eos arcus hi poſiti praebent maſſeteribus firmamentum.

Inque iis infra, ubi maſſeteres affiguntur, notae ſunt (*o*).

XI. Inter orbes oculorum naſus eminet, patetque infra (*p*). Qui fit ex proceſſibus maxillarium (*q*), & oſſibus naſi (*r*).

Infraque eum prominulasque genas narium circuitus exterior, &, in quam migrat, maxillae ſuperioris, multò iis gracilior eſt (*s*). Quae fiunt ex maxillaribus (*t*).

Maxilla finit in imo (*v*), intraque eam finit palatum (*w*).

Retro palatum maxillamque veluti paxilli terminant duo (*x*). Qui fiunt ex proceſſibus aliformibus multiformis (*y*), oſſibusque palati (*z*).

Inter eos foramina narium ad fauces patent (*a*).

Apta-

(*l*) *Oſſium t.* I. *ic.* III. t *in gena.*

(*m*) *Oſſium t.* I. *ic.* III. f.

(*n*) *Oſſium t.* I. *ic.* III. t f. *Et t.* II. *ic.* I. H g.

(*o*) *Oſſium t.* II. *ic.* I. σ σ *infer.*

(*p*) *Oſſium t.* I. *ic.* I

(*q*) *Oſſium t.* I. *ic.* I. *inter* w & u *dextr.* & *ſiniſtr.*

(*r*) *Oſſium t.* I. *ic.* I. u, u.

(*s*) *Oſſium t.* I. *ic.* I. & III. *infra* r *in gena.*

(*t*) *Oſſium t.* I. *ic.* I. r r *in gena.*

(*v*) *Oſſium t.* I. *ic.* I. II. III. *Et t.* II. *ic.* I.

(*w*) *Oſſium t.* II. *ic.* I. w w t t *in palato.*

(*x*) *Oſſium t.* II. *ic.* I. p q, p q. *Et t.* IV. *ic.* VIII. k S *infer.*

(*y*) *Oſſium t* I. *ic.* II. m n, m n.

(*z*) *Oſſium t.* I. *ic.* II. x, x.

(*a*) *Oſſium t.* II. *ic.* I. *inter* q & q.

Aptatique iidem ad muſculos ſunt, qui aut affiguntur iis, aut adjacent. Aptati ſinu (*b*), pariete exteriore (*c*), ſinu cui circumflexus affigitur (*d*), &, à quibus tendo ejus regitur, ſinu hamuloque (*e*).

CAPUT XLII.

De ratione craſſitudinis calvariae.

I. Nunc de craſſitudinis ratione non abs re fuerit ſummatim ſubjicere.

Circum verticem, inque occipite, ac pone aures, & in fronte, craſſior eſt (*f*).

Aliquanto tenuior in ſyncipite (*g*).

A lateribus inter ſynciput auresque ac frontem tenuior, ſed ſolidior (*h*).

Infra inter occiput & aures, ubi carnibus alte immerſa, maximam partem tenuis, ſolidiorque.

Inde multo craſſior, per eminentia intus petroſa, interque ea per tubera oſſis occipitis, anteque ſenſim craſſeſcens os idem, ac craſſam poſt hoc baſem multiformis (*i*).

Tenuior baſis in lateribus, ubi proceſſus laterales multiformis inferioresque ſquamoſorum partes ſunt.

II. Orbes oculorum craſſiores.

Ip-

(*b*) *Oſſium t.* II. *ic.* I. *inter* q & p.
(*c*) *Oſſium t.* II. *ic.* I. p.
(*d*) *Oſſium t.* II. *ic.* I. g.
(*e*) *Oſſium t.* II. *ic.* I. r.
(*f*) *Oſſium t.* III. *ic.* III.
(*g*) *Oſſium t.* III. *ic.* III.
(*h*) *Oſſium t.* III. *ic.* I. & II.
(*i*) *Oſſium t.* III. *ic.* III.

Ipſisque foraminibus eorum latus externum craſſius.

Lacunar, ad conceptaculum encephali quoque pertinens, tenuius, ſed ſolidius (*k*).

Fundus tenuis (*l*).

Latus quoque internum maximam partem tenue.

III. Naſi pars eminens non admodum craſſa.

Genae ſupra craſſiores, infra tenuiores: ſicuti etiam reliquus maxillarium circuitus.

Craſſior maxilla ſuperior.

Ab ea palatum tenuius, tenuiusque.

Ac retro naſi capacitas craſſioribus lateribus terminatur: quae in tenues parietes deſinunt (*m*).

IV. Quae vero praeterea intus in naribus ſunt, tenuiora ſunt.

Tenuiora latera capacitatis.

Tenuius lacunar editius, quod ſupra ad conceptaculum encephali pertinet (*n*).

Tenue interſtitium, praeter capitellum vomeris (*o*).

Tenuius os quoque fragileque in cavernoſis, ſed ſolidum.

Spongioſa fere aliquanto craſſiora, ſed rariora.

Verum, quod ad hujus libri inſtitutum nihil pertinet, ſingulorum rationem non perſequar.

(*k*) *Oſſium t.* IV. *ic.* VIII.
(*l*) *Oſſium t.* IV. *ic.* VIII.
(*m*) *Oſſium t.* II. *ic.* I.
(*n*) *Oſſium t.* IV. *ic.* I. m*.
(*o*) *Oſſium t.* I. & II. *ic.* I.

CAPUT XLIII.

De commiſſuris calvariae.

I. Et de commiſſuris quoque ſummatim ſuffecerit, quas ſuturas nominant.

Denticulis oſſa, è quibus conſtat, compinguntur inter ſe, ſed diverſimode.

II. Alia oris ſuis craſſioribus in eminentias migrant plurimas; magnitudine diſcrepantes inter ſe, & figura, & poſitu: rectis aliis, aliis obliquis, curvatis, acutis, lateſcentibus, diſſimilitudine magna (*p*). Iisque alia ad alia annectuntur, & quaſi ſerratis pectinatim ſtruuntur compagibus. Ex quo ſuturae fiunt, quas nominant veras.

Eae autem extrinſecus inſigniores, latiores, magis implicatae (*q*): ex interiore parte obſcuriores ſunt, & exiliores, & ſimpliciores (*r*), ſic ut cortices oſſium interiores (*s*) fere in lineam convenientes, contingant ſe inter ſe, ultraque corticum illorum oras denticuli extrinſecus procurrant.

Tres ſunt: quarum unam coronalem appellant, alteram lambdiformem, tertiam ſagittalem.

III. Coronalis transverſa eſt, à tempore altero ad alterum prio-

(*p*) *Oſſium t.* III. *ic.* III. f. *Et t.* VI. *ic.* II. f—e, a: *&* *ic.* IV. υ ɸ υ. *Et t.* V. *ic.* VII. v v. *Et t.* IV. *ic.* I. d d.

(*q*) *Oſſium t.* I. *ic.* II. E, *&* G G G: *&* *ic.* III. F *ſuper.*

(*r*) *Oſſium t.* III. *ic.* I. Λ: *&* *ic.* III. Δ: *&* *ic.* I. *&* III. Θ.

(*s*) *Oſſium t.* III. *ic.* III. *infra* f. *Et t.* V. *ic.* VII. v v.

priori in parte pertinens per ſynciput, ſpecie circulari (*t*).

Ea eſt ex connexione oſſis frontis cum verticis ambobus.

IV. Lambdiformis ſimiliter transverſa, pone aures incipit, inclinatisque lateribus, altero in alterum, tendit in verticem, in mucronem deſinens (*v*).

Ea eſt ex connexione oſſis occipitis cum verticis utroque.

Ejus additamenta vocantur ubi inde ab iis os occipitis cum mammillaribus connexum: quae harmoniae ſimiliora ſunt (*w*).

V. Sagittalis recta eſt, à mucrone ſummo lambdiformis per medium verticem, perque ſynciput, in mediam coronalem pertinens (*x*).

Fit ex oſſibus verticis connexis inter ſe.

Aliis ea frontem quoque ſecat, interque ſupercilia finitur in glabella (*y*), ex infantia ſuperſtes (*z*).

VI. Veris his ſuturis addendae ſunt, quae fiunt ex connexione oſſium verticis cum mammillaribus (*a*).

VII. Earum autem fere implicatior latiorque lambdiformis (*b*), proximaeque, quas quarto loco memoravimus (*c*): poſt has ſagittalis (*d*): poſt hanc coronalis (*e*).

Et

(*t*) *Extrinſecus*, *oſſium t.* I. *ic.* I. & III. F.
Intrinſecus, *t.* III. *ic.* I. & III. Θ.

(*v*) *Extrinſecus*, *oſſium t.* I. *ic.* II. G G G.
Intrinſecus, *t.* III. *ic.* III. Δ.

(*w*) *Extrinſecus*, *oſſium t.* II. *ic.* I. Y V, Y V.
Intrinſecus, *t.* III. *ic.* II. H b, H b.

(*x*) *Extrinſecus*, *oſſium t.* I. *ic.* I. & II. E.
Intrinſecus, *t.* III. *ic.* I. A.

(*y*) *Oſſium t.* IV. *ic.* I. d d.

(*z*) Icones oſſium foetus hum. ad ic. III.

(*a*) *Extrinſecus*, *oſſium t.* I. *ic.* III. *ante* G *infer.*
Intrinſecus, *t.* III. *ic.* III. *inter* H & I.

(*b*) *Oſſium t.* I. *ic.* II. & III. G G G.

(*c*) *Oſſium t.* I. *ic.* III. *ante* G *infer.*

(*d*) *Oſſium t.* I. *ic.* II. E.

(*e*) *Oſſium t.* I. *ic.* III. F *ſuper.*

Et ſagittalis inter foramina verticis atque aliquantum ultra ea ante retroque ſimplicior eſt, ſimiliorque lineae (*f*).

Coronalis media, ubi in ſummo eſt, exilior: extremis, quae in temporibus ſunt, ſquamoſa (*g*).

VIII. Aliis orae extenuantur ſquamae ſpecie (*h*), imbricatimque iis alterum alteri aſſidet, connectentibus intermediis, quos emittunt, denticulis, ſpatioliſque, fere linearum ſulcorumque ſimilitudine. Ex quo ſquamoſae ſuturae ſunt.

Duae memoratae, dextra laevaque, in temporibus ſupra aures, per longitudinem calvariae, forma ſemicirculari (*i*).

Fiunt ex connexione oſſium verticis frontiſque cum ſquamoſis & multiformis proceſſibus lateralibus, quae extrinſecus aſſident.

Ubi aſſident, ibi orae eorum procurrentibus ſuper ſubjecta oſſa veluti denticulis ſerrae ſpeciem praebent: maxime quidem ſquamoſa (*k*).

Eorumque ad ſimilitudinem alia quoque componuntur; ut ubi oſſium palati ſquama proceſſui aliformi aſſidet (*l*), alibique.

IX. Pleraque autem alia, quanquam oris denticulatis connexa, veluti in lineam ſimpliciorem extrinſecus componuntur, tanquam ſi tantummodo contingerent ſe inter ſe (*m*): harmonias appellant.

X. Sunt praeterea maxillaribus propriae ſuturae fiſſuraeque (*n*), ubi aetate juniore ſecta erant.

XI.

(*f*) *Oſſium t.* I. *ic.* II. E *inter* N *&* N.

(*g*) *Oſſium t.* I. *ic.* I. *&* III. F *infer.*

(*h*) *Oſſium t.* VI. *ic.* I. b c d: *& ic.* III. w — v.

(*i*) *Extrinſecus, oſſium t.* I. *ic.* III. I *& mox infra* F *infer.*
Intrinſecus, t. III. *ic.* III. *inter* e q *&* g n.

(*k*) *Oſſium t.* I. *ic.* III. I.

(*l*) *Oſſium t.* IV. *ic.* II. *inter* S *&* l.

(*m*) *Ut oſſium t.* I. *ic.* I. *inter* u *&* u, *& inter* r *&* r *in genis.*

(*n*) *Oſſium t.* II. *ic.* I. K, K. *Et t.* V. *ic.* VIII. S.
Cap. XXVIII. §. IX.
Dein, t. V. *ic.* VIII. R. *Et t.* I. *ic.* I. *infra* T *in foram. oculi, &* L.
Cap. XXVIII. §. XVII.
Dein, t. V. *ic.* VIII. T.
Cap. XXVIII. §. XVI.

XI. Reperiuntur calvariae, in quibus ſuturae verae obliteratae ſunt, etiam ante ſenium. In Batavo florentis aetatis, cujus corpus ſecui, ſutura ſagittalis tum extrinſecus tum ex interiore parte nulla eſt. In Tartaro florentis quoque aetatis, cujus integram calvariam habeo, non ſagittalis modo, ſed pars quoque media coronalis, parsque lambdiformis, deletae. Utraque autem calvaria craſſa eſt, exuberante oſſe.

CAPUT XLIV.

De oſſiculis ſuturarum.

I. In ſuturis ludente natura reperiuntur oſſicula ſeparata, utrique oſſi, è quibus ſutura fit, partem detrahentia (*o*). Eoque diverſa ſunt ab iis partibus, quae ſecto per ſuturam oſſe fiunt; ut de oſſe occipitis (*p*) ac multiformi (*q*) memoravimus.

II. Penetrant alia (*r*), tum extrinſecus, tum ex interiore parte conſpicua.

Ea ubi connectuntur, ibi extrinſecus ſutura eſt (*s*), ex interiore parte harmonia (*t*).

Excurruntque denticuli ab exteriore parte orae eorum ultra interiorem: quo fit, ut extrinſecus appareant majora.

Fere autem habitu commiſſurae illae reſpondent proximae ſuturae, in qua ſunt.

III.

(*o*) *Oſſium t.* I. *ic.* XI. H, H.
(*p*) Cap. XXIV. §. IV.
(*q*) Cap. XXVI. §. XXXI.
(*r*) *Oſſium t.* III. *ic.* I. d.
(*s*) *Oſſium t.* I. *ic.* II. H, H.
(*t*) *Oſſium t.* III. *ic.* I. d.

III. Alia non penetrant, tantummodo extrinſecus inſidentia oſſibus ſubtus connexis inter ſe.

Eaque fere parva ſunt, majora rarius.

IV. Frequentiora in lambdiformi oſſicula ſeparata ſunt (*v*): verum etiam in coronali obſervata, & in ſagittali, & in illis, quibus oſſa verticis cum mammillaribus committuntur, & in additamentis lambdiformis.

Habeo aliquot calvarias, quibus in extrema coronali, ubi ad proceſſus laterales multiformis pertinet, parvum eſt: neque hoc ita infrequens eſt.

Habeo, cui in coronalis parte dextra mox ſupra temporalis notam parvum eſt, duoque praeterea ſatis magna, contigua inter ſe. In ſiniſtra parte parvula duo, contigua.

Habeo calvariam, cui in ſagittali poſt foramina verticis unum majus eſt, cum proximo minore: quorum neutrum penetrat.

Habeo, cui in ſutura oſſis verticis cum mammillari exiguum eſt, juxta ſquamoſum.

Aliam, cui parvum in angulo, ubi os verticis mammillareque atque occipitis conveniunt.

Habeo, cui in additamento ſuturae lambdiformis inter os occipitis & mammillare ſatis magnum eſt, tum in dextro, tum in ſiniſtro. Quae ubi connectuntur, fere harmoniae tum extrinſecus tum ex interiore parte ſunt, ad ſimilitudinem additamentorum, in quibus ſunt. Mitto caetera.

(*v*) *Oſſium t.* I. *ic.* II. H, H. *Et t.* III. *ic.* I. d.

C A-

CAPUT XLV.

De foraminibus conceptaculi encephali.

I. Viae autem quaedam in calvaria ſunt, foramina, meatus, fiſſurae: foramina nominant.

De quibus quae in ſingulis oſſibus dicta ſunt, ea hîc ſuis in locis fere tantummodo enumerabimus.

Ordiemur à conceptaculo encephali, in quo fere per longitudinem ejus ſunt, medio praeſertim in fundo.

II. Ubi primum foramen caecum eſt (*w*), inter criſtam oſſis frontis criſtamque galli.

Meninx craſſa inſerta cum vaſculis.

III. Poſt hoc, quae cribriforme reddunt cribro ſimile (*x*).

Nervi à proceſſibus mammillaribus cerebri emiſſi penetrant, cum vaſis.

IV. Poſt haec tertia, quae inter baſem & proceſſus priores multiformis ſunt (*y*).

Penetrant nervi optici, & arteriae à carotidibus internis emiſſae.

V. Poſt haec quarta, gemina, ſimilia fiſſuris (*z*).

Ad utrumque baſis multiformis latus incipiunt, ſub proceſſus prioris principio, inter illud proximamque priorem proceſſus lateralis oram, lunatam ibi (*a*): eaque pars foramini ſatis magno ſi-

(*w*) *Oſſium t.* III. *ic.* II. R. Vide cap. XXIII. §. XXVIII. Et cap. XXVII. §. X.

(*x*) *Oſſium t.* III. *ic.* II. S, S. Vide cap. XXVII. §. XIII.

(*y*) *Oſſium t.* III. *ic.* II. U, U. Vide cap. XXVI. §. XVII.

(*z*) *Oſſium t.* V. *ic.* VII. P, P.

(*a*) *Oſſium t.* V. *ic.* VII. P. Vide cap. XXVI. §. XX.

ſimilis, quodammodo orbiculato. Ac mox patet ad foramen oculi, infra tertium (*b*). Penetratque cerebri nervus tertius, quartusque, ac quinti ramus primus, nervusque ſextus.

Ab ea parte in rimam inter eosdem illos proceſſus anguſtatur (*c*): quae paulatim anguſtior, in fine oſſe frontis terminatur à parte ſuperiore (*d*). Eaque rima in latus tendit, ſimulque aliquantum ſurſum in priora (*e*). Patetque & ipſa ad foramen oculi, ad ſummum lateris externi, in parte poſteriore (*f*). Penetratque meninx craſſa cum vaſis.

VI. Poſt eorum principium rotundum quinta (*g*): quae prima poſuimus proceſſuum lateralium multiformis (*h*).

Penetrant nervorum cerebri quintorum rami ſecundi.

VII. Poſt haec ab interno latere ſexta, juxta latera parietis ſurrecti baſis multiformis (*i*).

Extrema ſunt canalium oſſium petroſorum (*k*), curvantia ſe ſurſum, & ſimul nonnihil in priora, exitu ovato.

Fiunt ex petroſis (*l*) & multiformi (*m*), partem hoc conferente majorem.

Penetrant carotides internae, cum nervis intercoſtalibus.

Ab iis veſtigia arteriarum carotidum per multiforme procurrunt (*n*).

VIII.

(*b*) *Oſſium t.* I. *ic.* I. R. *Et t.* V. *ic.* VI. P.

(*c*) *Oſſium t.* V. *ic.* VII. P.

(*d*) Vide cap. XXIII. §. XII.

(*e*) *Oſſium t.* V. *ic.* VII. P.

(*f*) *Oſſium t.* I. *ic.* I. R. *Et t.* V. *ic.* VI. P.

(*g*) *Oſſium t.* III. *ic.* II. V, V. *Et t.* V. *ic.* VII. Q, Q.

(*h*) Vide cap. XXVI. §. XL.

(*i*) *Oſſium t.* III. *ic.* II. *inter* α *&* β *proxim. dextr. & ſiniſtr.*

(*k*) Vide cap. XXV. §. XXXII.

(*l*) *Oſſium t.* III. *ic.* II. α.

(*m*) *Oſſium t.* III. *ic.* II. *infra* β *infer.* Vide cap. XXVI. §. XIV.

(*n*) *Oſſium t.* III. *ic.* II. ββγ, ββγ. Vide cap. XXVI. §. XIV.

VIII. Ab externo latere ſeptima (*o*), quae proceſſuum lateralium multiformis ſecunda poſuimus (*p*).

Penetrant nervorum quintorum cerebri rami tertii.

IX. Poſt haec octava (*q*), quae poſuimus tertia proceſſuum eorundem (*r*).

Penetrant ad meningem craſſam pertinentes arteriae & venae.

Atque ab his veſtigia oriuntur arteriarum meningis craſſae (*s*), per multiformis proceſſus laterales (*t*), perque oſſa ſquamoſa (*v*), verticis (*w*), frontis (*x*), occipitis (*y*), ſparſa ramorum ſerie.

Pertinentque ad veſtigia illa canaliculi, qui in proceſſibus lateralibus multiformis ſunt (*z*): per quos rami vaſorum illorum penetrant.

X. Poſt haec nona (*a*), in poſteriore parte petroſorum (*b*).

Recipiunt nervos acuſticos, & arterias.

XI. Infra haec decima (*c*), veluti fiſſurae, in quas lunulae petroſorum (*d*) & occipitis (*e*) conveniunt, explente meninge craſſa, diſtinguenteque à proximis ſequentibus: quae nimirum à mucrone oſſis petroſi ad mucronem oſſis occipitis, qui inter lunulas eorum ad foramen hoc decimum proximumque undecimum pertinent, deducta; ubi fit, ut mucrones aut fere conveniant, aut etiam coëant.

Patent decima deorſum (*f*), penetrantque per ea foras cerebri nervi

(*o*) *Oſſium t.* III. *ic.* II. W, W.
(*p*) Vide cap. XXVI. §. XLI.
(*q*) *Oſſium t.* III. *ic.* II. X, X.
(*r*) Vide cap. XXVI. §. XLIII.
(*s*) *Oſſium t.* III. *ic.* I. II. III. Y, Y.
(*t*) Vide cap. XXVI. §. XLIII.
(*v*) Vide cap. XXV. §. V.
(*w*) Vide cap. XXII. §. XI.
(*x*) Vide cap. XXIII. §. XXXI.
(*y*) Vide cap. XXIV. §. X.
(*z*) *Oſſium t.* V. *ic.* VII. & VI. U, U. *Et t.* I. *ic.* I. X, X. Vide cap. XXVI. §. XLV.
(*a*) *Oſſium t.* III. *ic.* II. δ, δ.
(*b*) Vide cap. XXV. §. XXVI. XXVII. XXVIII.
(*c*) *Oſſium t.* III. *ic.* II. ε, ε.
(*d*) Vide cap XXV. §. XXXVI.
(*e*) Vide cap. XXIV. §. XXVII.
(*f*) *Oſſium t.* II. *ic.* I. T, T.

nervi octavi, cum iis, qui à ſpinae medulla recurrunt.

XII. Statim poſt haec undecima, magna, veluti interrupta (*g*). Quae fiunt partim ex oſſe occipitis (*h*), partim è petroſis (*i*), cum eo convenientibus.

Inter quae oſſa migrant in ſpatium fere circulare, quod infra patet in baſi calvariae (*k*).

Penetrant ſinus laterales meningis craſſae: quorum diverticulum per ſpatium circulare recipitur.

Penetrant quoque arteriae ad meningem illam.

XIII. Ad haec foramina pertinent veſtigia, quibus meningis craſſae ſinus inſident.

Primum (*l*) à principio anguſtius, ut procedit paulatim lateſcens, ante criſtam galli à foramine caeco incipit, ſecundumque criſtam oſſis frontis, deindeque per medium os illud (*m*), perque oſſa verticis ſecundum commiſſuram eorum (*n*), perque os occipitis medium (*o*), recta tendit: aliis autem jam ante quam ad os occipitis venerit, leniter taciteque dextrorſum deflectere incipit, pergitque, ut in fine juxta partem mediam ſit, à dextra. Ad partem mediam oſſis occipitis, quae globis cerebri cerebellique interſerta craſſior eſt, quum pervenit, flectit ſe dextrorſum (*p*) per os occipitis (*q*), imamque verticis partem (*r*), ſummum petro-

(*g*) *Oſſium t.* III. *ic.* II. ζ, ζ.
(*h*) Vide cap. XXIV. §. XXVI.
(*i*) Vide cap. XXV. §. XXXV.
(*k*) *Oſſium t.* II. *ic.* I. U, U.
(*l*) *Oſſium t.* III. *ic.* I. & II. F F F.
(*m*) *Oſſium t.* III. *ic.* I. & II. F *ſuper.*
Vide cap. XXIII. §. XXX.
(*n*) *Oſſium t.* III. *ic.* I. F F *infer.*
Vide cap. XXII. §. VIII.
(*o*) *Oſſium t.* III. *ic.* II. F *infer.*
Vide cap. XXIV. §. XII.
(*p*) *Oſſium t.* III. *ic.* II. F G *dextr.*
(*q*) *Oſſium t.* III. *ic.* II. G *dextr.*
Vide cap. XXIV. §. XII.
(*r*) *Oſſium t.* III. *ic.* II. H *dextr.*
Vide cap. XXII. §. IX.

troſum petens. Unde porro per mammillare primum (*s*), dein per parvam oſſis occipitis partem (*t*), flectit ſe in interiora, deſcendens ſimul ad fundum camerae cerebelli. Fineque leniter in priora incurvato ad foramen undecimum dextrum deſinit (*v*).

Unde autem juxta craſſiorem oſſis occipitis partem dextrorſum flectitur, inde veſtigium ſiniſtrum, dextrae illi parti reſpondens, incipit (*w*). Aliquanto autem anguſtius eſt, ſicuti etiam, ad quod pertinet, foramen (*x*).

His veſtigiis inſidet meningis craſſae ſinus ſuperior cum lateralibus.

Sinus autem lateralis ſiniſter ut dextro anguſtior eſt, ſic & veſtigium anguſtius, foramenque.

XIV. Aliaque ad haec accedunt, minora & anguſtiora duo (*y*).

A latere parietis ſurrecti baſis multiformis, per baſem illam (*z*), ſecundum proximum os, per quod carotis interna intrat, indeque ſecundum oram oſſis occipitis (*a*), & petroſi (*b*), ubi haec commiſſa inter ſe, utrimque tendunt in poſteriora deorſum extrorſumque, curvamine leni: deſinuntque ad eadem illa foramina.

Inſident meningis craſſae ſinus minores.

XV. Aliaque praeterea duo in petroſis ſummis, eaque anguſtiora (*c*).

XVI. Redeamus ad foramina, unde per veſtigia digreſſi ſumus. In-

(*s*) *Oſſium t.* III. *ic.* II. I *dextr.* Vide cap. XXV. §. XI.

(*t*) *Oſſium t.* III. *ic.* II. K *dextr.* Vide cap. XXIV. §. XIII.

(*v*) *Oſſium t.* III. *ic.* II. *inter* K *&* ζ *dextr.*

(*w*) *Oſſium t.* III. *ic.* II. GHIK *ſiniſtr.*

(*x*) *Oſſium t.* III. *ic.* II. ζ *ſiniſtr. Et t.* II. *ic.* I. U *ſiniſtr.*

(*y*) *Oſſium t.* III. *ic.* II. L M N, L M N.

(*z*) *Oſſium t.* III. *ic.* II. L. Vide cap. XXVI. §. XV.

(*a*) *Oſſium t.* III. *ic.* II. N. Vide cap. XXIV. §. XV.

(*b*) *Oſſium t.* III. *ic.* II. M. Vide cap. XXV. §. XXV.

(*c*) *Oſſium t.* III. *ic.* II. O, O. Vide cap. XXV. §. XXIII.

Infra undecima à latere interiore duodecima ſunt (*d*): quae prima fecimus parvorum oſſis occipitis (*e*).

Penetrant nervi noni cerebri.

XVII. Poſt haec tertia & decima ſunt, quae parvorum oſſis occipitis ſecunda fecimus (*f*).

Penetrant venae vertebrales.

XVIII. Inter haec occipitis foramen magnum (*g*).

Penetrat medulla oblongata, praetereaque arteriae vertebrales, ac nervi à ſpinae medulla recurrentes.

XIX. Quinta & decima juxta occiput ſunt (*h*), in oſſe occipitis (*i*), & mammillaribus (*k*).

Penetrant venae occipitii ad ſinus laterales meningis craſſae, atque arteriae parvae ad meningem.

XX. Sexta & decima in vertice (*l*), in oſſibus verticis (*m*).

Penetrant arteriae & venulae ad meningem craſſam.

A foraminibus ſulci procurrunt arteriarum illarum (*n*).

CAPUT XLVI.

De foraminibus foraminum oculorum.

I. Alia deinde in foraminibus oculorum ſunt, praeter conceptaculi encephali tertia (*o*) & quarta (*p*), quae ad

(*d*) *Oſſium t.* III. *ic.* II. *n*, *n*.
(*e*) Cap. XXIV. §. XXIV.
(*f*) Cap. XXIV. §. XXV.
(*g*) *Oſſium t.* III. *ic.* II. θ.
Vide cap. XXIV. §. IX.
(*h*) *Oſſium t.* III. *ic.* II. *ι*, *ι*.
(*i*) Vide cap. XXIV. §. XXVIII.
(*k*) Vide cap. XXV. §. XIX.
(*l*) *Oſſium t.* III. *ic.* I. P, P.
(*m*) Vide cap. XXII. §. XII.
(*n*) *Oſſium t.* III. *ic.* I. QQ, QQ.
Vide cap. XXII. §. XII.
(*o*) *Oſſium t.* I. *ic.* I. Q, Q.
Vide cap. XLV. §. IV.
(*p*) *Oſſium t.* I. *ic.* I. R, R.
Vide cap. XLV. §. V.

ad ea pertinent; praeterque quinta (*q*), quae in eadem diriguntur.

II. Eſt primum rima ſatis longa, ſatisque lata, quae inter fundum latusque externum à poſterioribus tendit in priora (*r*).

Ab altera parte fit ex oſſe palati (*s*), & maxillari (*t*): ab altera ex multiformis proceſſu aliformi, lateralique (*v*), & jugali (*w*).

Latior à principio, anguſtat ſe paulatim, mox rurſus dilatat, in fine rotunda.

Extrinſecus ſub temporis ſinu patet.

Penetrat membrana cum arteriis, veniſque.

III. Secundo loco canalis eſt in fundo foraminis oculi, cum veſtigio ſuo (*x*).

Penetrat ramus à ramo ſecundo nervi cerebri quinti, cum vaſis.

IV. Tertio loco eſt foramen ſupercilii (*y*).

Penetrat nervus à primo ramo quinti cerebri, cum vaſis.

V. Quartum exiguum eſt, circa longitudinem mediam commiſſurae oſſis frontis cum plano (*z*).

Introitus canaliculi eſt, qui ab eo inter os frontis (*a*) & cavernoſum (*b*) perforatur, collata parte ab utroque (*c*).

Inque fundo conceptaculi encephali patet (*d*), inter cribriformem

(*q*) *Oſſium t.* V. *ic.* VI. Q, Q.
Vide cap. XLV. §. VI.

(*r*) *Oſſium t.* I. *ic.* I. *inter* x r r & i t *in foramine oculi.*

(*s*) *Oſſium t.* I. *ic.* I. x.
Vide cap. XXXI. §. XIX.

(*t*) *Oſſium t.* I. *ic.* I. r r *in foramine oculi.*
Vide cap. XXVIII. §. XV.

(*v*) *Oſſium t.* I. *ic.* I. i *in foramine oculi*
Vide cap. XXVI. §. XXX.

(*w*) *Oſſium t.* I. *ic.* I. t *ſiniſtr. in foramine oculi.*
Vide cap. XXIX. §. VII.

(*x*) *Oſſium t.* I. *ic.* I. T, T.
Vide cap. XXVIII. §. XVIII.

(*y*) *Oſſium t.* I. *ic.* I. O.
Vide cap. XXIII. §. VIII.

(*z*) *Oſſium t.* IV. *ic.* VIII. s.

(*a*) *Oſſium t.* V. *ic.* II. f.

(*b*) *Oſſium t.* V. *ic.* III. z.

(*c*) Vide cap. XXIII. §. XIX. Et cap. XXVII. §. XX.

(*d*) *Oſſium t.* IV. *ic.* II. t: & *ic.* I. u *juxta* m.

mem oſſis cribriformis partem oramque proximam illius partis oſſis frontis, quae transverſa eſt.

Inter quae ſemicanalis ab eo per oram illam oſſis frontis antrorſum pergit (*e*), patens ad ſummas nares.

Ad quas per iter hoc nervus penetrat à primo quinti cerebri ramo emiſſus: cum eoque arteria.

VI. Hujus à parte poſteriore accedit alterum, idque minus (*f*), quod quintum eſt. Unde quoque canaliculus tendit inter os frontis (*g*), & cavernoſum (*h*).

Per quem arteria ex foramine oculi penetrat.

VII. Sexto loco canalis eſt, quem naſalem nominant.

Is incipit in cantho majore, tenditque deorſum.

In cantho primum ſecundum orbem foraminis oculi ſemicanalis eſt, patetque (*i*): poſt canalis plenus (*k*) eſt, ovatoque exitu pertinet ad nares (*l*).

Qua parte ſemicanalis eſt, tendit deorſum, ſed nonnihil oblique extrorſum in poſteriora (*m*). Unde plenus eſt, inde recurvat ſe leniter introrſum, minusque tendit retrorſum (*n*).

Patet deorſum in poſteriora ſub priori parte ſpongioſi inferioris (*o*).

Ubi ſemicanalis eſt, ibi fit ex ſinu oſſis unguis (*p*), & proceſſus maxillaris ad naſum eminentem pertinentis (*q*).

Ubi

(*e*) *Oſſium t.* IV. *ic.* I. u.
(*f*) *Oſſium t.* IV. *ic.* VIII. *&* II. v.
(*g*) *Oſſium t.* V. *ic.* II. h.
Vide cap. XXIII. §. XX.
(*h*) Vide cap. XXVII. §. XXI.
(*i*) *Oſſium t.* I. *ic.* III. w α.
(*k*) *Oſſium t.* V. *ic.* VIII. L.
(*l*) *Oſſium t.* IV. *ic.* II. q.
(*m*) *Oſſium t.* I. *ic.* III. *&* I. w α.
Et t. V. *ic.* VIII. L.
(*n*) *Oſſium t.* V. *ic.* VIII. L.
(*o*) *Oſſium t.* IV. *ic.* II. q *poſt* L *in ic.* I.
(*p*) *Oſſium t.* IV. *ic.* VIII. q.
Vide cap. XXXII. §. III. & IV.
(*q*) *Oſſium t.* IV. *ic.* VIII. r.
Vide cap. XXVIII. §. XXXIII.

Ubi plenus, maximam partem ex maxillari fit (*r*), completque eum os unguis tum à parte foraminis oculi (*s*), tum à parte naſi (*t*): & à parte naſi infra quoque complet ſpongioſum inferius (*v*).

Inhaeret, quem vocant ſaccum lacrymalem.

VIII. Addi ſeptimo loco poteſt canaliculus proceſſus lateralis oſſis multiformis (*w*).

Per quem penetrat arteria venaque meningis craſſae.

IX. Addi octavo loco canaliculus poteſt alius, qui in jugali eſt (*x*).

Per quem arteria penetrat, venulaque, ac nervulus.

CAPUT XLVII.

De foraminibus in naribus.

I. Alia praeterea in naribus, praeter conceptaculi encephali ſecunda (*y*), quaeque quarto (*z*) & ſexto loco (*a*) poſuimus foraminum oculorum, ac palati ſecunda (*b*).

II.

(*r*) *Oſſium t.* IV. *ic.* III. q q.
Vide cap. XXVIII. §. XXXIII.

(*s*) *Oſſium t.* IV. *ic.* VIII. *infra* q r.
Vide cap. XXXII. §. IV.

(*t*) *Oſſium t.* IV. *ic.* II. *imo angulo* I.
Vide cap. XXXII. §. VI.

(*v*) *Oſſium t.* IV. *ic.* XI. q.
Vide cap. XXXIII. §. IV.

(*w*) *Oſſium t.* V. *ic.* VI. U. *Et t.* I. *ic.* I. X.
Vide cap. XXVI. §. XLV.

(*x*) *Oſſium t.* IV. *ic.* IV. *infra* Δ.
Vide cap XXIX. §. X.

(*y*) *Oſſium t.* V. *ic.* I. ξ, ξ.
Vide cap XLV. §. III.

(*z*) *Oſſium t.* IV. *ic.* I. u.
Vide cap. XLVI. §. V.

(*a*) *Oſſium t.* IV. *ic.* II. q.
Vide cap. XLVI. §. VII.

(*b*) *Oſſium t.* V. *ic.* VIII. N.
Vide cap. XLVIII. §. II.

II. Duo ſunt, dextrum & ſiniſtrum, in parte poſtica & eadem ſuperiore laterum (*c*), magna, ovata.

Fiunt ex cornubus oſſium palati (*d*) cum baſi multiformis (*e*) ſub ſinu ejus convenientibus.

Nervos à ramis ſecundis quintorum cerebri ad nares cum vaſis admittunt.

III. Horum è regione retro canales ſunt proceſſuum aliformium oſſis multiformis (*f*).

In quos vaſa penetrant, & nervuli.

IV. Addi poſſunt minuta, quae in oſſibus naſi ſunt (*g*).

Per quae vaſcula penetrant.

CAPUT XLVIII.

De foraminibus in palato.

I. Et alia quoque in palato ſunt.

Canales duo, dexter & ſiniſter, veſtigio incipiunt in oſſe palati (*h*), à foramine imo, quod inter foramina narium numeravimus (*i*), tendente ad mediam poſticam commiſſuram oſſis maxillaris & palati (*k*).

Unde canalis tendit inter oſſa illa, ſic ut pars fiat ex utroque (*l*).

In-

(*c*) *Extrinſecus*, *oſſium t.* IV. *ic.* VIII. w.
Intrinſecus, *ic.* II. w.
(*d*) *Oſſium t.* IV. *ic.* II. V W.
Vide cap. XXXI. §. XX.
(*e*) *Oſſium t.* IV. *ic.* II. e.
(*f*) *Oſſium t.* V. *ic.* VI. V, V.
Vide cap. XXVI. §. XLIV.
(*g*) *Oſſium t.* I. *ic.* I. & III. u, u.
Vide cap. XXX. §. VIII.
(*h*) *Oſſium t.* V. *ic.* IX. o.
(*i*) Vide cap. XLVII. §. II.
(*k*) *Oſſium t.* V. *ic.* IX. p.
(*l*) *Ex oſſe palati*, *oſſium t.* IV. *ic.* IX. y.
Vide cap. XXXI §. XXV.
Ex maxillari, *ic.* III. y.
Vide cap. XXVIII. §. XXI.

Inque palato patet prope praeſepiolum intimum, pone ſuturam transverſam (*m*).

Per eos rami à ramis ſecundis nervorum quintorum cerebri ad palatum penetrant, cum vaſis.

Proximique ibi alii in proceſſu oſſis palati (*n*) inveniuntur.

II. Praetereaque à palato ad fundum narium canales pertinent duo, ore communi incipientes pone praeſepiola dentium primorum, in commiſſura oſſium maxillarium (*o*).

Penetrat cutis palati cum vaſculis & nervulis.

CAPUT XLIX.

De foraminibus in aure.

I. Alia denique in aure. Quorum, praeter illud, quod conceptaculi encephali nonum poſuimus (*p*), huc pertinent tantummodo duo.

II. Primum inter os ſquamoſum & petroſum eſt (*q*).

Penetrat tendo muſculi externi mallei, & radix prior chordae tympani.

III. Pars deinde oſſea tubae Euſtachii.

Ea canalis eſt rotundior: qui à parte priore & eadem inferiore tympani orſus, inde per petroſum tendit in priora introrſum, ſenſim nonnihil coarctatus.

In-

(*m*) *Oſſium t.* II. *ic.* I. P.
(*n*) *Oſſium t.* II. *ic.* I. *infra* P.
Vide cap. XXXI. §. XXVI.
(*o*) *Oſſium t.* II. *ic.* I. M N N.
Vide cap. XXVIII. §. X.
(*p*) Vide cap. XLV. §. X.
(*q*) *Oſſium t.* II. *ic.* I. Z.
Vide cap. XXV. §. XXXIII.

Infraque in petroſo deſinit (r), procurrente tantummodo veſtigio per baſem calvariae ad internam partem radicis proceſſus aliformis usque (s).

Quod veſtigium fit partim ex petroſo (t), partim è proceſſu laterali multiformis (v), ubi connexa ſunt inter ſe.

CAPUT L.

Index foraminum in calvariae circuitu exteriore.

I. Dictum eſt de foraminibus. Sed, quoniam ad exteriorem calvariae circuitum tum pleraque conceptaculi encephali, tum aliqua foraminum oculorum, tum quae palati, quaeque aurium ſunt, pertinent, ordinem eorum ſeriemque non incommodum videtur per circuitum illum indicare.

II. In vertice primum conceptaculi encephali ſexta & decima (w): per quae penetrant arteriae & venulae ad meningem craſſam.

In naſo, minuta oſſium naſi (x): per quae vaſcula penetrant.

In ſuperciliis, tertia foraminum oculorum (y): per quae penetrant nervi à primis ramis quintorum cerebri, cum vaſis.

Infra orbes in genis, eorundem foraminum ſecunda (z): per quae penetrant rami à ramis ſecundis nervorum cerebri quintorum, cum vaſis.

Eo-

(r) *Oſſium t.* II. *ic.* I. α. Vide cap. XXV. §. XXXIV.

(s) *Oſſium t.* II. *ic.* I. β γ.

(t) *Oſſium t.* II. *ic.* I. γ. Vide cap. XXV. §. XXXIV.

(v) *Oſſium t.* II. *ic.* I. β. Vide cap. XXVI. §. XXVI.

(w) *Oſſium t.* I. *ic.* II. N, N. Vide cap. XLV. §. XX.

(x) *Oſſium t.* I. *ic.* II. & III. u, u. Vide cap. XLVII. §. IV.

(y) *Oſſium t.* I. *ic.* I. O, P. Vide cap. XLVI. §. IV.

(z) *Oſſium t.* I. *ic.* I. T, T *infer.* Vide cap. XLVI. §. III.

Eorundemque octava, itidem in genis, ab externo orbium latere (*a*): per quae arteriae penetrant, venulaeque, ac nervuli.

In foramine ipſo, in cantho majore, ſextum foraminis illius (*b*): qui eſt canalis naſalis.

In latere interno, quartum ejusdem (*c*): per quod nervus penetrat à primo quinti cerebri ramo emiſſus, cum arteria.

In eodem latere interno, quintum (*d*), poſt quartum: per quod arteria penetrat.

In foramine intimo, tertium conceptaculi encephali (*e*): per quod penetrat nervus opticus, & arteria à carotide interna emiſſa.

Ibidemque ab ejus latere externo, quartum conceptaculi ejusdem (*f*): per quod penetrat cerebri nervus tertius, quartusque, ac quinti ramus primus, nervusque ſextus, craſſaque meninx cum vaſis.

Ab ejus latere externo exitus canaliculi, quem inter foramina foraminis oculi ſeptimo loco numeravimus (*g*): per quem arteria meningis craſſae penetrat, venaque.

Infra latus externum, primum foraminis oculi (*h*): rima, per quam membrana penetrat, cum vaſis.

Ante hoc, propter orbem, foraminis oculi octavum (*i*): per quod vaſcula penetrant, & nervulus.

In

(*a*) *Oſſium t.* I. *ic.* I. *&* III. *ſupra t in gena.*
Vide cap. XLVI. §. IX.

(*b*) *Oſſium t.* I. *ic.* I. *&* III. W *α.*
Vide cap. XLVI. §. VII.

(*c*) *Oſſium t.* IV. *ic.* VIII. S.
Vide cap. XLVI. §. V.

(*d*) *Oſſium t.* IV. *ic.* VIII. V.
Vide cap. XLVI. §. VI.

(*e*) *Oſſium t.* I. *ic.* I. Q.
Vide cap. XLV. §. IV.

(*f*) *Oſſium t.* I. *ic.* I. R.
Vide cap. XLV. §. V.

(*g*) *Oſſium t.* I. *ic.* I. X.
Vide cap. XLVI. §. VIII.

(*h*) *Oſſium t.* I. *ic.* I. *inter* X Y *&* i t *in foramine oculi.*
Vide cap. XLVI. §. II.

(*i*) *Oſſium t.* IV. *ic.* IV. *infra* A.
Vide cap. XLVI. §. IX.

In fundo, ſecundum ejusdem foraminis (*k*): per quod penetrat ramus à ramo ſecundo nervi cerebri quinti, cum vaſis.

In palato, poſt dentes primores, ſecunda ejus (*l*): per quae cutis palati penetrat, cum vaſculis & nervulis.

In palato intimo, ejusdem prima (*m*): per quae penetrant rami à ſecundis ramis quintorum nervorum cerebri, cum vaſis. Et quae accedunt (*n*).

Infra ſinum temporis, foraminis oculi primum (*o*): rima, per quam membrana cum vaſis penetrat.

Inde in baſi calvariae, mox pone proceſſus aliformes, conceptaculi encephali ſeptima (*p*): per quae penetrant nervorum quintorum cerebri rami tertii.

Statim poſt haec, octava (*q*): per quae penetrant arteriae & venae ad meningem craſſam.

Poſt haec exitus tubarum Euſtachii (*r*), cum veſtigiis ſuis (*s*).

Ab externo latere exitus tubarum, aurium prima (*t*): per quae penetrant tendines muſculorum externorum malleorum, & radices priores chordarum tympanorum.

Poſt eosdem, ſexta conceptaculi (*v*): per quae carotides internae penetrant, cum nervis intercoſtalibus.

Quo-

(*k*) *Oſſium t.* I. *ic.* I. T. Vide cap. XLVI. §. III.
(*l*) *Oſſium t.* II. *ic.* I. M N N. Vide cap. XLVIII. §. II.
(*m*) *Oſſium t.* II. *ic.* I. P, P. Vide cap. XLVIII. §. I.
(*n*) *Oſſium t.* II. *ic.* I. *infra* P, P. Vide cap. XLVIII. §. I.
(*o*) Vide cap. XLVI. §. II.
(*p*) *Oſſium t.* II. *ic.* I. Q, Q. Vide cap. XLV. §. VIII.
(*q*) *Oſſium t.* II. *ic.* I. R, R. Vide cap. XLV. §. IX.
(*r*) *Oſſium t.* II. *ic.* I. α, α. Vide cap. XLIX. §. III.
(*s*) *Oſſium t.* II. *ic.* I. βγ, βγ. Vide cap. XLIX. §. III.
(*t*) *Oſſium t.* II. *ic.* I. Z, Z. Vide cap. XLIX. §. II.
(*v*) *Oſſium t.* II. *ic.* I. S, S. Vide cap. XLV. §. VII.

Quorum ab interno latere, conceptaculi decima (*w*): per quae penetrant cerebri nervi octavi, & qui à ſpinae medulla recurrunt.

Poſt, ejusdem undecima (*x*): per quae ſinus laterales meningis craſſae penetrant, & arteriae ad meningem.

Ab externo horum latere, exitus aquaeductuum Falloppii (*y*), qui ad nona conceptaculi pertinent: per quos exitus penetrant auditus nervi, qui vocantur duri.

Ab interno undecimorum illorum latere, duodecima conceptaculi (*z*): per quae penetrant cerebri nervi noni.

Poſt haec, poſtque tubera oſſis occipitis, conceptaculi tertia & decima (*a*): per quae venae vertebrales penetrant.

Inter illa, occipitis magnum (*b*): per quod medulla oblongata penetrat, arteriaeque vertebrales, ac nervi à ſpinae medulla recurrentes.

Denique poſt proceſſus mammillares, quinta & decima conceptaculi (*c*): per quae venae occipitii penetrant, & arteriae parvae ad meningem craſſam.

III. Caeterum vaſcula ſanguifera, nervulosque, ac membranas, quae per foramina penetrant, minutius & ſcrupuloſius perſecutus non ſum; quippe qui ad earum rerum hiſtoriam referre id malo.

(*w*) *Oſſium t.* II. *ic.* I. T, T. Vide cap. XLV. §. XI.
(*x*) *Oſſium t.* II. *ic.* I. U, U. Vide cap. XLV. §. XII.
(*y*) *Oſſium t.* II. *ic.* I. V, V. Vide cap. XLV. §. X.
(*z*) *Oſſium t.* VI. *ic.* IV. *v*, *v*. Vide cap. XLV. §. XVI.
(*a*) *Oſſium t.* II. *ic.* I. W. Vide cap. XLV. §. XVII.
(*b*) *Oſſium t.* II. *ic.* I. X. Vide cap. XLV. §. XVIII.
(*c*) *Oſſium t.* II. *ic.* I. Y, Y. Vide cap. XLV. §. XIX.

CAPUT LI.

De maxilla, quae appellatur inferior.

I. Maxilla inferior una eſt, infra adjuncta ſuperiori (*d*), mobiliſque.

II. Simillima ei eſt parte prima (*e*), ſimiliter incurva, ora ſimili, praeſepiola continente totidem, ſed directa ſurſum (*f*).

Differunt autem praeſepiola, ut dentes infixi. Quocirca decem prima, ut radices infixae, ſimplicia ſunt (*g*): reliqua, ut radices, gemina, parte altera priore, altera poſteriore (*h*).

Eorumque qui ſecant primorum duorum, brevia. Paulo longiora eorum, qui ab utraque parte aſtant. Longiſſima caninorum. His breviora maxillarium primorum, ſed longiora quam eorum qui ſecant. Maxillarium quae ſequuntur, fere breviora & breviora, ut ſequuntur.

Caeteris, praeter magnitudinis & formae quandam differentiam, fere ſimilia ſunt ſuperioribus.

Denſior autem pars haec maxillaris eſt maxilla ſuperiore, neque praeſepiola tantundem eminent extrinſecus (*i*).

Ac cum ſuperiore ſic componitur, ut reſpondeat, dentesque adverſi ſint (*k*).

III.

(*d*) *Oſſium t.* I. *ic.* I. II. III. A.

(*e*) *Oſſium t.* I. *ic.* I. II. III. A *infer.*

(*f*) *Oſſium t.* II. *ic.* II. υ, φ, χ, ψ, ω, Γ, Δ, Θ: υ, φ, χ, ψ, ω, Γ, Δ, Θ.

(*g*) *Oſſium t.* II. *ic.* II. υ, φ, χ, ψ, ω: υ, φ, χ, ψ, ω.

(*h*) *Oſſium t.* II. *ic.* II. Γ, Δ, Θ: Γ, Δ, Θ.

(*i*) *Oſſium t.* I. *ic.* I. & III. *infra* π, ρ, σ, τ, υ, φ, χ, ψ *inferior.*

(*k*) *Oſſium t.* I. *ic.* I. II. III. A.

III. Infraque ora illa in baſem quandam, forma reſpondentem & craſſitudine, deſinit, fere duplicata altitudine (*l*).

Per quam, eamque duram, valentior eſt, apteque infra finitur, ora rotundiore (*m*): quippe ibi alteri oſſi non continens.

IV. Hujus partis primae ab extremis partibus veluti ramos habet, dextrum laevumque, in quos tota migrat, ſurſum tendentes & oblique retrorſum (*n*). Iis ad tempora procedit, inque baſi calvariae ante aures innititur (*o*).

Lati ſunt, latitudine, ſicuti pars maxillaris proxima, in latera directi (*p*), ab utroque depreſſiores, tenuiores, ſolidiores, ac veluti compreſſi ab inſidentibus muſculis, maſſeteribus ab exteriore, pterygoïdeis internis à parte interiore.

Forma rhomboïdi ſimiles ſunt: cujus latus inferius rectum & transverſum; unde prius & poſterius obliqua, poſterius modice ſinuatum, prius infra fere gibbum, ſupra ſinuatum (*q*).

V. Supra autem quaſi bicornes ſunt, deſinuntque in proceſſus duos, poſteriorem & priorem, ſinu inter eos lunato, acutoque (*r*).

VI. Proceſſuum poſterior praecipuus eſt: quippe ad articulum pertinens, innitensque (*s*).

Paulatim, ut aſcendit, lateſcit in latera, introrſum maxime, lateribus ſinuatis, praeſertim interiore (*t*): quae pars collum vocatur. Deſinitque ſecundum latitudinem ſuam totam in capitulum oblongum, & tum per longitudinem, tum intra partem priorem & poſteriorem gibbum (*v*).

La-

(*l*) *Oſſium t.* I. *ic.* I. II. III. *infra* A.
(*m*) *Oſſium t.* II. *ic.* III.
(*n*) *Oſſium t.* I. *ic.* III. A *ſuper.*
(*o*) *Oſſium t.* I. *ic.* III. C.
(*p*) *Oſſium t.* I. *ic.* III. A *ſuper.*
(*q*) *Oſſium t.* I. *ic.* III. A *ſuper.*
(*r*) *Oſſium t.* I. *ic.* III. C, B.
(*s*) *Oſſium t.* I. *ic.* III. C.
(*t*) *Oſſium t.* II. *ic.* II. *infra* Ξ: & *ic.* III. *ſupra* A.
(*v*) *Oſſium t.* II. *ic.* III. A: & *ic.* II. A Ξ.

Latitudo colli, capitulique longitudo, diriguntur ab altera parte antrorſum, ab altera retrorſum, ſed oblique, ut ab exterioribus partibus ad interiores declinent retrorſum (*w*), dextraque & ſiniſtra priori parte ſua altera in altera aliquantum directa ſint (*x*).

Curvaturque collum in priora leniter (*y*), eoque capitulum oblique antrorſum dirigitur vertice ſuo (*z*).

Is cartilaginoſus eſt, circaque mediam longitudinem eminentior (*a*).

VII. Recipiuntur capitula per eos ſinus, qui mox ante foramina aurium in oſſibus temporum ſunt (*b*).

Committuntur autem cum priore ſinuum parte, tuberculiſque ibi eos terminantibus.

Verum interpoſitus eſt orbis cartilaginoſus, tenuis, flexilis, abſolutus ab oſſibus, mobiliſque. Qui ſe ab altera parte ad capitulum, ab altera ad tuberculum ſinumque adaptat, apte conjungens (*c*), ſive immota ſedeat maxilla, ſive moveatur. Adaptatque ſe tum flexilitate ſua, tum mobilitate, capitulum ſi movetur.

VIII. Maxillae per hos articulos mobilitas ſingularis eſt..

Deducitur à ſuperiore, capitulis ad ſinuum priorem partem, & ad eam tuberculorum, quae ad ſinum pertinet, deorſum verſis. Rurſusque adducitur, ſurſum verſis iisdem.

Producitur, capitulis è ſinibus ſubter tubercula delabentibus. Reducitur, receptis in ſinus.

Oblique aut in dextram, aut in ſiniſtram agitur, quando alterum capitulum ſe in ſinu ſuo ad tuberculum quaſi circum axem ſuam

(*w*) *Oſſium t.* II. *ic.* II. Λ Ξ *& infra* Ξ: *& ic.* III. Λ *& ſupra* Λ.

(*x*) *Oſſium t.* II. *ic.* II. Λ Ξ *& infra* Ξ *dextr. & ſiniſtr.*

(*y*) *Oſſium t.* I. *ic.* III. C. *Et t.* II. *ic.* II. *infra* Ξ.

(*z*) *Oſſium t.* II. *ic.* II. Ξ.

(*a*) *Oſſium t.* II. *ic.* II. Ξ.

(*b*) *Oſſium t.* I. *ic.* III. C.

(*c*) *Oſſium t.* I. *ic.* III. D.

ſuam quodammodo vertit, eodemque tempore alterum ex ſuo ſinu excidens, ſub tuberculo in priora ſimul & in oppoſitum latus fertur, exiguum illo curſu arcum quaſi decircinans. Reſtituiturque contrario modo.

Ex quibus praeterea multiplici ratione concurrentibus movetur modis pluribus.

Articulique & ſtabiles ſunt, & per interpoſitum orbem, qui impetum frangit, mollitudine quadam obſequuntur.

IX. Cornu prius ſurſum tendit, eodem quo ramus poſitu (*d*), ſed modice inclinatum in exteriora (*e*).

Ubi incipit, latius, in faſtigium exacuitur, ſenſim extenuatum (*f*).

Subit zygoma (*g*), ac veluti occurrit temporali, qui affixus.

Retrorſumque leniter quaſi aduncum eſt (*h*); quo verſus trahit temporalis pars major.

A priori parte ora per altitudinem finitur gemina, interiore retractiore, ſinu intermedio (*i*).

X. Ora autem maxillaris à baſi ſua per latera, inde fere ab imis praeſepiolis maxillarium ſecundorum, ſenſim oblique ſurgit, ſic ut extrinſecus ultra oram illam maxillarem baſis (*k*), intrinſecus ultra baſem emineat ora maxillaris (*l*), eo magis, quo propius ramos ventum eſt.

Itaque fit, ut juxta ramos ora maxillaris, ut convenit, incurva ſit, & tamen baſis diductior ſit, cum eaque rami ſpatium relinquant

(*d*) *Oſſium t.* I. *ic.* III. B.
(*e*) *Oſſium t.* II. *ic.* II. Π.
(*f*) *Oſſium t.* I. *ic.* III. B. *Et t.* II. *ic.* II. Π.
(*g*) *Oſſium t.* I. *ic.* III. B.
(*h*) *Oſſium t.* I. *ic.* III. B.
(*i*) *Oſſium t.* I. *ic.* I. *juxta* B. *Et t.* II. *ic.* II. Σ, *& quod infra eſt.*
(*k*) *Oſſium t.* II. *ic.* II. *à latere exteriore* ω Γ Δ Θ.
(*l*) *Oſſium t.* II. *ic.* III. *infra* Ψ.

quant intra dextram laevamque majus, ramique ad calvariam recta pertineant.

Baſis maxillae, qua parte extrinſecus ultra oram maxillarem eminet, migrat in oram exteriorem (*m*) earum, quibus cornu prius à priori parte finitur.

Ora maxillaris, qua parte intrinſecus eminet ultra baſem, migrat in orarum earundem interiorem (*n*).

XI. Caeterum maxilla à lateribus planior eſt, inque priora leniter deorſum tendit, & anguſtatur: eaque parte genarum pars eſt (*o*).

Priori parte infra acumine deſinit extremo, prominulo, gibbo, fere triangulari, ex ima baſi ſurgente (*p*): quod mentum eſt.

A poſtica autem parte patet, cavaque eſt, ac fauces verſus diducta (*q*): eoque fundo oris faucibusque locum praeſtat, ac linguam, & quae circa ſunt, continet, recipit.

XII. Notae muſculorum in ea ſunt.

Intrinſecus poſt imum mentum ſcrobes inaequabiles (*r*), quibus biventres affiguntur.

XIII. Mox ſupra eas in medio eminentia (*s*), quae ſuperiore parte major, ac fere tuberculis procurrit duobus, dextro laevoque.

A parte inferiore geniohyoïdei incipiunt, à ſuperiore genioglOſſi.

XIV. In lateribus eminentiae oblongae (*t*), unde mylohyoïdei incipiunt.

XV. In ramorum angulo, quem infra habent, eminentia, quae aliis in ipſo angulo tuberculata eſt (*v*); cui pterygoïdeus internus affigitur.

XVI.

(*m*) *Oſſium t.* II. *ic.* II. *ab exteriore latere* Θ.
(*n*) *Oſſium t.* II. *ic.* II. Σ.
(*o*) *Oſſium t.* I. *ic.* III. A A.
(*p*) *Oſſium t.* I. *ic.* I. *infra* A.
(*q*) *Oſſium t.* I. *ic.* II. A.
(*r*) *Oſſium t.* I. *ic.* II. o, o.
(*s*) *Oſſium t.* I. *ic.* II. ε.
(*t*) *Oſſium t.* I. *ic.* II. δ, δ.
(*v*) *Oſſium t.* I. *ic.* II. ξ, ξ.

XVI. Sinus in collo leniter inaequabilis, mox infra partem priorem capituli, juxta latus interius (*w*); cui affigitur pterygoïdeus externus.

XVII. Extrinſecus in ramis prope totis plagae (*x*), quibus maſſeteres affiguntur: angulusque ibi tuberculatus eminet extrorſum (*y*).

XVIII. Medio in ramo utroque intrinſecus ſemicanalis eſt brevis, oris acutis: quarum prior à principio ſurſum aliquantum eminet, parvi aculei modo (*z*); aliis autem ibi rotundior eſt.

Qua incipit, patentior, ſenſim anguſtior, tendit deorſum oblique in priora (*a*).

Migrat is in canalem, qui intus per os procedere eodem modo pergens, ſubter radices dentium tendit.

Haud longe à fine ſuo infra maxillares primos patet ad exteriora, exitu retrorſum ſimul & oblique ſurſum directo (*b*).

Per eos nervi pertinent à ramis tertiis nervorum quintorum cerebri, cum vaſis: quorum rami per exitus penetrant foras.

XIX. Ab inferiore parte ſemicanalis mododicti veſtigium oblongum tendit deorſum in priora, paulatim exilius (*c*): per quod ramus procedit nervi ejusdem.

Aliis loco veſtigii canaliculus eſt, aut partim veſtigium, partim canaliculus.

(*w*) *Oſſium t.* II. *ic.* II. *infra* Z.

(*x*) *Oſſium t.* I. *ic.* III. *v.*

(*y*) *Oſſium t.* I. *ic.* III. *v angulus infer.*

(*z*) *Oſſium t.* I. *ic.* II. U.

(*a*) *Oſſium t.* I. *ic.* II. U.

(*b*) *Oſſium t.* I. *ic.* I. & III. V.

(*c*) *Oſſium t.* I. *ic.* II. W.

CAPUT LII.

De capitis poſitu, & mobilitate.

I. Ac capitis ratio haec eſt. Quod cervici inſiſtens, perque eam ſupereminens, directum in priora, facie eam in partem vergente (*d*).

II. Cervicique ſic inſiſtit, ut ultra circumcirca emineat, lateribus minus, retro magis longiusque.

Et ante veluti procurrit, ubi nimirum oculi ſunt, nares, os; quorum id cauſſa uſui nobis eſſe, oſtendi poſſet.

III. Perque articulos ſuos ſuper vertebram ſummam in priora inclinatur, & in tergum.

Cum ſumma convertitur tum in dextram, tum in laevam.

Inflexione praeterea colli mobile in partem omnem.

CAPUT LIII.

De coxis.

I. Quare quoniam de ſpina, iisque quae ſuſtinet, actum eſt, ad fundamentum ejus proficiſcimur, coxas.

Earum oſſa duo ſunt, dextrum & ſiniſtrum, ampla, valentia: quibus ſpina infra adaugetur (*e*).

II.

(*d*) *Sceleti t.* I. II. III.

(*e*) *Sceleti t.* I. $\beta-\mu$, $\beta-\mu$ *in coxis. Et t.* II. g—m, g—m *in coxis. Et t.* III. Σ—b, c—f *in coxis.*

II. Tres autem generatim partes oſtendunt. Poſterior eademque major ac ſupra eminens ilium vocatur (*f*): hac minor media quae in latere, iſchium (*g*): minima, eaque prior, os pubis (*h*).

III. Per laterum circuitum orbiculata ſunt, à parte poſteriore in priorem (*i*).

Ab oſſe ſacro videri poſſunt incipere: à cujus lateribus latiore in pubem curvamine pertinent conveniuntque (*k*).

Atque illic cum ſacro coagmentantur parte illa, quae ilium nominatur: hic componuntur inter ſe illa, quae vocatur os pubis. Eaeque commiſſurae firmae ſunt, ſic tamen, ut dimoveri aliquantum poſſint.

IV. In partes autem diſtribui poſſunt duas, obliquitate curvaminis diverſas. Quarum altera ſuperior & poſterior & amplior eſt, fitque ex oſſe ilium (*l*): altera inferior & prior & minor, fit ex iſchio cum oſſe pubis (*m*).

Fereque ex interiore parte diſcriminantur ora quadam transverſa ſinuataque, quae retro ante commiſſuram cum ſacro fit ex imo oſſe ilium, indeque ex iſchio (*n*). Extrinſecus autem terminus poni inter eas in confinio ilium iſchiique poteſt (*o*).

Superior, praeterquam quod cum ſacro committitur, praeterea ad abdomen pertinet. Inferior, praeterquam quod ea dextrum

(*f*) *Oſſium t.* XXIII. *ic.* II. & I. *ſupra* XX: & *ic.* IV. & III. *ſupra* I.

(*g*) *Oſſium t.* XXIII. *ic.* I. II. III. IV. b b b.

(*h*) *Oſſium t.* XXIII. *ic.* I. II. III. IV. c c c.

(*i*) *Oſſium t.* XXIII. *ic.* I. II. III. IV.

(*k*) *Sceleti t.* I.

(*l*) *Oſſium t.* XXIII. *ic.* II. & I. *ſupra* XX: & *ic.* IV: & III. *ſupra* I.

(*m*) *Oſſium t.* XXIII. *ic.* I. & II. *infra* XX: & *ic.* III. & IV. *infra* I.

(*n*) *Oſſium t.* XXIII. *ic.* III. & IV. a. *infer.* & I.

(*o*) *Oſſium t.* XXIII. *ic.* I. & II. *circa* XX.

trum os laevumque conjunguntur inter ſe, pertinet ad pelvem, continetque coxae articulum.

v. Nunc perſequemur ſingula.

Ac primum os ilium in confinio iſchii latum eſt, indeque pandit ſe ſurſum retrorſumque (*p*).

Infraque à parte poſteriore ora transverſa finitur, per longitudinem undulata (*q*). Siquidem ea ante lunata eſt (*r*), poſt deorſum procurrente mucrone hebete gibba (*s*), poſtque eum rurſus ſinuata in fine (*t*).

Ante finitur ora recta poſitu, infra per altitudinem gibba (*v*), ſupra ſinuata (*w*). Quae ora differt à poſteriore longitudine parum, aliquanto brevior.

Interque eas ora, ubi ſupra deſinunt, terminat multo longior, quaſi ſemicircularis, gibbaque, quam criſtam nominant (*x*).

Interque hos terminos qua parte latiſſimum eſt latius eſt, quam qua parte altiſſimum altius.

Directaque amplitudo ab altera parte introrſum (*y*), ab altera extrorſum (*z*).

vi. Ex interiore parte diſtincta amplitudo illa eſt in partes duas, magnitudine differentes, formaque, ac poſitu.

Poſterior altera (*a*), altera prior (*b*).

VII.

(*p*) *Oſſium t.* XXIII. *ic.* II. *ſuprà* x x: & *ic.* IV. *ſupra* i.

(*q*) *Oſſium t.* XXIII. *ic.* II. & IV. a *infer.*

(*r*) *Oſſium t.* XXIII. *ic.* II. a *infer.*

(*s*) *Oſſium t.* XXIII. *ic.* II. *circa* o.

(*t*) *Oſſium t.* XXIII. *ic.* II. *poſt* o.

(*v*) *Oſſium t.* XXIII. *ic.* II. & IV. a *anter.*

(*w*) *Oſſium t.* XXIII. *ic.* II. & IV. *ſupra* a *anter.*

(*x*) *Oſſium t.* XXIII. *ic.* II. & IV. h.

(*y*) *Sceleti t.* I. β *in coxa.*

(*z*) *Sceleti t.* II. g *in coxa.*

(*a*) *Oſſium t.* XXIII. *ic.* IV. y y f.

(*b*) *Oſſium t.* XXIII. *ic.* IV. β.

VII. Poſterior minor, depreſſior, inaequabilis (*c*): qua cum ſacro componitur (*d*).

Itaque lateri ejus obliquitate poſitus reſpondet convenitque, inde à ſuperiore parte introrſum declivis, à poſteriore in priorem nonnihil in latus obliqua: ſic nimirum, ut ea os dextrum ſiniſtrumque à ſuperiore parte in inferiorem ſenſim aliquantum adducantur alterum ad alterum, à poſteriore in priorem diducantur, interque eas ſacrum veluti defigatur.

VIII. Partis autem hujus pars prior planities eſt (*e*) reſpondens illi, quae in latere ſacri eſt (*f*); cum eaque apte coagmentatur.

Igitur ampla eſt, ut illa; inaequabilis, ſimilique modo cartilaginoſa (*g*).

Inflexaque, ut illa, ſic ut cubitus prior ſit, ab eoque veluti cornua tendant retrorſum, ſurſum alterum, alterum deorſum oblique (*h*).

Inque cubito latior eſt: à quo cornua anguſtiora, fine rotundo (*i*).

Cornu ſuperius inferiore brevius, circa mediam latitudinem inter oram inferiorem criſtamque definit (*k*).

Cornu autem inferius ſecundum oram inferiorem in mucronem, quo illa infra procurrit (*l*), pertinet (*m*).

Per quem mucronem fit, ut ilium ſacrum contingat parte majore,

(*c*) *Oſſium t.* XXIII. *ic.* IV. f yy.
(*d*) *Sceleti t.* I. & II.
(*e*) *Oſſium t.* XXIII. *ic.* IV. & III. f.
(*f*) Vide cap. VI. §. XL. & *ſeq.*
(*g*) *Oſſium t.* XXIII. *ic.* IV. & III. f.
(*h*) *Oſſium t.* XXIII. *ic.* IV. f.
(*i*) *Oſſium t.* XXIII. *ic.* IV. f.
(*k*) *Oſſium t.* XXIII. *ic.* IV. f.
(*l*) Supra §. V.
(*m*) *Oſſium t.* XXIII. *ic.* IV. f.

jore, & non modo cum parte ejus ſuperiore, ſed etiam infra eam committatur.

Continetur haec commiſſura ligamentis ſic, ut firma ſit, nec niſi nonnihil dimoveri poſſit.

IX. Statim poſt hanc pars poſterior contra ſacri quoque latus eſt, ubi ſcrobes ejus ſuperiores duae ſunt, extremique proceſſus transverſi tres. Sed diſtat tamen ab eá aliquantum.

Haec magis inaequabilis, & ſupra infraque veluti aſperata (*n*), ſacro valide alligatur.

Et retro quoque ultra ſacrum prominet modice (*o*).

X. Amplitudinis interioris pars prior multo major eſt (*p*).

Eaque infra primum à cubito planitiei cartilaginoſae in proximam ſuperiorem iſchii partem pertinet, transverſa, ſinuata, aequabilis, longitudini latitudine fere aequalis, per latitudinem gibba (*q*). Pars pelvis orae ſuperioris eſt.

XI. Supra hanc oram proximumque iſchium amplitudinis inſignis eſt (*r*).

Dextrum laevumque hac parte fundamentum ſunt imorum ventris laterum, juxta partem poſteriorem; quae, deorſum verſus paulatim coanguſtata, inteſtina ſuſtinent.

Itaque modice in latera reclinantur, & quaſi reſupinantur; quaque ſpectat alterum alterum pateſcunt, ac ſinuata ſunt (*s*).

Sinuata autem profundius, quam venter poſtulat: implet enim iliacus internus.

XII. Ea autem in parte foramina ſunt, quae, quia viſenda, comme-

(*n*) *Oſſium t.* XXIII. *ic.* IV. *&* III. y y.

(*o*) *Sceleti t.* II.

(*p*) *Oſſium t.* XXIII. *ic.* IV. *β.*

(*q*) *Oſſium t.* XXIII. *ic.* IV. *ante* f.

(*r*) *Oſſium t.* XXIII. *ic.* IV. *β.*

(*s*) *Sceleti t.* I. *β, β in coxis.*

memoro. Ante planitiem cartilaginoſam ſunt, non longe ab ea (*t*). Antrorſumque pertinent in os, penetrantibus vaſis.

XIII. Interiori huic parti exteriore, quam dorſum vocamus, reſpondent quidem, ſed multum tamen differunt (*v*).

Pars ejus prior ex transverſo primum leniter ſinuata (*w*), dein gibba eſt, maximeque eminet ante medium (*x*), per altitudinem ſinuata leniter.

Poſt hanc ſinuatum (*y*). Poſt ſinum leniter gibbum (*z*).

Plagisque diſtinctum atque eminentiis, ubi muſculi affiguntur.

XIV. Nempe priori in parte, quae ſupra iſchium eſt, plaga magna eſt (*a*), cui gluteus minor affigitur.

Ea terminatur ante ſecundum ſinuatam partem orae prioris: ab eaque ſupra infraque procurrente veluti linea eminente, perque parvas eminentias inaequabili.

Quarum linearum inferior infra primum gibba transverſaque, dein ſinuata, oblique deſcendit retrorſum ad confinia iſchii (*b*).

Superior arcuata, ſinu deorſum directo, tendit quoque retrorſum, proxima primum criſtae, dein recedens ab ea magis ac magis in mediam dorſi altitudinem oram inferiorem verſus (*c*).

XV. Dein ultra hanc plagam altera, magna quoque, intra lineam mododictam ſuperiorem & criſtam (*d*). Ubi affigitur gluteus medius.

Haec ante peranguſta, lateſcit retrorſum magis magisque, & à par-

(*t*) *Oſſium t.* XXIII. *ic.* IV. *inter* f & β.

(*v*) *Oſſium t.* XXIII. *ic.* II.

(*w*) *Oſſium t.* XXIII. *ic.* II. *ante* p.

(*x*) *Oſſium t.* XXIII. *ic.* II. p.

(*y*) *Oſſium t.* XXIII. *ic.* II. *poſt* p.

(*z*) *Oſſium t.* XXIII. *ic.* II. r.

(*a*) *Oſſium t.* XXIII. *ic.* II. & I. p.

(*b*) *Oſſium t.* XXIII. *ic.* II. & I. *infra* p.

(*c*) *Oſſium t.* XXIII. *ic.* II. & I. *ſupra* p.

(*d*) *Oſſium t.* XXIII. *ic.* II. & I. q q.

à parte poſteriore finitur ora, quae à criſta curvata deorſum, terminat retro ſinuatam poſteriorem dorſi partem (*e*).

XVI. Poſt hanc gibba dorſi pars poſtrema mox infra criſtam leniter inaequabilis eſt (*f*). Ubi gluteus magnus affigitur.

XVII. Praeterea retro eminet ora inferior juxta partem exteriorem, fere ſpecie ſpinae (*g*). Ubi pyriformis affigitur.

XVIII. Oraque prior infra, ubi gibba eſt, eminet extrinſecus forma tuberculi ovati, ſecundum oram porrecti, & inaequabilis (*h*). Cui tendo affigitur praecipuus eorum, quibus rectus cruris incipit.

XIX. Criſtaque inaequabilis tota eſt (*i*), affiguntur que muſculi, ac ligamenta.

Notas autem fere oſtendit manifeſtiores duas.

XX. Quarum altera major atque inaequabilis eſt, retroque jacet ex interiore parte, ſecundum oram illam totam, quae contra ſacrum eſt (*k*). Ubi affigitur caput longiſſimo dorſi ac ſacrolumbali commune.

XXI. Altera mox ante hanc multo minor eſt (*l*). Cui affigitur quadratus lumborum.

XXII. Adde quod criſtae pars poſterior extrema ex interiore parte planitiem habuit ovatam, parvam, leniter cartilaginoſam (*m*).

Qua cum planitie ſacri committebatur, quae erat in tuberculo tertio, in quod extremus proceſſus transverſus tertius in dorſo ſacri migrat (*n*).

XXIII.

(*e*) *Oſſium t.* XXIII. *ic.* II. & I. *inter* r & q *proxim.*

(*f*) *Oſſium t.* XXIII. *ic.* II. r.

(*g*) *Oſſium t.* XXIII. *ic.* II. I. IV. III. o.

(*h*) *Oſſium t.* XXIII. *ic.* I. & II. n.

(*i*) *Oſſium t.* XXIII. *ic.* II. I. III. IV. h.

(*k*) *Oſſium t.* XXIII. *ic.* III. & IV. s.

(*l*) *Oſſium t.* XXIII. *ic.* III. & IV. t.

(*m*) *Oſſium t.* XXIII. *ic.* IV. & III. g.

(*n*) Vide ſupra cap. VI. §. XXXII.

XXIII. Craſſitudo fere ad hunc ſe habet modum.

Craſſius eſt in confinio iſchii. Craſſius quoque poſt hoc ora qua ad pelvem eſt, continueque parte poſteriore, qua contra ſacrum eſt.

Ante hanc pars ampla tenuior eſt, uſquequo in dorſo eminet gibba. Omnique circumcirca ex parte extenuatur medium verſus, quod totum tenue eſt, & ſolidius.

Rurſus ante hanc craſſum, ubi dorſum eminet gibbum.

A quo ſenſim in priora tenuius, ut ora prior tenuis ſit, praeterquam infra, ubi tuberculum eminet.

Criſtaque ubi os craſſius, craſſior cum eo eſt, hoc eſt, retro, & ante; media tenuior. Totaque reſpondet, praeterquam quod hic illic nonnihil ſupereminea t.

XXIV. Pergimus ad iſchium (*o*).

Id à confinio ilium anteque illud incipit.

Unde, contra atque illud, deorſum vergit, ſimulque ſe introrſum modice inclinat.

Pars prima articulo coxae ſedem praeſtat. Inde infra migrat in tuber. Ante cruribus procurrit duobus, quae oſſis pubis ſunt, inque pube coëunt in unum.

XXV. Pars prima latior eſt, ſenſim autem modiceque anguſtior à ſummo, veluti quadrangularis, oris acutis, poſteriore, & priore (*p*).

XXVI. Ea extrinſecus à latere nil niſi ſinus rotundus eſt (*q*), cui acetabuli nomen. Is caput femoris recipit (*r*).

XXVII.

(*o*) *Oſſium t.* XXIII. *ic.* I. II. III. IV. b b b.

(*p*) *Oſſium t.* XXIII. *ic.* I. II. III. IV. b b b.

(*q*) *Oſſium t.* XXIII. *ic.* I. *&* II. d e.

(*r*) *Sceleti t.* I. *inter* ζ *&* ξ *in coxis & femoribus. Et t.* II. *inter* i & n o *in coxis & femor. Et t.* III. *inter* Ψ Ω *&* g *in coxa & femore.*

XXVII. Ora acetabuli ſupra juxta ilium eminet magis: dein infra juxta tuber iſchii: dein ante, juxta pubis crus ſuperius (*s*). Eoque à partibus illis profundius eſt.

Oraque quodammodo undulata eſt, ratione certa. Supra in confinio ilium, ubi maxime prominet, gibba: inde tum retro ſecundum iſchium, tum ante inter ilium & pubis crus ſuperius, donec rurſus emineat, leniter ſinuata, ſinu poſteriore longiore: rurſusque qua utrobique eminet, hoc eſt, infra juxta radicem tuberis iſchii, anteque juxta pubis crus ſuperius, gibba: interque eminentias has deficit à parte priore (*t*).

XXVIII. Extremaque acutior eſt, inaequabilisque (*v*).

Annexum ibi ligamentum quoddam orbiculi ſpecie, anguſtum, ora finitum acuta, durum, cartilaginoſum.

Id ad acetabulum pertinet. Defectum receſſusque orae ſupplet, acetabulum reddit profundius, caput femoris apte arcteque complectitur retinetque, oraque quaedam eſt, quae, quum opus, aptet ſe, & cedat.

XXIX. Acetabulum autem diviſum eſt in partes duas (*w*). Quarum altera cartilaginoſa eſt (*x*), altera nuda (*y*).

XXX. Cartilaginoſa ad articulum pertinet, eaque ſola.

Lunata eſt, lataque, oraeque circuitum tenet (*z*).

Cornua ejus ſenſim anguſtata, ſatisque in fine disjuncta, deſinunt in parte priore & eadem inferiore, ubi orae deliquium eſt (*a*).

Hac in femore coxa innititur (*b*), & ad id verſatur.

Cir-

(*s*) *Oſſium t.* XXIII. *ic.* I. *&* II. *circum ſumma* e.

(*t*) *Oſſium t.* XXIII. *ic.* I. *&* II. *circum ſumma* e.

(*v*) *Oſſium t.* XXIII. *ic.* I. *ora* e.

(*w*) *Oſſium t.* XXIII. *ic.* I. e, d.

(*x*) *Oſſium t.* XXIII. *ic.* I. e.

(*y*) *Oſſium t.* XXIII. *ic.* I. d.

(*z*) *Oſſium t.* XXIII. *ic.* I. e.

(*a*) *Oſſium t.* XXIII. *ic.* I. e.

(*b*) *Sceleti t.* I. II. III.

Circum eam, ubi robore opus eſt majore, os craſſum eſt, ſupra maxime, retroque. Tenuius autem, ut ſinus profundior.

XXXI. Pars acetabuli nuda intra hanc lunam eſt, altius ſinuata, ultraque cornua extrema aliquantum pertinet, ad proximam nimirum oram foraminis magni coxae fere usque (*c*).

Profundior eſt parte poſteriore, ubi quoque cornu poſterius extremum circum radicem ſuam ſinuatum eſt (*d*).

Pars ejusdem interior ſinus rotundior eſt. Inter hanc & orae deliquium, quae ſupereſt, planior eſt (*e*).

Inhaeret articuli hujus ligamentum quod vocant teres, glandulaque mucipara, à preſſione tuta.

Perque orae diliquium vaſa ſanguifera tuto penetrant.

Tenuius hoc omne eſt, medium juxta partem poſteriorem maxime.

XXXII. Acetabulum autem oblique ponitur. In latus maxime dirigitur, & ſimul aliquantum deorſum, & modice quoque in priora (*f*).

Atque ita quidem, ut coxa quocunque poſitu inniti in femore queat, ſuperque illud quoquoverſus, ut neceſſe eſt, non impediente acetabuli, quamvis profundi, ora, inclinari: nempe in priora maxime, in latera quoque ſatis inſigniter, ac nonnihil in poſteriora.

XXXIII. Ex parte autem interiore iſchium ad pelvem totum eſt, depreſſius, ex transverſo modice ſinuatum, aequabile (*g*).

Ibique ſupra in confinio ilium, anteque illud, pars magna pelvis

(*c*) *Oſſium t.* XXIII. *ic.* I. d.
(*d*) *Oſſium t.* XXIII. *ic.* I. d.
(*e*) *Oſſium t.* XXIII. *ic.* I. d.
(*f*) *Sceleti t.* I. ϵζϵ *in coxa.*
(*g*) *Oſſium t.* XXIII. *ic.* III. *inter* b b b.

vis orae ſuperioris eſt: ad quam rotundum eſt, tum qua oſſi ilium continuatur, tum ante illud (*h*).

XXXIV. Interque hanc partem interiorem extremamque ab exteriore parte acetabuli oram retro admodum craſſum eſt; indeque antrorſum fit paulatim tenuius.

Retroque ab exteriore parte craſſitudo dorſo terminatur lato, forma quadrangulari, longiore quam latiore, depreſſoque, ac leniter ſcabro (*i*).

Id continue à proxima dorſi ilium parte, cum eaque, veluti reſupinatum eſt, retrorſumque oblique directum in latus (*k*).

XXXV. Extrinſecus ſupra in confinio ilium ora acetabuli inprimis inaequabilis eſt (*l*). Ubi affigitur ligamentum articulum circumcirca continens, & caput tendineum alterum recti cruris.

XXXVI. Ante autem, inter oram priorem ilium radicemque cruris ſuperioris oſſis pubis, iſchium ſinuatum eſt, ſupra acetabulum (*m*).

Sinum ab altera parte ora ilium terminat, ab altera eminentia inaequabilis, oblique antrorſum per ſummum porrecta (*n*).

Lenis eſt, patulusque, tendens antrorſum (*o*).

Per eum cauda communis iliaco interno pſoaeque magno procedit ad femur.

XXXVII. Infra denique in tuber migrat totum (*p*), tum ex parte interiore, tum extrinſecus ab acetabulo dorſoque ſuo. Quo nitimur ſedentes.

XXXVIII.

(*h*) *Oſſium t.* XXIII. *ic.* III. i.

(*i*) *Oſſium t.* XXIII. *ic.* II. *inter acetabulum* d e *infer.* & b *poſter.*

(*k*) *Sceleti t.* II. i *in coxa.*

(*l*) *Oſſium t.* XXIII. *ic.* I. & II. x x.

(*m*) *Oſſium t.* XXIII. *ic.* IV. III. I. *δ*.

(*n*) *Oſſium t.* XXIII. *ic.* IV. III. I. *ante infraque δ.*

(*o*) *Oſſium t.* XXIII. *ic.* IV. *δ*.

(*p*) *Oſſium t.* XXIII. *ic.* I. II. III. IV. *infra* k b *infer.*

XXXVIII. Tuber anguſtius eſt, craſſumque (*q*).

Retro autem, ut iſchii dorſum, unde venit, craſſius eſt, indeque ſe quoque extenuat antrorſum (*r*).

Falcatumque eſt: retro, ubi craſſum, gibbum per altitudinem: ante, ubi tenuius, ſinuatum (*s*).

Ante autem ſupra acutum eſt, pertinetque ad oram foraminis magni: infra fit crus inferius oſſis pubis (*t*).

Latitudine ſua intra partem gibbam ſinuatamque, ab altera parte ad partem externam eſt (*v*), ab altera ad internam (*w*), ſed oblique: quippe pars externa oblique antrorſum directa (*x*), interna retrorſum (*y*), ſicuti iſchium.

Ab iſchio autem aliquantum recurvatur extrorſum (*z*).

Et ab eodem intra partem exteriorem interioremque craſſius, inde ſe deorſum verſus paulatim extenuat (*a*).

XXXIX. Ex interiore parte ab iſchio depreſſius cum eo, atque aequabile eſt, ac nonnihil ex transverſo ſinuatum (*b*). Qua parte ad pelvem eſt.

XL. Extrinſecus, mox infra acetabulum dorſumque, veluti radicem habet, ex transverſo gibbum, per altitudinem ſinuatum (*c*). Per quem ſinum obturator internus flectitur.

XLI. Retro mox à radice tuber refert, in quod ibi deſinit (*d*). Hoc

(*q*) *Oſſium t.* XXIII. *ic.* I. II. III. IV. *infra* k b *infer.*

(*r*) *Oſſium t.* XXIII. *ic.* IV. *inter* b *infer.* & γ.

(*s*) *Oſſium t.* XXIII. *ic.* IV. *inter* b *infer.* & γ: & *ic.* III. I. II.

(*t*) *Oſſium t.* XXIII. *ic.* I. & III.

(*v*) *Oſſium t.* XXIII. *ic.* I. v u *proxim.*

(*w*) *Oſſium t.* XXIII. *ic.* III. *ſupra* m.

(*x*) *Sceleti t.* I. θ *in coxa.*

(*y*) *Sceleti t.* II. l *in coxa.*

(*z*) *Oſſium t.* XXIII. *ic.* I. & II. IV: & *ic.* III. IV.

(*a*) *Oſſium t.* XXIII. *ic.* II. IV.

(*b*) *Oſſium t.* XXIII. *ic.* III. *ſupra* m.

(*c*) *Oſſium t.* XXIII. *ic.* II. & I. *inter* l v & *acetabulum dorſumque.*

(*d*) *Oſſium t.* XXIII. *ic.* II. & I. l.

Hoc à radice rotundius circuitu, lateribus deinde longis ovatum, ante ſenſim anguſtius, in oram migrat anguſtam cruris inferioris oſſis pubis (*e*).

Circuitus pars interior in acumen humile ſurgit media (*f*).

Eam partem dorſum appellare poſſumus. Atque id gibbum eſt, & inaequabile: ſupra autem minus (*g*).

XLII. Supraque depreſſius, formatumque in plagas duas, exteriorem & interiorem.

Exterior incipit à ſummo, longior, ſenſimque deorſum verſus anguſtior (*h*). Cui caput ſemimembranoſi affigitur.

Interior brevior, quaſi ovata (*i*). Cui affigitur caput commune bicipiti cruris ac ſemitendinoſo.

XLIII. Infra haec dorſum magis gibbum eſt, magisque inaequabile (*k*).

Ubi pars exterior per longitudinem orae leniter diſtincta, affigiturque principium adductoris magni.

XLIV. Extrinſecus ſecundum confinia dorſi ſui leniter per longitudinem eminet (*l*). Ubi quadratus femoris affigitur.

XLV. Retro ora ſinuata ſupra eſt per altitudinem, ex transverſo gibba, & quaſi cartilaginoſa, laevisque (*m*). Atque ex interiore parte ſinuari os jam ante oram incipit, ſinuaturque ſenſim ad ſinum orae usque magis.

Sinuatae parti, quae ante oram eſt, obturator internus inſidet, ten-

(*e*) *Oſſium t.* XXIII. *ic.* II. *&* I. l.
(*f*) *Oſſium t.* XXIII. *ic.* II. l.
(*g*) *Oſſium t.* XXIII. *ic.* II. *&* I. l.
(*h*) *Oſſium t.* XXIII. *ic.* II. *&* I. l.
(*i*) *Oſſium t.* XXIII. *ic.* II. *ab interiore parte* l.
(*k*) *Oſſium t.* XXIII. *ic.* II. *&* I. *infra* l.
(*l*) *Oſſium t.* XXIII. *ic.* I. *&* II. v.
(*m*) *Oſſium t.* XXIII. *ic.* II. I. IV. III. γ.

tendens ad oram. Cui deinde ſinus orae uſum rotulae fixae praebet, circum eam flectenti ſeſe.

Ut vero portiones tendinis ejus eminere, qua adjacent, ſolent, ſic reſpondet iis ſinus, tanquam in ſemicanaliculos transverſos, qui eas recipiunt, per eminentias diſtinctus tenues, duas tresve, quibus pars cartilaginoſa procurrit: eaeque aliis etiam ſubtus in oſſe inchoatae ſunt.

XLVI. Ac mox juxta ſinus hujus partem ſuperiorem, in confinio iſchii tuberisque, proceſſus emittitur brevis, ſenſim extenuatus, acuminatusque (*n*).

Infra continetur ipſa ſinus ora; ſupra, parte inferiore orae poſterioris dorſi iſchii, eaque acuta, & leniter quoque ſinuata: intra quas oras os proceſſu procurrit recta.

In ſacri latus, ubi id infra commiſſuram cum oſſe ilium eſt, dirigitur, diſtans ab eo (*o*). Unde ad ſacri partem illam pertinente ligamento continetur.

XLVII. Sequitur os pubis (*p*).

Cornubus continue ab iſchio procedit duobus, tanquam cruribus: altero à parte ejus ſuperiore eademque priore (*q*): altero infra à tubere ejus, quod hoc cornu procurrit (*r*).

Unde ſuperius in pubem deſcendit modice: inferiùs aſcendit. Inque pube media coëunt (*s*).

XLVIII. Latius eſt quam craſſius. Ac latitudinem ab altera par-

(*n*) *Oſſium t.* XXIII. *ic.* I. II. III. IV. k.

(*o*) *Sceleti t.* II. k *in coxa. Et t.* III. a *in coxa.*

(*p*) *Oſſium t.* XXIII. *ic.* I. & III. c c c.

(*q*) *Oſſium t.* XXIII. *ic.* I. & III. c *ſuper.*

(*r*) *Oſſium t.* XXIII. *ic.* I. & III. c c *infer.*

(*s*) *Oſſium t.* XXIII. *ic.* I. & III. c c c.

parte dirigit extrorſum, ab altera introrſum, in pelvem (*t*).

Latitudo quibus continetur oris, earum altera, quae poteſt exterior appellari, diviſa per cubitos duos eſt in partes tres. Quarum prima ſuperior eſt, à ſummo iſchio pertinens in pubem, modiceque ſinuata praeter ſpinam eminentem, ſed in fine gibba (*v*). Unde angulo fere recto pars ſecunda, eaque recta brevisque, tendit per pubem deorſum (*w*). Ab ea angulo hebete pars tertia tendit à pube ad iſchii tuber imum, prioribus longior, gibbaque, ac fere criſtae inaequabili ſimilis (*x*).

Altera latitudinem continens ora lunata eſt, fereque acuta, inque iſchium dirigitur, pars foraminis magni (*y*); de quo dicetur.

XLIX. Interque oras illas latitudinis ratio haec eſt.

Infra ab iſchii tubere inter orae exterioris partem gibbam oramque lunatam, primum anguſtat ſe ſenſim lenteque (*z*), nec longe ab orae exterioris parte recta rurſus lateſcit modice, continueque inter rectam illam oramque lunatam lateſcit multo magis, ut latius ſit quam ibi unde coepimus (*a*); continueque inter orae exterioris ſuperiorem ſinuatam partem oramque lunatam, rurſus ſenſim anguſtatur, ut juxta iſchium ex interiore parte anguſtius ſit quam alibi (*b*), in ipſo fine rurſus fere nonnihil lateſcens: nam extrinſecus in fine diſcrepat per radicem eminentiae, de qua paulo poſt dicetur (*c*).

L.

(*t*) *Sceleti t.* I. & II.

(*v*) *Oſſium t.* XXIII. *ic.* I. & III. c *ſuper.*

(*w*) *Oſſium t.* XXIII. *ic.* I. & III. z, z z.

(*x*) *Oſſium t.* XXIII. *ic.* I. & III. c *infer.*

(*y*) *Oſſium t.* XXIII. *ic.* I. & III. c *med.*

(*z*) *Oſſium t.* XXIII. *ic.* I. & III. *inter* c c *infer.*

(*a*) *Oſſium t.* XXIII. *ic.* I. & III. *inter* z z & u u *proxim.*

(*b*) *Oſſium t.* XXIII. *ic.* I. & III. *inter* c *ſuper.* & u *proxim.*

(*c*) §. LI.

L. Ad oram exteriorem craſſius eſt, ſed multo quam tuber iſchii tenuius. Caeteroquin ab ea, ſicut illud, ſenſim in oram lunatam tenuius, in eaque ipſa fere acutum (*d*).

Craſſius autem eſt in pube, ſecundum orae exterioris rectam partem (*e*).

LI. Verum crus ſuperius extrinſecus diſcrepat per eminentiam oblongam (*f*).

Ea ab iſchio incipit, ubi radix eſt craſſa & fere teres, latitudinemque cruris totam tenet, atque etiam infra illud ad foramen magnum pertinet (*g*).

Senſimque citoque gracilior, poſt lente gracileſcit, ſecundum cruris oram ſuperiorem procedens, incurvaque modice ac ſupra ſinuata.

Atque haud ita longe à parte recta orae exterioris, ubi pars orae illius ſuperior gibba fieri incipit, deſinit in tuberculum, in priora eminens (*h*), cui tendo exterior idemque inferior obliqui externi abdominis affigitur.

Itaque ubi eminentia illa eſt, crus quoque craſſius eſt per eam, ac valentius.

LII. Eminentiam illam oblongam cruris ſuperioris ſupra, qua ſinuata eſt per longitudinem, ad pelvem terminat veluti ſpina acuta, tenuiſque, ac modice eminens (*i*).

Principium pectinei ſinui inſidet. Sinuſque ille ab eo, qui mox ante ilium in iſchio ſummo eſt, caudamque iliaci interni ac pſoae

(*d*) *Oſſium t.* XXIII. *ic.* II. *circa* u u.

(*e*) *Oſſium t.* XXIII. *ic.* IV. *α.*

(*f*) *Oſſium t.* XXIII. *ic.* I. *inter* w *&* ζ.

(*g*) *Oſſium t.* XXIII. *ic.* I. *inter* w *&* ζ.

(*h*) *Oſſium t.* XXIII. *ic.* I. *inter* w *&* ζ *&* z.

(*i*) *Oſſium t.* XXIII. *ic.* I. w.

pſoae magni recipit, diſterminatur eminentia, quam illo cum ſinu deſcripſimus (*k*).

LIII. Caeteroquin os pubis extrinſecus depreſſius eſt (*l*).

Depreſſius ex interiore parte eſt totum, atque aequabile, modice ſinuatum ex transverſo, per altitudinem modice gibbum (*m*). Eaque parte ad pelvem eſt.

Crus autem inferius inter commiſſuram quae in pube eſt, tuberque iſchii, ora exteriore extrorſum nonnihil curvatum eſt (*n*).

LIV. In pube, ubi orae exterioris pars recta eſt, finitur planitie ſubaspera, ovata, ſatis lata, longitudine ſua ſecundum oram pertinente (*o*).

Eaque in cartilaginem deſinit, quae ad poſtremum degenerat in naturam laxiorem, ſimilemque ligamento (*p*).

Atque ea dextrum laevumque conjunguntur inter ſe; retro autem aliqua parte committuntur: quod meus mihi frater idemque collega, non in foemina modo, ſed etiam in viro oſtendit. Continenturque ſic, ut dimoveri aliquantum poſſint.

LV. Circum planitiem illam extrinſecus, ac mox ſupra infraque, inaequabile eſt (*q*). Ubi ligamenta affixa, quibus commiſſura illa continetur.

LVI. Communis autem oſſium coxarum partibus tribus eſt pelvis ora ſuperior (*r*). Ea ſic fit.

A cubito planitiei cartilaginoſae, qua cum oſſe ſacro commiſſum eſt, curvat ſe ilium imum, ab eoque iſchium ſummum, & ab

(*k*) §. XXXVI.
(*l*) *Oſſium t.* XXIII. *ic.* I. & II.
(*m*) *Oſſium t.* XXIII. *ic.* III.
(*n*) *Oſſium t.* XXIII. *ic.* I. & II. m.
(*o*) *Oſſium t.* XXIII. *ic.* III. & IV. *α.*
(*p*) *Sceleti t.* I. *v in coxis.*
(*q*) *Oſſium t.* XXIII. *ic.* III. IV. I. z z.
(*r*) *Sceleti t.* I.

ab hoc os pubis (*s*). Ilium primum cum proximo iſchio magis: iſchium deinde cum oſſe pubis multo minus: rurſusque hoc in fine aliquanto magis.

Craſſius ibi ilium, iſchium, oſſisque pubis principium; quod os inde tenuius.

LVII. Inter os pubis iſchiumque foramen relinquitur magnum, fere ovatum (*t*), quodammodo tamen triangulum, angulis rotundis (*v*).

Latus unum longius eſt, rectiusque: quod ex iſchio fit. Alterum brevius, quod ex pubis crure inferiore. Hoc brevius tertium, quod ex crure ſuperiore (*w*).

Membrana occluſum eſt, adjacentque muſculi obturatores.

LVIII. Oraque ejus fere acuta eſt, atque inaequabilis (*x*).

Ac tum extrinſecus tum ex interiore parte, praeterquam ſupra ante acetabulum, eminentiae in ora ſunt, ſinusque, ac notae (*y*); ubi obturator externus affigitur.

LIX. Sed in parte ejus ſuperiore ante acetabulum ſinus eſt oblongus, veluti ſemicanalis inſignis, ad quem membrana occludens non pertinet.

Ex interiore parte incipit (*z*) in parte inferiore principii cruris ſuperioris oſſis pubis, in eodemque penetrat in exteriora (*a*), oblique tendens in priora introrſum.

Per eum nervus, arteriaque, ac vena penetrant ad femur.

(*s*) *Oſſium t.* XXIII. *ic.* IV. i w.

(*t*) *Oſſium t.* XXIII. *ic.* I. II. III. IV. ε.

(*v*) *Oſſium t.* XXIII. *ic.* I. & III. ε.

(*w*) *Oſſium t.* XXIII. *ic.* I. & III. ε.

(*x*) *Oſſium t.* XXIII. *ic.* II. u u: & *ic.* IV. *infra* ζ.

(*y*) *Oſſium t.* XXIII. *ic.* I. & III. u, u, u.

(*z*) *Oſſium t.* XXIII. *ic.* III. ζ.

(*a*) *Oſſium t.* XXIII. *ic.* I. ζ.

CAPUT LIV.

De fundamento ſpinae & corporis.

I. Ex oſſibus his coxarum fundamentum eſt, quo ſpina ſuſtinetur.

Adjunctum ſacro, ab eo per latera prominet in priora (*b*).

II. Ex eo cum ſacro fundamentum corporis eſt, quo finitur infra apte (*c*).

Id per circuitum forma eſt rotundiore, ac deorſum verſus paulatim anguſtatur (*d*).

Tribusque anguſtis, inter ſeque diſtantibus partibus infra finitur: ante in dextra, inque laeva, tuberibus iſchiorum (*e*): retro in medio, extrema ſacri cauda, coccyge (*f*).

A tergo autem per ſacrum coccygemque deorſum verſus rotundatum (*g*).

A lateribus per iſchia protenditur longius (*h*).

III. Eodem corpus nititur: iſchiis autem. Et quidem, ſtantibus nobis, per acetabula: ſedentibus, per tubera.

IV.

(*b*) *Sceleti t.* I. β — μ, β — μ *in coxis. Et t.* II. g — m, g — m *in coxis. Et t.* III. Σ — b, c — f *in coxis.*

(*c*) *Sceleti t.* I. β — μ, β — μ *in coxis, &* xx — A *in ſpina. Et t.* II. g — m, g — m *in coxis, &* ⸸⸸ — Λ *in ſpina. Et t.* III. Σ — b, c — f *in coxis, &* NOP *in ſpina.*

(*d*) *Sceleti t.* I. β — μ, β — μ *in coxis, &* xx — A *in ſpina. Et t.* II. g — m, g — m *in coxis, &* ⸸⸸ — Λ *in ſpina. Et t.* III. Σ — b, c — f *in coxis, &* N O P *in ſpina.*

(*e*) *Sceleti t.* I. θ, θ *in coxis. Et t.* II. l, l *in coxis.*

(*f*) *Sceleti t.* I. B *in ſpina. Et t.* II. Ω *in ſpina.*

(*g*) *Sceleti t.* II. ⸸⸸ — Ω *in ſpina. Et t.* III. N — T *in ſpina.*

(*h*) *Sceleti t.* II. l, l *in coxis. Et t.* I. θ, θ *in coxis.*

IV. Stabile, idemque mobile. Mobile tum ſub lumbis, tum ſuper femora. Super haec per articulos quoquoverſum: ſub illis, inflexione eorum.

Sic coxas alterna viciſſitudine moveri incedentibus cernimus. Quibus, quum pede altero nituntur, alterum transferunt, coxa quae eſt ſupra pedem quo nituntur, attollitur; quae ſupra eum, quem transferunt, deprimitur: rurſusque, quum pede translato nituntur, alterumque quo nitebantur transferunt, coxae contrario modo moventur, attolliturque depreſſa altera, ſublata altera deprimitur.

Exemplum oſtendit ſceleti tabula prima & ſecunda. In quibus quum pede dextro ſtet, ſiniſtro tantummodo leviter nitente, fit, ut fundamentum illud in ſiniſtrum latus declinet; & quum corpus tamen erectum ſit, ſpina dextrorſum incurvetur.

CAPUT LV.

De pelvi.

I. Ex iisdem coxarum oſſibus cum ſacro & coccyge pelvis eſt (*i*): capacitas viſenda, eaque fere rotunda, & aequabilis.

Retro fit ex ſacro (*k*), & coccyge (*l*): à lateribus, ex imis oſſibus ilium, & iſchiis (*m*): à parte priore, ex oſſibus pubis (*n*).

Prae-

(*i*) *Sceleti t.* I. xx — B *in ſpina*, & r — μ, n — μ *in coxis.*

(*k*) *Sceleti t.* I. xx — A *in ſpina.*

(*l*) *Sceleti t.* I. B *in ſpina.*

(*m*) *Sceleti t.* I. *circa* ϰ ϰ & nn *in coxis.*

(*n*) *Sceleti t.* II. mmm *in coxis.*

Praeterque coccygem ſtabilis eſt.

Ac ſtabilis ex ea pars ventris inferior eſt: cujus imum quaſi additamentum eſt, ſupra patens tota ad eum.

Inteſtina recipit, continetque cum veſica, & genitalibus intus reconditis.

II. Interrupta autem.

Nam primum à lateribus retro diſtant iſchia inſigniter à ſacro, coccygeque (*o*). Supraque veluti foramen eſt magnum, inter ſacrum, ilium oram inferiorem, iſchiique poſteriorem, ac proceſſum acuminatum (*p*), à quo ligamentum ad ſacrum pertinens complet.

Nervus iſchiadicus penetrat, cum arteria hypogaſtrica, venaque: itemque principium pyriformis.

III. Infraque inter tubera iſchiorum coccygemque magno hiatu patet (*q*).

In quo extremum inteſtinum juxta coccygem deſinit: qui ani dilatationi neceſſariae flexibilitate ſua cedit. Neque obſtant dilatationi illi iſchiorum tubera, quod ſatis disjuncta ſunt inter ſe.

IV. Ab imis deinde iſchiorum tuberibus aſcendentia crura pubis inferiora conveniunt in angulum: ex quo hiatus, paulatim in pubem anguſtior (*r*).

Iter urinae penetrat: genitalia inhaerent.

V. Addi his poſſunt coxarum foramina magna (*s*), cum ſinu ſuo (*t*).

Ad-

(*o*) *Sceleti t.* II. *inter* ikl, ikl *in coxis*, *&* ⸸⸸ Ω *in ſpina. Et t.* III. *inter* Ω a *in coxa*, *&* NRST *in ſpina.*

(*p*) *Sceleti t.* III. *inter* Ω *in coxa*, *&* N *in ſpina. Et t.* II. *inter* ω *in ſpina*, *&* i k *in coxa.*

(*q*) *Sceleti t.* I. *inter* θ, θ *in coxis*, *&* B *in ſpina. Et t.* II. *inter* 1, 1 *in coxis*, *&* Ω *in ſpina.*

(*r*) *Sceleti t.* I. *inter* ι *&* ι *in coxis.*

(*s*) Supra cap. LIII. §. LVII.

(*t*) Supra cap. LIII. §. LIX.

Addi ſinus tuberum iſchiorum (*v*): ubi hiatum infra ſupraque ligamentum terminat, alterum infra à tubere, alterum ſupra ab acuminato iſchii proceſſu, ad ſacrum coccygemque pertinens.

C A P U T LVI.

De pedibus.

Fundamento pedes ſuppoſiti, dexter, & ſiniſter (*w*).

Conſtant ex columna (*x*), & baſi (*y*).

Columna paulum infra medium diviſa in femur (*z*), & crus (*a*).

C A P U T LVII.

De femore.

I. Femur oblongum eſt, fere teres, craſſum, valens, extremis partibus magis ſpongioſum (*b*).

II. Supra recurvat ſe, quam partem collum appellant: recurvat introrſum, tenditque collum eam in partem oblique ſurſum, ac ſimul aliquantum antrorſum dirigitur (*c*).

De-

(*v*) Cap. LIII. §. XLV.

(*w*) *Sceleti t.* I. II. III.

(*x*) *Sceleti t.* I. ξ — o *in pede. Et t.* II. n — L *in pede. Et t.* III. g — C *in pede.*

(*y*) *Sceleti t.* I. p — W *in pede. Et t.* II. M — *o in pede. Et t.* III. D — *v in pede.*

(*z*) *Sceleti t.* I. ξ — ⸸ *in pede. Et t.* II. n — x *in pede. Et t.* III. g — m, *&* n — p *in pede.*

(*a*) *Sceleti t.* I. ω — o *in pede. Et t.* II. C — L *in pede. Et t.* III. u — C, u — C *in pede.*

(*b*) *Oſſium t.* XXIV. *&* XXV.

(*c*) *Oſſium t.* XXIV. *ic.* I. II. III. e. *Et t.* XXV. *ic.* I. II. e.

Definitque in caput, eadem obliquitate poſitum (*d*).

III. Caput rotundum eſt, ſimilitudine ſemiglobi, ſed aliquanto majus (*e*).

Cartilaginoſum eſt, praeterquam circa medium (*f*). Circuitusque cartilaginis, ubi incipit, rotundus eſt, niſi quod excurrit angello, tum ad angulum colli ſuperiorem (*g*), tum ad poſteriorem (*h*).

Reſpondet caput acetabulo (*i*): conjectoque in illud femur coxam ſuſtinet (*k*).

Apteque per hoc committitur cum margine acetabuli cartilaginoſo, ſic ut in partem omnem cum celeritate & ſtabilitate tum coxa inclinari queat, tum femur ipſum flecti, atque etiam utrumque converti.

IV. Per collum ab acetabuli ora, tubere iſchii, oſſe pubis, femur diſtat (*l*).

Sic fit, ut introrſum flectere id, antequam in ea incurrat, poſſimus inſigniter, coxamque contra internam ejus partem inclinare.

Deinde & coxas femora, totumque corpus, obliquitate colli melius ſuſtentant.

Et per eadem ſupra divaricata magis ſunt, ſpatiumque multis craſſisque muſculis relinquunt inter ſe.

V. A collo rectius eſt, ut convenit ad ſtandum.

At

(*d*) *Oſſium t.* XXIV. *ic.* I. II. III. a. *Et t.* XXV. *ic.* I. II. a.

(*e*) *Oſſium t.* XXIV. *ic.* I. II. III. a. *Et. t.* XXV. *ic.* I. II. a.

(*f*) *Oſſium t.* XXIV. *ic.* I. II. III. a. *Et t.* XXV. *ic.* I. II. a.

(*g*) *Oſſium t.* XXIV. *ic.* I. a.

(*h*) *Oſſium t.* XXIV. *ic.* II. a.

(*i*) Supra cap. LIII. §. XXVI.

(*k*) *Sceleti t.* I. *inter* ε ζ ε *in coxa*, & ξ *in pede. Et t.* II. *inter* i *in coxa dextra*, & n *in femore dextro. Et t.* III. *inter* ♆ Ω *in coxa ſiniſtra*, & g *in femore ſiniſtro.*

(*l*) *Sceleti t.* I. o *in pede. Et t.* II. o *in pede.*

At modice tamen incurvum, ante gibbum, retro ſinuatum (*m*): quo aptius tum ad inceſſum, tum ad ſeſſionem.

Ad inceſſum, quum ſublatum tranſlatumque in priora pedem demittimus: tunc enim veluti in terram curvat ſe femur clementer.

Ad ſeſſionem: quippe aptat ſe ad ſedile, quum ſedentibus nobis ultra ejus oram protenditur.

VI. Partemque praeterea inferiorem recurvat aliquantum in latus exterius (*n*). Eoque, quum, genubus adductis ſtantibus nobis, in ea à coxis femora coëunt, cum tibiis rectioribus apte conveniunt.

VII. Infra in condylos duos deſinit (*o*), quibus innititur in tibia (*p*): ex quo articuli fiunt, de quibus in hiſtoria tibiae dicetur.

Condyli magni ſunt & oblongi, jacentque à parte priore in poſteriorem, retroque ultra truncum femoris porriguntur (*q*), ubi intervallo diſcreti viſendo (*r*). Interior aliquantum longior exteriore.

Diducuntur nonnihil in poſteriora. Exterior autem rectior (*s*): interior primum introrſum nonnihil recedit, mox recurvatur (*t*).

Gibbique latere exteriore (*v*): ſed exterior depreſſior (*w*).

Infra retroque cartilaginoſi, quaſi ovati, gibbique, praeſertim per longitudinem, usque in partem poſteriorem (*x*); infra depreſſiores (*y*).

In-

(*m*) *Oſſium t.* XXV. *ic.* I. & II.
(*n*) *Oſſium t.* XXIV. *ic.* I. & II.
(*o*) *Oſſium t.* XXIV. *ic.* I. II. IV. b, c. *Et t.* XXV. *ic.* I. b: & *ic.* II. c.
(*p*) *Sceleti t.* I. *inter* ✠ ✠ & f g *in pede. Et t.* II. *inter* t w & D E *in pede. Et t.* III. *inter* p p & v, & m & v *in pedibus.*
(*q*) *Oſſium t.* XXV. *ic.* I. b: & *ic.* II. c. *Et t.* XXIV. *ic.* IV. b, c.
(*r*) *Oſſium t.* XXIV. *ic.* IV. & II. b, c.
(*s*) *Oſſium t.* XXIV. *ic.* IV. c.
(*t*) *Oſſium t.* XXIV. *ic.* IV. b.
(*v*) *Oſſium t.* XXV. *ic.* I. & II.
(*w*) *Oſſium t.* XXV. *ic.* II.
(*x*) *Oſſium t.* XXIV. *ic.* IV. II. I. b, c. *Et t.* XXV. *ic.* I. b: & *ic.* II. c.
(*y*) *Oſſium t.* XXIV. *ic.* IV. b, c.

Interior autem deorſum verſus eminentior, quam exterior (*z*). Ex quo femur infra oblique finitur, interiore parte, quam exteriore, longius.

Atque interior, ubi retro deſinit, rotundior (*a*): exterior depreſſior. Cujus ad converſionem tibiae uſum eſſe apparebit.

VIII. A parte autem priore conjuncti ſunt per ſinum, continue cum iis cartilaginoſum (*b*).

Is in priora ſurſum, ac fere recta recurvatur (*c*).

Amplus eſt, inſigniterque eminent latera ejus, gibbaque ſunt: exterius autem eminet magis, quod & ſurſum verſus productius (*d*).

Laterumque alterum in alterum nonnihil directum eſt, atque ab iis continue cartilaginoſa gibbaque parte alter quoque condylorum in alterum (*e*).

Ad patellae articulum pertinet.

IX. Retro autem quod inter condylos relinquitur intervallum, id ſinus profundus eſt, retrorſum & oblique deorſum directus (*f*).

Ligamenta interiora eorum, quae hunc articulum continent, apte recipit.

Quae ubi affixa, ibi notae quaedam ſunt: altera ubi prius (*g*): altera ubi poſterius (*h*).

X. Ac femur à parte poſteriore ſupra ſinum condylosque depreſſius eſt, & leniter ſinuatum (*i*).

Quo fit, ut genu inſigniter flectendo non obſtet, ſed tibiae, ne incurrat, cedat.

XI.

(*z*) *Oſſium t.* XXIV. *ic.* IV. *confer* b *cum* c.

(*a*) *Oſſium t.* XXIV. *ic.* II. *confer* b *cum* c.

(*b*) *Oſſium t.* XXIV. *ic.* IV. d. & *ic.* I. d.

(*c*) *Oſſium t.* XXIV. *ic.* I. d.

(*d*) *Oſſium t.* XXIV. *ic.* IV. & I. d.

(*e*) *Oſſium t.* XXIV. *ic.* IV. d b c.

(*f*) *Oſſium t.* XXIV. *ic.* II. IV. u.

(*g*) *Oſſium t.* XXIV. *ic.* II. IV. w.

(*h*) *Oſſium t.* XXIV. *ic.* II. IV. v.

(*i*) *Oſſium t.* XXIV. *ic.* II.

XI. Et à priori quoque parte ſupra ſinum patellae leniter ſinuatum eſt (*k*). Eoque non impedit patellam, ſi porrecto crure ſurſum agitur ultra articulum.

XII. Jam proceſſus ſupra exigit duos, quos trochanteres nominant.

Alter major, quo ab exteriore parte ad collum extremum ſurſum verſus excreſcit totum, ſupraque ac retro ultra collum aliquantum eminet (*l*).

Gibbus ab exteriore parte (*m*), ex interiore, qua ſuperemi-net, ſinuatus (*n*), vertice retuſiore (*o*).

Affixi muſculi, notaeque ſunt, ubi affixi; per quas inaequabilis eſt.

In dorſo, ante nota eſt (*p*), ubi affixus gluteus minor.

In eodem ſupra in latere (*q*), ubi medius.

Inque eodem retro à parte inferiore (*r*), ubi quadratus femoris.

Intrinſecus juxta verticem in eoque medio (*s*), ubi pyriformis, obturator internus, gemini.

Ibidemque infra hanc juxta partem poſteriorem alia (*t*), ubi obturator externus.

XIII. Alter minor, infra majorem, à poſteriore & eadem inferiore parte confinii colli truncique eminet: tuberculum breve, paulatim ſurgens, tendens nonnihil introrſum, ſenſim gracilius, extremo gibbo, per altitudinem ovato (*v*).

Pſoam

(*k*) *Oſſium t.* XXIV. *ic.* I.
(*l*) *Oſſium t.* XXV. *ic.* I. II. f.
(*m*) *Oſſium t.* XXIV. *ic.* I. II. f. *Et t.* XXV. *ic.* II. f.
(*n*) *Oſſium t.* XXV. *ic.* I. f.
(*o*) *Oſſium t.* XXV. *ic.* II. f. *Et t.* XXIV. *ic.* III. f.
(*p*) *Oſſium t.* XXIV. *ic.* I. III. l. *Et t.* XXV. *ic.* II. l.
(*q*) *Oſſium t.* XXV. *ic.* II. m. *Et t.* XXIV. *ic.* II. III. m.
(*r*) *Oſſium t.* XXIV. *ic.* II. III. n.
(*s*) *Oſſium t.* XXIV. *ic.* I. IV. k.
(*t*) *Oſſium t.* XXV. *ic.* I. o.
(*v*) *Oſſium t.* XXIV. *ic.* I. II. g.

Pſoam cum iliaco interno excipit.

XIV. De reliquo collum graciléſcit à capite : fere autem à medio rurſus craſſeſcit nonnihil, inſigniterque lateſcit intra partem ſuperiorem & inferiorem (*w*).

Juxtaque caput teres eſt (*x*). Inde fere triangulare, angulis rotundis: & ante quidem depreſſius totum (*y*); retro diſtinctum in latera duo, ſuperius, & inferius, quae quo diſcernuntur angulo, is ſenſim humilior (*z*).

XV. Truncus à ſummo paulatim, ſed permodice, anguſtat ſe intra latera: rurſuſque à medio lateſcit, verum magis, infraque citius, ac multo magis, ut condylis ſufficiat (*a*).

Infraque craſſior eſt à latere exteriore, ubi, in quod migrat, latus ſinus cartilaginoſi, per quem patella recipitur, eminet in priora magis (*b*).

XVI. Primoque aſpectu teretem formam refert: eſt vero quaſi triangularis.

Laterum unum prius eſt (*c*): à quo exterius alterum (*d*), alterum interius (*e*), retro convenientia.

XVII. Prius à radice trochanteris majoris confinioque colli pertinet ad ſinum articuli patellae, ultraque eum migrat in latus illud condyli interioris, quo ſpectat femur alterum (*f*).

Rotundius eſt, ſed ſupra infraque depreſſius (*g*).

Ab

(*w*) *Oſſium t.* XXIV. *ic.* I. II. III. e. *Et t.* XXV. *ic.* I. e.
(*x*) *Oſſium t.* XXIV. *ic.* I. II. III. e. *Et t.* XXV. *ic.* I. II. e.
(*y*) *Oſſium t.* XXIV. *ic.* I. e.
(*z*) *Oſſium t.* XXIV. *ic.* II. e.
(*a*) *Oſſium t.* XXIV. *ic.* I. & II.
(*b*) *Oſſium t.* XXIV. *ic.* I. *Et confer t.* XXV. *ic.* II. *cum* I.
(*c*) *Oſſium t.* XXIV. *ic.* I.
(*d*) *Oſſium t.* XXV. *ic.* II.
(*e*) *Oſſium t.* XXV. *ic.* I.
(*f*) *Oſſium t.* XXIV. *ic.* I. *Et t.* XXV. *ic.* I.
(*g*) *Oſſium t.* XXIV. *ic.* I.

Ab eo anguli rotundi (*h*): hebetior exterior (*i*).

XVIII. Exterius à radice trochanteris majoris pertinet ad condylum exteriorem, rectaque migrat in latus ejus exterius (*k*).

Rotundius eſt, juxtaque angulum poſteriorem ſinuatum circa medium infraque illud (*l*).

XIX. Interius ab inferiore colli parte pertinet ad ſummum condylum interiorem, juxta partem ejus poſteriorem: infraque, ut appropinquat ad eum, anguſtat ſe (*m*).

Depreſſius eſt, ac circa medium ſinuatum (*n*).

XX. Angulus, in quem interius exteriusque retro conveniunt, medius eminet, quadam criſtae ſimilitudine: inde ſurſum deorſumque lateſcit paulatim, veluti retuſus (*o*).

Pars ſuperior lateſcendo pertinet ad radicem trochanteris majoris: inferior ad partem poſteriorem totam condylorum intervallique eorum (*p*).

Quae partes ubi latiores ſunt, ibi truncus quaſi quadrangulus eſt.

XXI. Hic angulus, praeterquam qua infra lateſcit, inaequabilis eſt, fereque aſperior (*q*): ubi muſculi affixi, gluteus magnus, pectineus, adductores femoris, vaſti, bicipitis caput breve.

Supra praeterea ad eum pertinet eminentia oblonga, anguſta, oblique per latus interius infra trochanterem minorem deſcendens (*r*): cui vaſtus internus affixus.

XXII. Per trunci colliqueconfinium totum à priori parte eminen-

(*h*) *Oſſium t.* XXIV. *ic.* I. *Et t.* XXV. *ic.* I. & II.
(*i*) *Oſſium t.* XXV. *ic.* II.
(*k*) *Oſſium t.* XXV. *ic.* II.
(*l*) *Oſſium t.* XXV. *ic.* II.
(*m*) *Oſſium t.* XXV. *ic.* I.
(*n*) *Oſſium t.* XXV. *ic.* I.
(*o*) *Oſſium t.* XXIV. *ic.* II. o o.
(*p*) *Oſſium t.* XXIV. *ic.* II. o o.
(*q*) *Oſſium t.* XXIV. *ic.* II. o o.
(*r*) *Oſſium t.* XXV. *ic.* I. r. *Et t.* XXIV. *ic.* II. q.

nentia jacet oblonga, lata, depreſſa, inaequabilis (*s*). Cui affigitur ligamentum, quod articulum coxae continet.

A poſteriore autem parte eodem in confinio per ſinus parvos foraminaque inaequabile eſt (*t*).

Supraque collum ſimile eſt totum (*v*); ubi cum perioſteo inhaeret veluti ligamentum, excurrens ab eo, quo articulus continetur.

XXIII. Et in capite memorabilis eſt media in cartilagine ſinus non cartilaginoſus inaequabilisque, ac rotundior, mox infra mediam convexitatem, à parte interiore (*w*).

Ligamentum affigitur, quo caput alligatur acetabulo.

XXIV. Inque condylis notae quaedam.

Interior ſupra circa medium eminet (*x*), ubi adductor femoris magnus affixus.

Exterior in latere juxta partem poſteriorem ſinum ſupra habet (*y*), cui caput exterius gemelli.

Infra eum habet alium (*z*), cui popliteus.

Ante haec fere leniter ſinuatus uterque (*a*), ubi muſculi à femore ad crus tendunt; nempe ſecundum exteriorem biceps, ſecundum interiorem tendo gracilis & ſartorii.

XXV. In trunco, circa mediam longitudinem anguli poſterioris, introitus ſunt (*b*) canalium duorum, qui inde oblique ſurſum tendunt in capacitatem, quae medullam continet; ad quam per eos vaſa penetrant.

(*s*) *Oſſium t.* XXIV. *ic.* I. i.
(*t*) *Oſſium t.* XXV. *ic.* I. *infra* n.
(*v*) *Oſſium t.* XXIV. *ic.* III. e.
(*w*) *Oſſium t.* XXV. *ic.* I. h.
(*x*) *Oſſium t.* XXV. *ic.* I. q.
(*y*) *Oſſium t.* XXV. *ic.* II. t.
(*z*) *Oſſium t.* XXV. *ic.* II. u.
(*a*) *Oſſium t.* XXV. *ic.* I. *&* II.
(*b*) *Oſſium t.* XXIV. *ic.* II. x, x. *Et t.* XXV. *ic.* II. v.

CAPUT LVIII.

De crure.

Crus autem eſt ex oſſibus duobus, tibia, & fibula (*c*). Ad tibiam patella pertinet (*d*).

CAPUT LIX.

De tibia.

I. Tibia femur ſuſtinet, innititurque in pede extremo (*e*): os cruris praecipuum, oblongum, femore brevius, fere triangulare, craſſum, valens, extremis ſpongioſum (*f*).

II. Superiore parte baſis condylis femoris (*g*) eſt, quibus reſpondet capite.

Id craſſum eſt, circuitu quaſi ovato, ante & retro depreſſiore, & retro etiam ſinuato circa medium, ſic ut ab utroque ſinus latere circuitus rotundus ſit; caeterum inaequabili (*h*).

III. Vertex autem depreſſior eſt (*i*), & ab utroque latere nil

(*c*) *Sceleti t.* I. e—l, & m n o *in pedibus. Et t.* II. C—G, & H—L *in pedibus. Et t.* III. u—z, & A B C *in pedibus.*

(*d*) *Sceleti t.* I. ω *in pedibus. Et t.* III. q r *in pedibus.*

(*e*) *Sceleti t.* I. e—l *in pedibus. Et t.* II. C—G *in pedibus. Et t.* III. u—z *in pedibus.*

(*f*) *Oſſium t.* XXVI. & XXVII. *ic.* I. & II.

(*g*) Supra cap. LVII. §. VII.

(*h*) *Oſſium t.* XXVI. *ic.* I. II. III. *Et t.* XXVII. *ic.* I. II.

(*i*) *Oſſium t.* XXVI. *ic.* III.

nil niſi ſinus cartilaginoſus (*k*), intermedia parte non cartilaginoſa modica (*l*).

His ſinibus committitur cum condylis.

IV. Quorum parti cartilaginoſae partim reſpondent, partim non reſpondent.

Oblongi, ut illi, & quaſi ovati, in partem poſteriorem pertinent à priore, à medio in latera nonnihil declives, disjuncti modice (*m*).

Et interior exteriore longior, profundior, per longitudinem ſinuatus magis (*n*).

Differunt autem à condylis longitudine, breviores multo; & profunditate, utpote per longitudinem depreſſi (*o*).

Oraque finiuntur rotundiore: eaque exteriori latior (*p*).

Atque exterior fere à priore parte in poſteriorem gibbus eſt, praeter fundum medium (*q*).

Quaque alter juxta alterum eſt, circuitus poſteriorem partem lunula denormat (*r*), qua parte ligamenta affixa cornuum poſteriorum cartilaginum ſemilunarium.

Et quoniam à medio in latera declives ſunt, fit, ut medius capitis vertex elatior ſit (*s*).

Anteque lunulas mododictas, qua ſinus proximi inter ſe ſunt, medii ſurgunt in acumen: eoque medius capitis vertex altior eſt, cacumine bifido (*t*).

V.

(*k*) *Oſſium t.* XXVI. *ic.* III. a, b.
(*l*) *Oſſium t.* XXVI. *ic.* III. *inter* a & b.
(*m*) *Oſſium t.* XXVI. *ic.* III. a, b.
(*n*) *Oſſium t.* XXVI. *ic.* III. a.
(*o*) *Oſſium t.* XXVI. *ic.* III. a, b.
(*p*) *Oſſium t.* XXVI. *ic.* III. a, b.
(*q*) *Oſſium t.* XXVI. *ic.* III. b.
(*r*) *Oſſium t.* XXVI. *ic.* III. *juxta* m & k.
(*s*) *Oſſium t.* XXVI. *ic.* I. & II. *inter* a & b.
(*t*) *Oſſium t.* XXVI. *ic.* I. II. III. *inter* a & b.

v. Ex his ſinibus condylisque femoris ſunt articuli praecipui genu (*v*).

Rectis iis, condyli ſinibus inſiſtunt recte, commodeque, eo quod tum condyli tum ſinus ſatis longi ſunt, illique infra depreſſi, hi leviter deſidentes.

Iidem, quod condyli retro porrecti ſunt, infraque usque in partem poſteriorem totam gibbi ac cartilaginoſi, flecti retrorſum poſſunt inſigniter, ſinuum, quia leves, non obſtante ora; rurſumque reſtitui.

Et flexo genu, praeſertimque in angulum rectum flexo, tibia ſuo interiore ſinu ad poſteriorem condyli interioris partem quaſi circum axem ſuam inprimis verti nonnihil poteſt: exteriore ſimul ad poſteriorem itidem condyli exterioris arcum praeſertim deſcribente exiguum.

Ad quod aptus eſt ſinus interior, condylusque: ille profunditate, & rotunditate media: hic eminentiore rotunditate extrema.

Apti quoque exteriores: ſinus, quod fere gibbus per longitudinem: condylus, quod extremo depreſſior.

Fit converſio illa quum crus, flexo genu, aut extrorſum convertimus, aut introrſum.

Neque figuratio facile concedit, ut genu multum in priora, neque ut in alterutrum de lateribus, ſive rectum, ſive flexum, inflectatur; neque ut tibia, recto genu, ad femur convertatur.

vi. Ad oras autem ſinuum proprie pertinent cartilagines ſemilunares, adjectae his articulis.

In-

(*v*) *Sceleti t.* I. *inter* f & ⸸, & g & ⸸ *in pedibus. Et t.* II. *inter* E & w, & D & t *in pedibus. Et t.* III. *inter* v & p, & v & m *in pedibus.*

Inſertae angulis, qui inter oras condylosque per circuitum exteriorem relinquuntur: eoque incurvae ſunt (*w*).

Implentque eos: ob id extrinſecus, ubi gibbae ſunt, craſſiores, inde extenuantur, ad ſinum ſuum acutae, falcata ſpecie, neque admodum latae, utroque autem extremo ſenſim anguſtatae, extenuataeque.

Et tum cum oris, tum committuntur cum condylis, utrobique laeves, & convenientes.

Vertici tibiae in intervallo ſinuum à priore & à poſteriore parte affixae cornubus in ligamenta verſis (*x*).

Et ligamentum quoque invenitur, quod ab exterioris cornu poſteriore ad condylum interiorem, in ſinum, qui inter condylos eſt, pertinet (*y*).

Conjunctae praeterea circuitu exteriore cum membrana genu continente, ſic ut recedere multum nequeant: caeterum abſolutae.

Per ſurgentes hos veluti margines ſinus redduntur profundiores. Itaque condylos melius recipiunt: ac ſic quidem, ut, quum genu aut flectimus, aut extendimus, aut ad femur crus convertimus, nihil obſtent, ſed cedant, ſeſeque ad condylos aptent.

VII. A priori autem parte caput depreſſius eſt, ac leniter in priora declive (*z*): quo, praeſertim quum genu flectimus, aptat ſe ad ligamentum patellam cum tibia connectens.

Ibique mox infra caput tuber in medio eminet inſigne (*a*), cui ligamentum illud affigitur.

VIII. Truncus rectior (*b*).

Fe-

(*w*) *Sceleti t.* I. a, c *in pedibus. Et t.* II. y, A *in pedibus. Et t.* III. s, t *in pedibus.*

(*x*) *Sceleti t.* I. b, & d *in pedibus. Et t.* II. B *in pedibus.*

(*y*) *Sceleti t.* II. z *in pedibus.*

(*z*) *Oſſium t.* XXVI. *ic.* I. *Et t.* XXVII. *ic.* I. & II.

(*a*) *Oſſium t.* XXVI. *ic.* I. o. *Et t.* XXVII. *ic.* I. & II. h.

(*b*) *Oſſium t.* XXVI. & XXVII. *ic.* I. & II.

Fere autem parte dimidia ſuperiore modice in latus exterius incurvatus, gibbus latere interiore; ſinuatus exteriore (*c*).

Itaque & vertex obliquus eſt, inque latus exterius nonnihil declinat (*d*), femoriſque parti inferiori obliquitate reſpondet.

Eoque à genu tibia flectit ſe modice extrorſum, poſt medium rectior (*e*).

IX. A capite cito gracilior, praeterquam parte priore media, ubi tuber eſſe diximus (*f*).

Mox, & à tubere, gracileſcit lentius (*g*).

At ab inferiore parte rurſus paulatim, ſed modice, intumeſcit, donec deſinat in ſinum, & proceſſum, quibus pertinet ad articulum cum talo (*h*).

X. Sinus in imo eſt: cartilaginoſus, quodammodo quadrangulus, proceſſum verſus paulatim anguſtior, levis, à parte priore in poſteriorem modice ſinuatus, per transverſum medius eminentior gibbuſque, ad utrumque latus ſinuatus leniter (*i*).

Eo inſiſtit in ſummo talo (*k*).

XI. Proceſſus ultra ſinum ab interiore latere toto infra eminet, tenditque aliquantum introrſum, declinans à ſinu (*l*).

Juxta quem leniter ſinuatus eſt, ac cartilaginoſus, cartilagine continua ſinui (*m*). Eaque parte admovetur ad tali latus interius (*n*).

Bre-

(*c*) *Oſſium t.* XXVI. *ic.* I. & II.

(*d*) *Oſſium t.* XXVI. *ic.* I. & II.

(*e*) *Sceleti t.* I. h k *in pedibus. Et t.* II. C *in pedib.*

(*f*) *Oſſium t.* XXVI. & XXVII. *ic.* I. & II.

(*g*) *Oſſium t.* XXVI. & XXVII. *ic.* I. & II.

(*h*) *Oſſium t.* XXVI. & XXVII. *ic.* I. & II.

(*i*) *Oſſium t.* XXVI. *ic.* IV. c *ſiniſtr.*

(*k*) *Sceleti t.* I. *inter* k & p *in pedibus. Et t.* II. *inter* G & N *in pedibus. Et t.* III. *inter* y & E *in pedibus.*

(*l*) *Oſſium t.* XXVI. *ic.* IV. & I. e.

(*m*) *Oſſium t.* XXVI. *ic.* IV. c c.

(*n*) *Sceleti t.* I. *inter* l & q *in pedibus. Et t.* II. *inter* F & N *in pedibus. Et t.* III. *inter* z & E *in pedibus.*

Brevis, latus, ſenſim anguſtior, in fine quaſi retuſus, extrinſecus gibbus, eminensque (*o*): malleolum internum nominant.

XII. Pars autem haec inferior oblique ponitur. Quodammodo quadrangularis quum ſit, latere priore extrorſum directa, exteriore retrorſum, poſteriore introrſum, interiore antrorſum (*p*).

Cum ea eodem modo obliquus ſinus extremus (*q*), & malleolus (*r*).

Sic fit, ut pes extremus, qui cum iis per talum committitur, à calce tendat in priora extrorſum (*s*).

XIII. Tibia ſupra ſinus extremi latus exterius ex transverſo ſinuata tota eſt, ſinu, ut latus illud, oblique in partem exteriorem poſterioremque directo (*t*). Fibulamque recipit (*v*), infra non niſi tenui perioſteo veſtitus.

Supra eum modice quoque ſinuata eſt, & tum ante tum retro nonnihil inaequabilis (*w*): ubi ligamenta affixa, quae fibulam ei alligant.

XIV. Supra cum capite tibiae caput fibulae ſuperius committitur (*x*).

Committitur cum planitie reſpondente cartilaginoſa, leniter gibba, ac rotundiore, quae in parte poſteriore juxta exteriorem in devexitate capitis eſt, ſic ut deorſum ſpectet in poſteriora & exteriora (*y*).

XV.

(*o*) *Oſſium t.* XXVI. *ic.* I. II. e. *Et t.* XXVII. *ic.* I. e.

(*p*) *Oſſium t.* XXVI. *ic.* I. II. IV. *Et t.* XXVII. *ic.* I. & II.

(*q*) *Oſſium t.* XXVI. *ic.* IV. c c.

(*r*) *Oſſium t.* XXVI. *ic.* IV. c e: & *ic.* I. & II. e. *Et t.* XXVII. *ic.* I. & II. e.

(*s*) *Sceleti t.* I. s — S *in pede dextro. Et t.* II. Q — θ *in pede dextro.*

(*t*) *Oſſium t.* XXVI. & XXVII. *ic.* II. f.

(*v*) *Sceleti t.* I. *inter* k & o *in pedibus. Et t.* II. *inter* G & L *in pedibus. Et t.* III. *inter* y & C *in pede ſiniſtro.*

(*w*) *Oſſium t.* XXVI. & XXVII. *ic.* II. *ſupra* f.

(*x*) *Sceleti t.* I. *inter* h & m *in pedibus. Et t.* II. *inter* D & I *in pedibus. Et t.* III. *inter* u & B *in pede ſiniſtro.*

(*y*) *Oſſium t.* XXVI. & XXVII. *ic.* II. d.

XV. Figura trunci maximam partem fere triangularis eſt.

Laterum unum interius (*z*), alterum exterius (*a*), tertium poſterius (*b*).

XVI. Interius rectius à capite pertinet ad malleolum, migratque in latus ejus interius (*c*).

Latius eſt, quam reliquorum alterutrum, praeterquam infra; rotundius (*d*), nudumque.

Convenit formae cruris.

XVII. Exterius à capite quoque procedit rectius (*e*). Verum infra longitudinem mediam flectit ſe in priora introrſum, lateſcitque eam in partem ad extremum usque, quo propius ei, magis: pertinetque tum ad latus exterius extremi, tum ad prius (*f*).

Majorem partem, eamque ſuperiorem, ſinuatum eſt (*g*): qua cedit muſculis adjacentibus, entenſori pollicis, longo digitorum, peroneo tertio, tibiali antico.

Infra gibbum (*h*).

XVIII. Poſterius à capite quoque procedit rectius, nec niſi infra flectit ſe modice introrſum, ut ad extremi partem poſteriorem totam pertineat, inque dorſum malleoli migret (*i*).

Supra per longitudinem diviſum in partes duas, exteriorem (*k*) & interiorem (*l*), ex lateribus ſurgentes in eminentiam mediam (*m*).

In-

(*z*) *Oſſium t.* XXVII. *ic.* I.

(*a*) *Oſſium t.* XXVII. *ic.* II. o. *Et t.* XXVI. *ic.* I. u.

(*b*) *Oſſium t.* XXVI. *ic.* II.

(*c*) *Oſſium t.* XXVII. & XXVI. *ic.* I.

(*d*) *Oſſium t.* XXVII. & XXVI. *ic.* I.

(*e*) *Oſſium t.* XXVII. *ic.* II. o.

(*f*) *Oſſium t.* XXVI. *ic.* I. u.

(*g*) *Oſſium t.* XXVII. *ic.* II. o. *Et t.* XXVI. *ic.* I. u.

(*h*) *Oſſium t.* XXVII. *ic.* II. o. *Et t.* XXVI. *ic.* I. u.

(*i*) *Oſſium t.* XXVI. *ic.* II. wtv.

(*k*) *Oſſium t.* XXVI. *ic.* II. t.

(*l*) *Oſſium t.* XXVI. *ic.* II. wv.

(*m*) *Oſſium t.* XXVI. *ic.* II. *inter* t & wv.

Interior latior: ſupraque popliteo cedit, leniter ſinuata (*n*); infraque hunc flexori digitorum longo, leniter quoque ſinuata (*o*). Quos ſinus diſterminat eminentia illa obliqua (*p*), cui ſoleum affigi dicemus.

Parti exteriori (*q*) tibialis poſticus adjacet: ubi ſupra fere gibba, infra depreſſa.

Infraque has partes, diſterminantemque eminentiam, depreſſius eſt (*r*).

XIX. Infra autem accedit ad haec tria latus parvum, inter exterius & poſterius, primumque acutum, dein lateſcens deorſum verſus, ex transverſo ſinuatum (*s*); per quod fibula recipitur (*t*).

Ejusque lateris acceſſione fit, ut tibia infra quaſi quadrangularis ſit (*v*).

XX. Et angulorum, in quos latera conveniunt, ratio haec.

Supra priorem lateribus caput interjacet, & tuber ligamenti patellae (*w*).

Inde, ab exteriore parte tuberis, pertinet ad priorem malleoli (*x*).

Ac primum acutus, infra longitudinem mediam obtunditur ſenſim magis & magis, ut infra rotundus ſit (*y*).

Priori parte ſupra leniter ſinuatus, inde circa medium leniter gibbus eminet, poſt rurſus leniter ſinuatus (*z*).

Intra

(*n*) *Oſſium t.* XXVI. *ic.* II. w.
(*o*) *Oſſium t.* XXVI. *ic.* II. v.
(*p*) *Oſſium t.* XXVI. *ic.* II. s.
(*q*) *Oſſium t.* XXVI. *ic.* II. t.
(*r*) *Oſſium t.* XXVI. *ic.* II.
(*s*) *Oſſium t.* XXVII. *ic.* II. f.
(*t*) Supra §. XIII.
(*v*) *Oſſium t.* XXVI. *ic.* IV. Supra §. XII.
(*w*) *Oſſium t.* XXVI. *ic.* I. o.
(*x*) *Oſſium t.* XXVI. *ic.* I. *infra* o.
(*y*) *Oſſium t.* XXVI. *ic.* I. *infra* o.
(*z*) *Oſſium t.* XXVII. *ic.* I. & II. *infra* h.

Intra latera ſupra ſinuatus totus à parte exteriore, indeque à parte interiore à media longitudine ſua (*a*).

XXI. Interior à capite pertinet ad malleoli partem poſteriorem (*b*).

Supra rotundior, infra à medio acutior (*c*).

Supra primum ſinuatus, mox leniter gibbus, rurſusque modice ſinuatus, rurſusque gibbus, rurſusque ſinuatus extremo (*d*).

Intra latera plus quam dimidia parte ſuperiore gibbus à parte priore, inde ſinuatus (*e*).

XXII. Exterior à capite pertinet ad ſummum lateris, quod infra fibulam recipit, diviſusque in duos, diſcriminat latus illud à latere exteriore, & à poſteriore (*f*).

Acutus hic eſt, ſupra ſinuatus, poſt leniter gibbus fere ad extremum usque, ipſo extremo ſinuatus (*g*).

Intra latera fere rectus, verum inferiore parte gibbus à parte poſteriore (*h*).

Affixaque membrana, quae inter tibiam & fibulam media.

XXIII. Notaeque praeterea aliae ligamentorum, & muſculorum.

In capite primum, inter ſinus cartilaginoſos: per quas redditur ea pars inaequabilis.

XXIV. Retro ibi locus depreſſior, gibbusque (*i*): cui affigitur poſterius ligamentorum interiorum genu.

XXV. Ante hunc ſupra, juxta ſinum interiorem, ubi is lunatus eſt, locus alius (*k*): cui affigitur ligamentum cornu poſterioris cartilaginis ſemilunaris interioris.

XXVI.

(*a*) *Oſſium t.* XXVI. *ic.* I. *infra* o.
(*b*) *Oſſium t.* XXVII. *ic.* I.
(*c*) *Oſſium t.* XXVII. *ic.* I.
(*d*) *Oſſium t.* XXVII. *ic.* I.
(*e*) *Oſſium t.* XXVII. *ic.* I.
(*f*) *Oſſium t.* XXVII. *ic.* II. t t.
(*g*) *Oſſium t.* XXVII. *ic.* II. t t.
(*h*) *Oſſium t.* XXVII. *ic.* II. t t.
(*i*) *Oſſium t.* XXVI. *ic.* II. III. h.
(*k*) *Oſſium t.* XXVI. *ic.* II. III. k.

XXVI. Circa medium verticem, ubi ſinus exterior lunatus eſt, locus eſt (*l*), cui ligamentum affigitur cornu poſterioris cartilaginis ſemilunaris exterioris.

XXVII. Ante hunc, juxta ſinum interiorem, locus alius (*m*), cui prius ligamentorum interiorum genu affigitur.

XXVIII. Ante hunc, juxta ſinum exteriorem, locus alius (*n*), cui affigitur ligamentum cornu prioris cartilaginis ſemilunaris exterioris.

XXIX. Ante juxta ſinum interiorem locus (*o*), cui ligamentum affigitur cornu prioris cartilaginis ſemilunaris interioris.

XXX. Inque circuitu capitis, in parte poſteriore & eadem interiore ſinus transverſus eſt (*p*), cui affigitur ſemimembranoſus.

XXXI. In trunco, ab interiore latere tuberis, cui ligamentum patellae affigitur, nota eſt leniter ſinuata ſcabraque ac ſatis ampla (*q*), cui ſartorius affigitur cum ſemitendinoſo ac gracili.

XXXII. Ab ejus latere in ora poſteriore nota alia ſimilis, ſed levior, minusque ſcabra, ac longior & anguſtior (*r*), cui affigitur ligamentum laterale genu continentium.

XXXIII. In parte poſteriore, infra caput, eminentia oblonga, majorem partem aſperior, à partis illius parte, quae juxta latus externum eſt, oblique demiſſa ad angulum interiorem (*s*).

Unde ſoleus incipit.

XXXIV. Extrema in parte inferiore ſinus eſt ſecundum poſteriorem malleoli interni (*t*): cui tendo tibialis poſtici inſidet.

XXXV.

(*l*) *Oſſium t.* XXVI. *ic.* III. m.
(*m*) *Oſſium t.* XXVI. *ic.* III. i.
(*n*) *Oſſium t.* XXVI. *ic.* III. n.
(*o*) *Oſſium t.* XXVI. *ic.* III. l.
(*p*) *Oſſium t.* XXVI. *ic.* II. q.
(*q*) *Oſſium t.* XXVI. *ic.* I. r. *Et t.* XXVII. *ic.* I. l.
(*r*) *Oſſium t.* XXVI. *ic.* I. II. g. *Et t.* XXVII. *ic.* I. g.
(*s*) *Oſſium t.* XXVI. *ic.* II. s.
(*t*) *Oſſium t.* XXVI. *ic.* II. x.

XXXV. Alius (*v*), ad latus externum prioris; cui inſidet flexor longus pollicis.

XXXVI. Imo in malleolo ſinus (*w*), cui ligamentum affixum, quod cum tibia proximam tarſi partem connectit.

XXXVII. Foramen viſendum eſt in latere poſteriore, & quidem in exteriore illarum partium, in quas dividitur, in confinio partis ejus ſuperioris rotundioris inferiorisque depreſſae (*x*).

Deorſum tendit, introitusque eſt canalis, qui inde per os in capacitatem ejus interiorem pertinet.

Per eum vaſa ad medullam penetrant.

CAPUT LX.

De patella.

I. In priori parte genu patella eſt, acumen ejus (*y*).

Parva, craſſa, dura, ante & retro depreſſa, per circuitum quaſi orbiculata, ſed ſupra latior, atque ab exteriore parte elatior; inde fere migrat in mucronem (*z*).

II. Cujus interventu ultra genu pertinent, qui id extendunt muſculi, rectus, vaſti, cruralis.

Ipſi quidem extrema ſe parte patellae affigunt, ſupra, & in lateribus. Infra autem à mucrone ejus ligamentum latum craſſumque tendit ad tuber tibiae, quod à priori parte infra caput ejus eſt (*a*); eique affigitur.

Spe-

(*v*) *Oſſium t.* XXVI. *ic.* II. y.

(*w*) *Oſſium t.* XXVI. *ic.* II. & IV. p.

(*x*) *Oſſium t.* XXVI. *ic.* II. z.

(*y*) *Sceleti t.* I. ω *in pedibus. Et t.* III. q r *in pedibus.*

(*z*) *Oſſium t.* XXVII. *ic.* III. IV. V. VI.

(*a*) Supra cap. LIX. §. VII.

Speciesque eſt ejusmodi, tanquam ſi extendentium tendo ad tibiam pertineret, ſed interruptus per patellam (*b*), ſic ut ea chordae tendineae pars ſit.

Itaque per extendentes muſculos tibia, quum extendunt eam, trahitur: quamvis proprie patellam, ad cujus ſuperiorem partem pertinent, trahant, eoque & ligamentum infra ab ea ad tibiam pertinens, cum eoque tibiam.

Et quum flectitur genu, obſequentibus muſculis iisdem chorda ab iis ad tibiam pertinens trahitur per tibiam, tenditurque: quamvis tunc revera tibia ligamentum trahat à ſe ad patellam pertinens, ac ſic patellam, cum eaque tendines extendentium.

III. Apponitur priori parti femoris extremi.

Genu autem recto, ſinui (*c*); quantum maxime poteſt flexo, imis inſidet condylis, ubi ſinus continuatio ſunt (*d*).

Perque haec, tanquam per rotulae ſinum, it, reditque, quum genu flectimus, rurſumque extendimus.

Quin etiam genu recto firmatoque, femori ſupra ſinum leniter & in molli aſſidet (*e*), utpote ibi contecto pingui.

Praetereaque, quia laxe appoſita, impelli in alterutrum de lateribus in ſinu ſuo poteſt: & magis quidem ubi muſculi, per quos movetur, laxi ſunt, quam ubi tenſi; itemque recto genu magis, quam flexo. Etenim tenſis muſculis chorda, qua ad tibiam pertinent, tenditur, eoque patella, quae chordae pars eſt, minus obſequitur: contraque fit laxis iisdem. Flexo genu eadem chorda tenditur, ut obſequatur patella minus: contra genu recto.

IV.

(*b*) *Muſculorum t.* I. T V W Y Z r P R S X Θ Δ Λ *in femore & crure.*

(*c*) *Sceleti t.* I. ω *in pede ſiniſtro. Et t.* III. q r *in pede ſiniſtro.*

(*d*) Supra cap. LVII. §. VIII.

(*e*) *Sceleti t.* I. ω *in pede dextro. Et t.* III. q r *in pede dextro.*

IV. Retro cartilaginoſa, praeter circuitum anguſtum mucronemque, tota eſt (*f*): eaque parte cum femore committitur, ad id apte conveniens.

Nempe ex totis lateribus ſurgit eminentia media per longitudinem, eaque gibba: ipſa latera ampliora, leniterque ſinuata, praeſertim exterius, quod etiam ſurgit altius (*g*).

V. Accenſemus eam tibiae.

A qua quoniam abſoluta eſt, ſcite ſe ad femur adaptat, genu ſive rectum ſit, ſive utcunque flexum.

Et neque extenſioni ejus, in priora quinetiam, quamvis levi, flexioni quicquam obſtat: neque quum flexum, converſioni tibiae. Obſtaret autem, ſi proceſſus hujus eſſet.

Et absque ea genu non expleretur.

Tendinesque tibiam extendentium muſculorum, ſi ad eam ipſi, nullo patellae interventu, pertinerent, minus recte, minusque firmiter extenderent.

Facileque iidem crebro & vehementi ad femur affrictu, quoties flectimus, extendimusque, caperent detrimentum. Caperent quoque à vi forinſecus flexi genu cubito facile inferenda.

VI. Extrinſecus in acumine genu leniter gibba eſt, & per altitudinem ſulcata, ac foraminata (*h*): ubi adhaeret perioſteum craſſum.

VII. Supra depreſſior eſt, inaequabilisque, ac laevior (*i*); ubi tendines extendentium genu affiguntur.

(*f*) *Oſſium t.* XXVII. *ic.* IV. V.
(*g*) *Oſſium t.* XXVII. *ic.* IV. V. *Et confer ic.* V. *cum* VI.
(*h*) *Oſſium t.* XXVII. *ic.* III.
(*i*) *Oſſium t.* XXVII. *ic.* III. X.

CAPUT LXI.

De fibula.

I. Ad tibiam additamenti in modum ab externo latere fibula adjuncta eſt, juxta partem poſteriorem: cum eaque ſupra atque infra connectitur, caeterum diſtans (*k*).

Oblonga, ut illa, perparum brevior, ſed multo gracilior; extremis ſupra truncum tumidula, trunco fere triangula, extremis ſpongioſa (*l*).

II. Caput ſuperius rotundius eſt, & inaequabile (*m*).

Devexitati prominentis capitis tibiae apponitur (*n*), ea parte depreſſius, & à vertice ſummo introrſum declive (*o*), ut conveniat.

III. Sinum ibi ſupra juxta poſteriorem partem habet, cartilaginoſum, levem, circuitu fere rotundum (*p*): quo cum planitie cartilaginoſa capitis tibiae (*q*) committitur.

Contineturque ſic, ut articulus tantummodo cedat nonnihil, tum antrorſum, tum retrorſum.

IV. Ab hoc capite ſenſim gracilior, mox craſſior, ac deinde tota plenior (*r*).

Ab eodem intra exteriorem interioremque partem primum rectior eſt,

(*k*) *Sceleti t.* I. mno *in pedibus. Et t.* II. HIKL *in pedibus. Et t.* III. ABC *in pedibus.*

(*l*) *Oſſium t.* XXVIII. *ic.* I. II. III. IV.

(*m*) *Oſſium t.* XXVIII. *ic.* I. II. III. IV.

(*n*) *Sceleti t.* I. *inter* m *&* f *in pedibus. Et t.* II. *inter* I *&* D *in pedibus. Et t.* III. *inter* B *&* u *in pede ſiniſtro.*

(*o*) *Oſſium t.* XXVIII. *ic.* III. *&* I. *circum* a.

(*p*) *Oſſium t.* XXVIII. *ic.* III. *&* I. a.

(*q*) Supra cap. LIX. §. XIV.

(*r*) *Oſſium t.* XXVIII. *ic.* III. *&* IV.

eſt, fere per duas tertias partes longitudinis ſuae, infraque ad tibiam appropinquat magis ac magis: inde flectit ſe modice extrorſum, poſt rurſus rectior (*s*).

v. Intra partem priorem & poſteriorem media longitudine rectior, ſupra infraque curvat ſe leniter in priora (*t*), eoque cum tibia melius convenit (*v*).

vi. Infra per ſinum recipitur (*w*), qui in latere externo extremae tibiae eſt (*x*): eoque ibi ex transverſo rotundior eſt (*y*). Atque ibi etiam cum ea firmiter continetur.

vii. Migratque in malleolum externum (*z*).

Qui interno craſſior eſt, longiorque, ac longius ultra ſinum tibiae imum protenditur (*a*).

Craſſior ſupra, intra partem priorem & poſteriorem ſenſim anguſtatur, magis obliqua priore (*b*).

Intra latus externum internumque ſenſim tenuior (*c*).

Mucrone deſinit obtuſiore, obliquo, retro fere longius porrecto deorſum (*d*).

viii. Fereque triangularis eſt.

Laterum unum exterius, quod gibbum, nudumque (*e*).

Al-

(*s*) *Sceleti t.* I. m n o *in pedibus. Et t.* II. I H L *in pedibus. Et oſſium t.* XXVIII. *ic.* I. & II.

(*t*) *Oſſium t.* XXVIII. *ic.* III. & IV.

(*v*) *Sceleti t.* III. B A C *in pede ſiniſtro.*

(*w*) *Sceleti t.* I. *inter* o & k *in pedibus. Et t.* II. *inter* L & G *in pedibus. Et t.* III. *inter* C & y *in pede ſiniſtro.*

(*x*) Supra cap. LIX. §. XIII.

(*y*) *Oſſium t.* XXVIII. *ic.* III. *ſupra* b.

(*z*) *Sceleti t.* I. o, o *in pedibus. Et t.* II. K, K *in pedibus. Et t.* III. C *in pede ſiniſtro. Et oſſium t.* XXVIII. *ic.* I. II. III. IV. c.

(*a*) *Sceleti t.* I. o, o *in pedibus. Et t.* II. K, K *in pedibus.*

(*b*) *Oſſium t.* XXVIII. *ic.* III. & IV. c.

(*c*) *Oſſium t.* XXVIII. *ic.* I. & II. c.

(*d*) *Oſſium t.* XXVIII. *ic.* III. & IV. c.

(*e*) *Oſſium t.* XXVIII. *ic.* IV. c.

Alterum poſterius, quod depreſſius (*f*), eoque aptum ad ſuſtinendos tendines peroneorum.

Tertium interius (*g*), diviſum in partes duas, priorem cartilaginoſam, eamque majorem (*h*): poſteriorem inaequabilem (*i*). Hoc latere contra tibiae ſinum imum eſt, à quo paulatim declinat extrorſum (*k*).

IX. Ad eum autem pertinet parte illa cartilaginoſa, eaque cum tali latere exteriore committitur (*l*).

Triangularis, deorſum verſus paulatim anguſtior, per altitudinem majorem partem gibba, nec niſi infra leniter ſinuata (*m*).

X. Itaque ex imo tibiae ſinu, malleolisque, ſinus cruris eſt, per quem talus recipitur (*n*), articulo mobili.

Atque is oblique ponitur ſic, ut malleolus internus prior ſit, externus poſterior (*o*).

XI. Fibulae autem additamento crus latius eſt, ut convenit muſculis appoſitis.

Neque gravat pondus: quippe quum in intervallo non niſi membrana ſit, muſculis ſufficiens ibi.

Stricte alligata ſtabilis eſt, tanquam pars: quum ſeparatim movere nihil attineat.

Infra ſtrictiſſime, poſcente commiſſura tali.

Paulo minus ſupra, etiam compoſita in articulum, eoque aliquantum cedens, quum neceſſe eſt.

XII.

(*f*) *Oſſium t.* XXVIII. *ic.* II. c i.

(*g*) *Oſſium t.* XXVIII. *ic.* III. b c d.

(*h*) *Oſſium t.* XXVIII. *ic.* III. b.

(*i*) *Oſſium t.* XXVIII. *ic.* III. c d.

(*k*) *Oſſium t.* XXVIII. *ic.* I. b.

(*l*) *Sceleti t.* I. *inter* o *&* p *in pedibus. Et t.* II. *inter* L *&* O *in pedibus.* *Et t.* III. *inter* C *&* E *in pedibus.*

(*m*) *Oſſium t.* XXVIII. *ic.* III. b.

(*n*) *Sceleti t.* I. *inter* l k o *&* p *in pedibus. Et t.* II. *inter* F G L *&* N O *in pedibus.*

(*o*) *Sceleti t.* I. l k o *in pede dextro. Et t.* II. F G L *in pede dextro.*

XII. Aptataque ad muſculos adjacentes, trunco per longitudinem ſupra infraque triangula, infra medium etiam quadrangula.

Latera autem ſunt quatuor: exterius unum (*p*), alterum poſterius (*q*), interius tertium (*r*), prius quartum, quod planities eſt anguli prioris (*s*).

Supra triangula eſt inter latus exterius, poſteriusque, atque interius: infra, inter exterius, poſterius, & prius. Infra medium quadrangula inter exterius, poſterius, interius, prius.

XIII. Exterius infra ſpirae in formam torquetur retrorſum ita, ut fiat etiam poſterius, migretque in dorſum malleoli (*t*).

Supra depreſſius, inde ſinuatum, ubi ſe flectit gibbum, dein depreſſius (*v*).

Inſident peronei, longus & brevis, qui videri poſſunt cauſſa flectendi eſſe: quippe deducuntur obliquitate illa ad poſteriorem partem malleoli.

Infra autem ad id pertinet plaga triangularis nuda: quae acuta primum, lateſcit deinde, migratque in malleoli latus externum (*w*).

XIV. Poſterius cum exteriore infra flectitur, ut, quum hoc poſterius, illud fiat interius (*x*).

A capite depreſſius eſt (*y*), locusque ſoleo, & flexori pollicis longo.

Infra, ubi ſe flectit in partem interiorem (*z*), leniter gibbum, & ſupra malleolum inaequabile (*a*), ubi ligamenta affiguntur, quae alligant tibiae.

XV.

(*p*) *Oſſium t.* XXVIII. *ic.* IV. h h.
(*q*) *Oſſium t.* XXVIII. *ic.* II. g g.
(*r*) *Oſſium t.* XXVIII. *ic.* III. e e.
(*s*) *Oſſium t.* XXVIII. *ic.* I. f *infer.*
(*t*) *Oſſium t.* XXVIII. *ic.* II. h h.
(*v*) *Oſſium t.* XXVIII. *ic.* IV. & II. h h.
(*w*) *Oſſium t.* XXVIII. *ic.* IV. *juxta* h *infer.*
(*x*) *Oſſium t.* XXVIII. *ic.* II. & III. g g.
(*y*) *Oſſium t.* XXVIII. *ic.* II. g g.
(*z*) *Oſſium t.* XXVIII. *ic.* II. & III. g *infer.*
(*a*) *Oſſium t.* XXVIII. *ic.* III. *ſupra* c b.

XV. Latus interius, quod contra tibiam eſt, ibi deſinit, ubi torqueri poſterius incipit, leniterque ſinuatum eſt (*b*), inſidetque tibialis poſticus.

XVI. Angulus autem prior (*c*) eſt inter latus externum ab exteriore, & ab altera parte ſupra inter internum, infra inter poſterioris partem introrſum flexam.

Is à capite acutus, dein depreſſus, tendit ad priorem partem malleoli: depreſſaque pars à ſummo latior, fere à medio lateſcit inſignius, dein rurſus anguſtior (*d*).

Affixus extenſor pollicis, digitorum longus, peroneus tertius: oraeque interiori ligamentum latum, quod inter cruris oſſa, qua dehiſcunt, medium.

XVII. Angulus exterior pertinet à capite ad interiorem partem dorſi malleoli, ſupra obtuſior, unde ſe flectit, acutior (*e*).

XVIII. Interior acutior, eminet à capite, usquequo infra latus interius deſinit ad angulum priorem (*f*).

XIX. Praeterea, ut caput à vertice ſuo introrſum declive eſt, ſic etiam extrorſum (*g*).

Gibba autem haec pars eſt, veluti retuſa, triangularis, à vertice anguſtior, deſinitque ubi infra incipit angulus exterior trunci (*h*). Biceps cruris affigitur.

XX. Dorſumque malleoli, ubi tendines peroneorum praetereunt, ſinuatum eſt (*i*).

XXI.

(*b*) *Oſſium t.* XXVIII. *ic.* III. e e.

(*c*) *Oſſium t.* XXVIII. *ic.* I. f f f.

(*d*) *Oſſium t.* XXVIII. *ic.* I. f f f.

(*e*) *Oſſium t.* XXVIII. *ic.* IV. *à latere* h h: & *ic.* II. *inter* g g & h h.

(*f*) *Oſſium t.* XXVIII. *ic.* III. e e *per* l.

(*g*) *Oſſium t.* XXVIII. *ic.* I. k.

(*h*) *Oſſium t.* XXVIII. *ic.* IV. & I. k.

(*i*) *Oſſium t.* XXVIII. *ic.* II. i.

XXI. Sinusque infra in parte malleoli interiore eſt, pone cartilaginoſam (*k*). Ubi ligamentum affigitur cum talo connectens.

XXII. Supra longitudinem mediam lateris poſterioris foramen eſt (*l*), quod per os oblique deorſum in capacitatem, quae medullam continet, tendens, iter eſt vaſorum ad eam penetrantium.

CAPUT LXII.

De compoſitione cruris & femoris.

I. Pedis igitur columna revera fit ex femore & tibia.

II. Ea autem columna recta non eſt, ſed circa medium extrorſum flexa (*m*).

Tria ſunt, per quae hoc fit. Primum, femur infra curvat ſe nonnihil extrorſum (*n*). Deinde, imum femur juxta exteriorem partem brevius eſt, quam juxta interiorem; neque vertex tibiae, cum quo committitur, tanto juxta exteriorem partem altior eſt, quanto femur brevius (*o*). Praeterea, tibiae pars ſuperior curvata eſt extrorſum (*p*).

III. Eo autem fit, ut, quum femora ſupra ad coxas inſigniter divaricata ſint, genua infraque ea pedes corpori rectius ſupponantur, femoribus in genua convenientibus, cruribusque infra genua rectius demiſſis ad calces.

Ad

(*k*) *Oſſium t.* XXVIII. *ic.* III. d.

(*l*) *Oſſium t.* XXVIII. *ic.* II. & III. l.

(*m*) *Sceleti t.* I. τ h k *in pedibus. Et t.* II. r C *in pedibus.*

(*n*) *Sceleti t.* I. τ *in pedibus. Et t.* II. r *in pedibus.*

(*o*) *Sceleti t.* I. ⸸ ⸸ f g *in pedibus. Et t.* II. t w D E *in pedibus.*

(*p*) *Sceleti t.* I. h k *in pedibus. Et t.* II. C *in pedibus.*

Adductiſque genubus calcibusque columnae pedum duae veluti in unam conveniunt, ſtamusque eo poſitu firmius.

Neque à columnae forma recta tantum deflectunt, ut alioquin uſui id officiat.

CAPUT LXIII.

De pede extremo.

Hujus columnae baſis pes extremus eſt (*q*).

E tarſo (*r*), metatarſo (*s*), digitisque (*t*), conſtat.

Ante tarſum metatarſus: ante hunc digiti.

CAPUT LXIV.

De tarſo.

Tarſus è ſeptem oſſibus fere ſpongioſis, in duos ordines compoſitis, fit (*v*).

Primi calcaneus eſt (*w*), cum talo (*x*).

Se-

(*q*) *Sceleti t.* I. p—W *in pedibus. Et t.* II. M—o *in pedibus. Et t.* III. D—v *in pedibus.*

(*r*) *Sceleti t.* I. p—y. *Et t.* II. M—W. *Et t.* III. D—P, *in pedibus.*

(*s*) *Sceleti t.* I. z—E. *Et t.* II. X—α. *Et t.* III. Q—W, *in pedibus.*

(*t*) *Sceleti t.* I. F—W. *Et t.* II. β—o. *Et t.* III. X—v, *in pedibus.*

(*v*) *Sceleti t.* I. p—y *in pedibus. Et t.* II. M—W *in pedibus. Et t.* III. D—P *in pedibus.*

(*w*) *Sceleti t.* I. st *in pedibus. Et t.* II. QR *in pedibus. Et t.* III. HIK *in pedibus.*

(*x*) *Sceleti t.* I. pqr *in pedibus. Et t.* II. M—P *in pedibus. Et t.* III. D—G *in pedibus.*

Secundi naviculare (*y*), cuneiformia tria, majus (*z*), minus (*a*), medium (*b*), & cubiforme (*c*).

Ante ordinem primum ſecundus.

CAPUT LXV.

De calcaneo.

I. Inter ea calcaneus maximus eſt, oblongus, brevis, craſſus (*d*), fundamentum caeterorum.

Ponitur in parte poſteriore (*e*).

II. Incipit tubere (*f*), quo in calce eſt, inſiſtitque imo (*g*). Oblongum, ovatum per altitudinem, gibbum, deorſum à parte ſuperiore in interiorem obliquum (*h*).

III. Ab eo corpus tendit in priora, per altitudinem, ut illud, craſſius, quam intra latera (*i*). Gracileſcitque primum modi-

(*y*) *Sceleti t.* I. u *in pedibus. Et t.* II. S *in pedibus. Et t.* III. M *in pedibus.*

(*z*) *Sceleti t.* I. v *in pedibus. Et t.* III. P *in pedibus.*

(*a*) *Sceleti t.* I. w *in pedibus. Et t.* II. T *in pedibus. Et t.* III. O *in pedibus.*

(*b*) *Sceleti t.* I. x *in pedibus. Et t.* II. V *in pedibus. Et t.* III. N *in pede ſiniſtro.*

(*c*) *Sceleti t.* I. y *in pede ſin. Et t.* II. W *in pedibus. Et t.* III. L *in pedibus.*

(*d*) *Oſſium t.* XXIX. *ic.* I. II. III. IV. V. VI.

(*e*) *Sceleti t.* I. s t *in pedibus. Et t.* II. Q R *in pedibus. Et t.* III. H I K *in pedibus. Et muſculorum t.* X. *ic.* XXIII. A B C D E. *Et oſſium t.* XXXII. *ic.* I. & II. b. *Et t.* XXXIII. *ic.* II. aa.

(*f*) *Oſſium t.* XXIX. *ic.* I. III. IV. V. VI. e f g.

(*g*) *Sceleti t.* I. s *in pedibus. Et t.* II. Q *in pedibus. Et t.* III. I *in pede dextro. Et oſſium t.* XXXII. *ic.* I. & II. b. *Et t.* XXXIII. *ic.* II. a.

(*h*) *Oſſium t.* XXIX. *ic.* I. g f e.

(*i*) *Oſſium t.* XXIX. *ic.* III. IV. V. VI. *ante* g f e.

dice, mox rurſus craſſeſcit (*k*), in partem internam magis (*l*).

Verum ſupra circa longitudinem mediam deficit, ultraque non niſi parte inferiore procurrit, ob id humilior ibi (*m*), praetereaque gracilior.

IV. Ubi deficit, deſinit in partem cartilaginoſam, quae veluti tuber eſt, amplum, oblongum, per longitudinem gibbum, à ſuperiore eademque interiore parte corporis oblique in priora deorſum extrorſumque porrectum, ſenſimque anguſtius, caeterum fere ovatum circuitu (*n*).

Tali corpus ſinu ſuo inſidet (*o*), articulo mobili.

V. Supraque ultra corpus in latus internum eminet ſuſtentaculum cervicis tali, à priore parte cartilaginoſae proximaque humiliore ortum, neque admodum craſſum (*p*).

Oblongum eſt, circuitu, qua eminet, gibbum (*q*): poniturque oblique, ut tuber cartilaginoſum; ſed deſcendit minus (*r*).

VI. Contra autem ſupra per longitudinem ſinuatum, ſinu ovato, & cartilaginoſo (*s*): qui recipit partem cervicis tali (*t*).

VII. Et mox ante ſinum illum ſupra in ora partis humilioris ſi-

(*k*) *Oſſium t.* XXIX. *ic.* III. IV. V. VI. *ante* g f e.

(*l*) *Oſſium t.* XXIX. *ic.* V. VI. *ante* e f g.

(*m*) *Oſſium t.* XXIX. *ic.* VI. IV. *ante* a.

(*n*) *Oſſium t.* XXIX. *ic.* VI. a.

(*o*) *Sceleti t.* I. *inter* p & t *in pedibus.* *Et t.* II. *inter* M & Q *in pedibus.* *Et t.* III. *inter* E & H *in pedibus.* *Et oſſium t.* XXXII. *ic.* I. & II. *inter* b & a. *Et t.* XXXIII. *ic.* II. *inter* a a & b. *Et t.* XXXIV. *ic.* I. *inter* b & a.

(*p*) *Oſſium t.* XXIX. *ic.* VI. b: & *ic.* V. k: & *ic.* II. b: & *ic.* I. k.

(*q*) *Oſſium t.* XXIX. *ic.* VI. b: & *ic.* V. & III. k.

(*r*) *Oſſium t.* XXIX. *ic.* VI. b.

(*s*) *Oſſium t.* XXIX. *ic.* VI. b.

(*t*) *Sceleti t.* I. *inter* t & r *in pedibus.* *Et t.* III. *inter* K & D *in pede dextro.* *Et muſculorum t.* X. *ic.* XXIII. *inter* E & G. *Et oſſium t.* XXXII. *ic.* I. *inter* b & a. *Et t.* XXXIV. *ic.* I. *inter* b & a.

ſinus eſt ſimilis, ſed brevior (*v*), per longitudinem cum priore conjunctus in unum (*w*), ſeparatus aliis.

Recipit & hic partem cervicis tali (*x*).

VIII. Inter tuber & ſuſtentaculum, continueque ante tuber in ſummo partis humilioris, ſinus eſt inaequabilis (*y*), reſpondens tali ſinui ſimili.

Retro inter tuber & ſuſtentaculum anguſtior & profundior, contrahit ſe primum ſenſim modiceque, inde lateſcit inſigniter, minus profundus (*z*).

Ad partem autem priorem radicis tuberis altius ſinuatus eſt, recipitque imum corporis tali mucronem (*a*).

IX. Pars humilior ante extremo toto committitur cum cubiformi (*b*).

Extremum cartilaginoſum eſt, amplum, per circuitum rotundius, in interiorem partem ſenſim nonnihil anguſtius, fine hebete (*c*).

Per transverſum ab exteriore parte in interiorem primum ſinuatum, dein leniter gibbum; ſecundum altitudinem oblique à ſuperiore eademque interiore parte in inferiorem eamque exteriorem modice ſinuatum (*d*).

Spectatque ad priora, ſed ſimul nonnihil oblique introrſum (*e*).

X. De reliquo ſupra inter tuber quo incipit, illudque quo corpus

(*v*) *Oſſium t.* XXIX. *ic.* VI. *infra* b.

(*w*) *Oſſium t.* XXIX. *ic.* VI. b, *infraque* b.

(*x*) *Muſculorum t.* X. *ic.* XXIII. *inter* D & G. *Et oſſium t.* XXXIII. *ic.* II. *ſub* b, *inter* b & g.

(*y*) *Oſſium t.* XXIX. *ic.* VI. *inter* a b i.

(*z*) *Oſſium t.* XXIX. *ic.* VI. *inter* a b i.

(*a*) *Oſſium t.* XXXII. *ic.* II. *inter* b & a.

(*b*) *Sceleti t.* II. *inter* R & W *in pedibus.* *Et t.* III. *inter* H & L *in pedibus.* *Et muſculorum t.* X. *ic.* XXIII. *inter* D & l. *Et oſſium t.* XXXII. *ic.* II. *inter* b & g. *Et t.* XXXIII. *ic.* II. *inter* a & g.

(*c*) *Oſſium t.* XXIX. *ic.* II. c.

(*d*) *Oſſium t.* XXIX. *ic.* II. c.

(*e*) *Oſſium t.* XXIX. *ic.* II. & V. c.

pus tali ſuſtinet, leniter ſinuatus eſt, per transverſum gibbus (*f*).

XI. Externo latere toto ad latus externum pedis extremi eſt, depreſſior eo, & inaequabilis (*g*).

XII. Interno magis aequabilis, perque longitudinem inſigniter ſinuatus eſt: ſinumque auget prominens ſupra ſuſtentaculum tali (*h*).

Spatium praebet tendinibus, arteriaeque, ac venae, & nervo, ad plantam tendentibus.

XIII. Infra primum ante tuber calcis per longitudinem ſinuatus eſt (*i*): ubi locum invenit flexor brevis digitorum pedis cum aponeuroſi plantae.

XIV. Ante ſinum illum deinde tuber habet oblongum (*k*), cui ligamentum affigitur ad cubiforme pertinens.

Et ante illud ab externo latere juxta extremum eſt tuber minus (*l*), cui affigitur ligamentum ſimile.

XV. Et memorabile tuberculum, quod infra ab exteriore parte tuberis calcis procurrit in priora, partemque inferiorem diſterminat à latere exteriore (*m*). Affigitur abductor digiti minimi cum aponeuroſi plantae.

XVI. Dein juxta partem priorem eminentiae ſunt parvae duae, prior altera (*n*), altera poſterior (*o*), interque eas ſinus, tendens oblique in priora deorſum: qui continet tendinem peronei longi.

Eminentia prior major eſt, infra planior, cartilaginoſa, à poſteriore parte in priorem ovata, deorſum retrorſumque ſpectans (*p*): qua tendo ille ſuſtinetur.

XVII.

(*f*) *Oſſium t.* XXIX. *ic.* VI. III. IV. & c.
(*g*) *Oſſium t.* XXIX. *ic.* IV.
(*h*) *Oſſium t.* XXIX. *ic.* III. V. VI.
(*i*) *Oſſium t.* XXIX. *ic.* V. *infra* e.
(*k*) *Oſſium t.* XXIX. *ic.* V. h.
(*l*) *Oſſium t.* XXIX. *ic.* V. *inter* d
(*m*) *Oſſium t.* XXIX. *ic.* IV. *ſupra* e.
(*n*) *Oſſium t.* XXIX. *ic.* IV. d.
(*o*) *Oſſium t.* XXIX. *ic.* IV. *pone* d.
(*p*) *Oſſium t.* XXIX. *ic.* IV. d.

XVII. Anteque priorem ſupra in ora partis humilioris, partim in latere, partim in parte ſuperiore, eminentia eſt oblonga (*q*): cui affixum principium extenſoris brevis digitorum.

XVIII. In latere interiore ſecundum ſuſtentaculum tali ſinus eſt levis (*r*), cui tendo inſidet flexoris pollicis longi.

XIX. Ibidem ſecundum ſuſtentaculum extremum, qua parte eminentius eſt, plaga eſt (*s*), ſecundum quam tendo flexoris longi digitorum tendit.

XX. Quod ſuſtentaculi inter hanc plagam ſinumque tendinis flexoris longi pollicis eſt, id inaequabile eſt (*t*), ab eoque ligamentum, quo caput tali ſuſtinetur, pertinet ad naviculare.

XXI. Tuber, quo in calce eſt, media parte poſtica inaequabile eſt (*v*): ubi tendo achillis affigitur.

Supra hanc magis aequabile (*w*): ad quam partem tendo ille flexo pede applicatur.

CAPUT LXVI.

De talo.

I. Poſt calcaneum talus major, craſſus, & brevis (*x*). Partes ejus ſunt duae: corpus, & cervix cum capite ſuo.

Cor-

(*q*) *Oſſium t.* XXIX. *ic.* VI. IV. i.
(*r*) *Oſſium t.* XXIX. *ic.* III. v. k.
(*s*) *Oſſium t.* XXIX. *ic.* III. *ſupra* k.
(*t*) *Oſſium t.* XXIX. *ic.* III. *ſupra* k.
(*v*) *Oſſium t.* XXIX. *ic.* I. f.
(*w*) *Oſſium t.* XXIX. *ic.* I. g.

(*x*) *Sceleti t.* I. pqr *in pedibus. Et t.* II. M—P *in pedibus. Et t.* III. D—G *in pedibus. Et muſculorum t.* X. *ic.* XXIII. FGH. *Et oſſium t.* XXIX. *ic.* VII. VIII. IX. X. XI.

Corpus inter extremum crus calcaneumque interjectum medium eſt. Cervicem cum capite protendit.

II. Forma corpori quodammodo quadrangula (*y*).

Parte autem priore latius, anguſtatur paulatim in poſteriorem, eo quod latus exterius curvatur interius verſus (*z*).

Interius oblongum, depreſſius (*a*).

Exterius triangulare, deorſum verſus paulatim anguſtius, infraque recurvat ſe mucrone extrorſum (*b*), eoque maxime denormat quadratum.

Poſterius breve eſt, & anguſtum (*c*).

Priori parte migrat in cervicem (*d*).

III. Vertex cartilaginoſus (*e*); ab eoque continue latus exterius paulo minus quam totum (*f*), interius ad oram ſuperiorem (*g*).

Vertex per circuitum forma reſpondet corpori, caeterum amplo levique rotulae ſinui aſſimilis. A priori parte in poſteriorem gibbus, & quaſi orbiculatus eſt, per transverſum medius leniter ſinuatus, ad utrumque latus gibbus, parte priore maxime, ſummaque: unde retro deorſum productior, ſenſimque depreſſior (*h*).

Ex lateribus cartilaginoſis internum depreſſius, ante circuitu rotundo latius, inde ſenſim anguſtius, in fine acutum (*i*).

Externum ſinuatum per altitudinem, imo mucrone fere gibbo: ex transverſo leniter gibbum (*k*).

Atque

(*y*) *Oſſium t.* XXIX. *ic.* XI. l m.
(*z*) *Oſſium t.* XXIX. *ic.* XI. l m.
(*a*) *Oſſium t.* XXIX. *ic.* IX. l, *& quod infra eſt.*
(*b*) *Oſſium t.* XXIX. *ic.* VIII. m, *& quod infra eſt, anteque.*
(*c*) *Oſſium t.* XXIX. *ic.* XI. X. *ubi* r.
(*d*) *Oſſium t.* XXIX. *ic.* XI. VIII. IX. *inter* l *&* n.
(*e*) *Oſſium t.* XXIX. *ic.* XI. VIII. l.
(*f*) *Oſſium t.* XXIX. *ic.* VIII. m.
(*g*) *Oſſium t.* XXIX. *ic.* IX. l.
(*h*) *Oſſium t.* XXIX. *ic.* XI. l.
(*i*) *Oſſium t.* XXIX. *ic.* IX. l.
(*k*) *Oſſium t.* XXIX. *ic.* VIII. m.

Atque ad ſinum tibiae extremum (*l*) vertex, ad malleolos (*m*) latera cartilaginoſa conveniunt. Productiora autem ſunt intra partem priorem & poſteriorem.

Receptus igitur per cruris ſinum talus malleolis utrimque quaſi comprehenditur (*n*).

Suſtinetque crus vertice, flectique articulus tum in priora poteſt, tum, etiam inſignius, in poſteriora.

Cedit quoque articulus, ut in latera verti nonnihil poſſit, praeſertim quum retrorſum flexus.

IV. Ultra partem cartilaginoſam latera inaequabilia ſunt (*o*), itemque inaequabilis ora poſterior (*p*).

V. Fereque ora poſterior nil niſi ſinus eſt, à ſuperiore parte deorſum & ſimul oblique introrſum tendens, curvansque ſe (*q*): cui tendo flexoris longi pollicis inſidet.

VI. Infra autem corpus à parte poſteriore & ab exteriore, nil niſi ſinus eſt cartilaginoſus (*r*): quo in calcaneo inſiſtit, recipiens (*s*) tuber ejus cartilaginoſum (*t*).

Reſpondetque ei ſinus: quippe oblongus eſt, perque longitudinem lunatus, poniturque oblique à poſteriore corporis parte usque in mucronem extremum lateris externi, deorſum extrorſumque directus, ſenſim anguſtior, circuitu fere ovatus (*v*).

Per quem articulum talus ſuper calcaneum, calcaneus ſub talo, ver-

(*l*) Vide ſupra cap. LIX. §. X.

(*m*) Vide ſupra cap. LIX. §. XI: & cap. LXI. §. IX.

(*n*) *Sceleti t.* I. *inter* p q & o k l *in pedibus. Et t.* II. *inter* N O & F G K *in pedibus.*

(*o*) *Oſſium t.* XXIX. *ic.* VIII. IX.

(*p*) *Oſſium t.* XXIX. *ic.* XI.

(*q*) *Oſſium t.* XXIX. *ic.* IX. X. XI. r.

(*r*) *Oſſium t.* XXIX. *ic.* X. p.

(*s*) *Sceleti t.* II. *inter* M & Q *in pedibus. Et oſſium t.* XXXII. *ic.* I. & II. *inter* b & a. *Et t.* XXXIII. *ic.* II. *inter* a a & b. *Et t.* XXXIV. *ic.* I. *inter* b & a.

(*t*) Vide ſupra cap. LXV. §. IV.

(*v*) *Oſſium t.* XXIX. *ic.* X. p.

vertuntur aliquantum oblique in utrumque latus, in internum maxime. Itaque per eundum crus cum talo ſuper calcaneum eodem modo oblique flectitur in latus utrumque, ſed maxime in internum: ſimiliterque ſub talo pes extremus per calcaneum.

VII. Sequitur corporis pars prior, quae in cervicem migrat (*w*), deſinentem in caput (*x*):

Pars illa in triangula duo ſecari mente poteſt, per lineam à ſummo, ubi juxta latus externum eſt, infra in latus alterum retrorſum ductam ad imum: quorum triangulorum ſuperior & idem interior fere locus eſt, unde migrat in cervicem (*y*).

Haec tendit in priora modiceque introrſum (*z*), brevis, craſſa, quaſi ovata (*a*).

Ab altera parte ad latus pedis extremi internum eſt, & ad dorſum, ubi principio ſinuata (*b*): ab altera in humiliorem calcanei partem directa (*c*).

VIII. Inſiſtit in calcaneo & ipſa, in illa parte ejus (*d*), quam ſuſtentaculum nominavimus (*e*).

Cumque ſinu ejus committitur tuberculo, quod habet in imo, juxta latus interius, cartilaginoſum, leviter eminens, oblongum, ovatum, per longitudinem leniter gibbum, ab interiore latere oblique antrorſum introrſumque porrectum (*f*), continuatumque capiti (*g*).

Arti-

(*w*) *Oſſium t.* XXIX. *ic.* VIII. IX. X. XI. *inter* l & n.

(*x*) *Oſſium t.* XXIX. *ic.* VIII. IX. X. XI. n.

(*y*) *Oſſium t.* XXIX. *ic.* VII. *inter* l & n.

(*z*) *Oſſium t.* XXIX. *ic.* VII. *inter* l & n.

(*a*) *Oſſium t.* XXIX. *ic.* VIII. IX. X. XI. *inter* l & n.

(*b*) *Oſſium t.* XXIX. *ic.* IX. *inter* l & n.

(*c*) *Oſſium t.* XXIX. *ic.* VIII. *inter* l *anter.* & n.

(*d*) *Sceleti t.* I. *inter* r & t *in pedibus. Et t.* III. *inter* D & K *in pede dextro. Et muſculorum t.* X. *ic.* XXIII. *inter* F G & E. *Et oſſium t.* XXXII. *ic.* I. *inter* a & b. *Et t.* XXXIV. *ic.* I. *inter* a & b.

(*e*) Supra cap. LXV. §. V.

(*f*) *Oſſium t.* XXIX. *ic.* X. q.

(*g*) *Oſſium t.* XXIX. *ic.* X. q o.

Articulus hic obſequitur mobilitati illius, qui fit ex corpore tali & calcanei.

IX. Cervici caput ejus poſitu, perque circuitum forma, respondet: ovatum, ac longitudine à ſuperioribus partibus deorſum oblique in latus interius porrectum (*h*).

Cartilaginoſum eſt, gibbumque (*i*), ac directum in priora deorſum, ſimulque oblique in latus interius (*k*).

Committitur cum naviculari, & cum calcaneo, & cum cubiformi, & cum ligamento, quod ſubtenſum ei, à calcaneo pertinet ad naviculare.

Priori parte tota (*l*), quae maxima, cum naviculari (*m*).

Inferiore cum ſinu (*n*), qui in ora humilioris calcanei partis eſt (*o*). Ovata haec eſt, continuataque tuberculo (*p*), quo cervix cum ſinu ſuſtentaculi committitur (*q*).

Reliqua parte (*r*), quae nimirum ad latus internum eſt, caput cum cubiformi committitur, & cum ligamento. Ligamentumque, qua parte cum eo committitur, nodo ſimile, durumque eſt, veluti cartilaginoſum.

Qui articuli omnes obſequuntur illi, qui ex corpore tali & calcanei fit.

X. Infra ſinus viſendus eſt, & inaequabilis (*s*), inter ſinum

(*h*) *Oſſium t.* XXIX. *ic.* VII. n o.

(*i*) *Oſſium t.* XXIX. *ic.* VII. & XI. n o.

(*k*) *Oſſium t.* XXIX. *ic.* VII. VIII. IX. n o.

(*l*) *Oſſium t.* XXIX. *ic.* VII. X. n.

(*m*) *Sceleti t.* I. *inter* r & u *in pedibus. Et t.* III. *inter* G & M *in pedibus. Et muſculorum t.* X. *ic.* XXIII. *inter* H & M. *Et oſſium t.* XXXII. *ic.* I. & II. *inter* a & c. *Et t.* XXXIII. *ic.* I. & II. *inter* b & c.

(*n*) *Muſculorum t.* X. *ic.* XXIII. *inter* G & D. *Et oſſium t.* XXXIII. *ic.* II. *ſub* b *inter* b & g.

(*o*) Supra cap. LXV. §. VII.

(*p*) Supra §. VIII.

(*q*) *Oſſium t.* XXIX. *ic.* X. *infra* q.

(*r*) *Oſſium t.* XXIX. *ic.* X. o.

(*s*) *Oſſium t.* XXIX. *ic.* X. *inter* p & q.

num cartilaginoſum corporis, & caput.

Fit ex priori parte corporis illa, quae libera eſt à cervice, & ex cervice (*t*).

Ab angulo inter latus poſterius & interius retro juxta partem interiorem incipiens, tendit oblique antrorſum extrorſumque, deſinitque ad externum latus inter corpus caputque (*v*).

Anguſtior juxta latus interius, inde primum modice anguſtatur, dein paulatim inſigniterque augetur (*w*).

Reſpondet ſinui ſimili calcanei (*x*), ſed minus profundo.

Et ex duobus his ſpatium ibi inter oſſa illa eſt. Itaque ab exteriore parte pedis in interiorem oblique antrorſum tendit: à primo anguſtum, mox anguſtius, mox rurſum amplius, ſenſimque inſigniter dilatatum, ore magno deſinit (*y*). In eo ligamenta ponuntur ab oſſe altero ad alterum pertinentia, eaque colligantia.

C A P U T LXVII.

De naviculari tarſi.

I. Reliqua tarſi minora ſunt.

Naviculare oblongum, ovatum, non admodum craſſum, quadam figura naviculae (*z*).

II.

(*t*) *Oſſium t.* XXIX. *ic.* X. *inter* p & q.

(*v*) *Oſſium t.* XXIX. *ic.* X. *inter* p & q.

(*w*) *Oſſium t.* XXIX. *ic.* X. *inter* p & q.

(*x*) Vide ſupra cap. LXV. §. VIII.

(*y*) *Oſſium t.* XXXII. *ic.* I. *inter* a & b.

(*z*) *Sceleti t.* I. u *in pedibus. Et t.* II. S *in pedibus. Et t.* III. M *in pedibus. Et muſculorum t.* X. *ic.* XXIII. MN. *Et oſſium t.* XXIX. *ic.* XII. XIII. XIV. XV. XVI. XVII.

II. Priori parti capitis tali (*a*) apponitur, ſimilitudine operculi reſpondentis, eodem modo quaſi transverſum, ac longitudine ſua oblique in latus internum deorſum tendens (*b*).

Prima parte rotundius, inde ſupra infraque longioribus lateribus contrahitur in mucronem (*c*).

III. Poſteriore parte, praeter mucronem extremum tota, ſinuatum eſt, & cartilaginoſum, ſinu oblongo ac forma poſituque reſpondente (*d*). Eoque recipit caput tali (*e*).

Qui articulus quoquoverſum quidem nonnihil flectitur, maxime tamen in latus internum, inque externum.

IV. A priori quoque parte, excepto mucrone, cartilaginoſum, ſed gibbum, inque planities tres per longitudinem diſtinctum (*f*).

Quarum quae ad latus internum eſt, major eſt, leniter gibba, quaſi triangula, vertice ſurſum directo (*g*): ſuſtinet cuneiforme majus (*h*).

Proxima triangula quoque, ſed baſi ſuperiore (*i*): ſuſtinet cuneiforme minus (*k*).

Ter-

(*a*) Supra cap. LXVI. §. IX.

(*b*) *Sceleti t.* I. u *in pedibus. Et t.* III. M *in pedibus. Et muſculorum t.* X. *ic.* XXIII. MN. *Et oſſium t.* XXXII. *ic.* I. & II. c. *Et t.* XXXIII. *ic.* I. & II. c.

(*c*) *Oſſium t.* XXIX. *ic.* XVI. XVII.

(*d*) *Oſſium t.* XXIX. *ic.* XVII. s.

(*e*) *Sceleti t.* I. *inter* u & r *in pedibus. Et t.* III. *inter* M & G *in pedibus. Et muſculorum t.* X. *ic.* XXIII. *inter* M & H. *Et oſſium t.* XXXII. *ic.* I. & II. *inter* c & a. *Et t.* XXXIII. *ic.* I. & II. *inter* c & b.

(*f*) *Oſſium t.* XXIX. *ic.* XVI. t u v.

(*g*) *Oſſium t.* XXIX. *ic.* XVI. t.

(*h*) *Sceleti t.* I. *inter* u & v *in pedibus. Et t.* III. *inter* M & P *in pedibus. Et muſculorum t.* X. *ic.* XXIII. *inter* M N & P. *Et oſſium t.* XXXII. *ic.* I. *inter* c & d. *Et t.* XXXIII. *ic.* I. & II. *inter* c & d.

(*i*) *Oſſium t.* XXIX. *ic.* XVI. u.

(*k*) *Sceleti t.* I. *inter* u & w *in pedibus. Et t.* III. *inter* M & O *in pedibus. Et muſculorum t.* X. *ic.* XXIII. *inter* M & R. *Et oſſium t.* XXXII. *ic.* I. & II. *inter* c & e. *Et t.* XXXIII. *ic.* I. II. *inter* c & e.

Tertia fere ovata (*l*): ſuſtinet cuneiforme medium (*m*).

v. Accedit eminentia cartilaginoſa, qua cum cubiformi committitur. Ea infra planitiem tertiam eſt, intervallo exiguo, juxta oſſis extremum rotundius: parva, ovata, depreſſior, deorſum ſpectans extrorſumque (*n*).

VI. Supra ad dorſum pedis pertinet (*o*), ubi leniter inaequabile (*p*).

VII. Infra ad plantam pertinet (*q*), ubi magis inaequabile, mediumque eminet (*r*).

Ibidemque juxta mucronem leniter ſinuatum (*s*): tenditque per partem illam portio tendinis tibialis poſtici.

VIII. Mucro extremus tuberculum eſt inaequabile (*t*), quod in latere interno pedis leniter eminet (*v*), cujusque parti inferiori, eique depreſſiori (*w*), tendo tibialis poſtici affigitur.

(*l*) *Oſſium t.* XXIX. *ic.* XVI. v.

(*m*) *Sceleti t.* I. *inter* u & x *in pedibus. Et t.* III. *inter* M & N *in pede ſiniſtro. Et muſculorum t.* X. *ic.* XXIII. *inter* M & T. *Et oſſium t.* XXXII. *ic.* II. *inter* c & f. *Et t.* XXXIII. *ic.* I. & II. *inter* c & f.

(*n*) *Oſſium t.* XXIX. *ic.* XIV. XII. XVI. w.

(*o*) *Sceleti t.* I. u *in pedibus. Et t.* III. M *in pedibus. Et oſſium t.* XXXII. *ic.* I. & II. c. *Et t.* XXXIII. *ic.* I. & II. c.

(*p*) *Oſſium t.* XXIX. *ic.* XV.

(*q*) *Muſculorum t.* X. *ic.* XXIII. M.

(*r*) *Oſſium t.* XXIX. *ic.* XIV. XVI. XVII.

(*s*) *Oſſium t.* XXIX. *ic.* XVI. XVII. *juxta* x.

(*t*) *Oſſium t.* XXIX. *ic.* XIV. *circum* x: & *ic.* XV. XVI. XVII. XVIII.

(*v*) *Sceleti t.* I. u *in pedibus. Et t.* III. *infra* M *in pede dextro. Et oſſium t.* XXXII. *ic.* I. c. *Et t.* XXXIII. *ic.* I. c.

(*w*) *Oſſium t.* XXIX. *ic.* XIV. x.

CAPUT LXVIII.

De cuneiformi majore.

I. Hoc ſimile cuneo (*x*), priori parti navicularis apponitur, ad pédis latus interius (*y*).

II. Longius eſt, quam latius (*z*): ac longitudine per altitudinem, latitudine pertinet à poſteriore parte in priorem (*a*).

Forma fere quadrata, ſed ſupra deminuta angulo poſteriore, ejusque loco ora finitur obliqua (*b*).

Supra, & praeſertim ab ora obliqua, tenuius, craſſeſcit magis ac magis (*c*), donec infra extremo deſinat rotundo (*d*).

Perque longitudinem modice incurvum eſt (*e*), gibbum ab altera (*f*), ab altera parte ſinuatum (*g*).

III. Retro, infra oram obliquam, nil niſi ſinus eſt cartilaginoſus (*h*), quo cum planitie prima navicularis (*i*) committitur (*k*), articulo aliquantum obſequente.

Sinus triangularis eſt, vertice ſuperiore, latere inferiore interioreque gibbis, exteriore ſinuato, angulis rotundis (*l*).

IV.

(*x*) *Oſſium t.* XXIX. *ic.* XVIII. XIX. XX. XXI. XXII.

(*y*) *Sceleti t.* I. v *in pedibus. Et t.* III. P *in pedibus. Et muſculorum t.* X. *ic.* XXIII. O. *Et oſſium t.* XXXII. *ic.* I. d. *Et t.* XXXIII. *ic.* I. & II. d.

(*z*) *Oſſium t.* XXIX. *ic.* XXI. XXII.

(*a*) *Oſſium t.* XXXII. *ic.* I. d.

(*b*) *Oſſium t.* XXIX. *ic.* XXI. XXII.

(*c*) *Oſſium t.* XXIX. *ic.* XIX. XX.

(*d*) *Oſſium t.* XXIX. *ic.* XVIII.

(*e*) *Oſſium t.* XXIX. *ic.* XIX. XX.

(*f*) *Oſſium t.* XXIX. *ic.* XXII.

(*g*) *Oſſium t.* XXIX. *ic.* XXI.

(*h*) *Oſſium t.* XXIX. *ic.* XX. y.

(*i*) Vide ſupra cap. LXVII. §. IV.

(*k*) *Sceleti t.* I. *inter* v & u *in pedibus. Et t.* III. *inter* P & M *in pedibus. Et muſculorum t.* X. *ic.* XXIII. *inter* P & N M. *Et oſſium t.* XXXII. *ic.* I. *inter* d & c *Et t.* XXXIII. *ic.* I. & II. *inter* d & c.

(*l*) *Oſſium t.* XXIX. *ic.* XX. y.

IV. Ante quoque cartilaginoſum, ſed gibbum (*m*): qua parte ſuſtinet os metatarſi pollicis (*n*).

Eaque ad corporis formam ſupra mucrone anguſtiore incipit, inde latior, infra rotunda: circuituque eſt lunato, ad pedis latus internum gibbo, ab altera parte ſinuato (*o*).

Verum ab utroque latere circa mediam altitudinem contractior, maxime in parte ſinuata, eoque ſubdiviſa in duas, rotundo circuitu convenientes in angulum, quarum inferior latior & brevior (*p*).

V. Sinuato latere ponitur contra cuneiforme minus, caputque primum metatarſi ſecundi.

Maximam partem inaequabile eſt, gibberumque (*q*).

Cartilaginoſum autem juxta oram poſteriorem & ſuperiorem: eaque pars retro continuata cartilagini ſinus, qui in parte poſteriore eſt (*r*), anguſta, media contractior, leniter ſinuata (*s*).

Ejusque pars illa tota, quae juxta oram poſteriorem oramque obliquam eſt (*t*), cum cuneiformi minore committitur (*v*).

Parva, eaque rectior poſitu, quae ante ad oram ſummam eſt (*w*), cum capite primo metatarſi ſecundi (*x*).

VI. Gibbum latus partim ad dorſum, partim ad interiorem par-

(*m*) *Oſſium t.* XXIX. *ic.* XIX. *α.*

(*n*) *Sceleti t.* I. *inter* v *&* D *in pedibus. Et t.* III. *inter* P *&* Q *in pedibus. Et muſculorum t.* X. *ic.* XXIII. *inter* O *&* U. *Et oſſium t.* XXXII. *ic.* I. *inter* d *&* h. *Et t.* XXXIII. *ic.* I. *&* II. *inter* d *&* h.

(*o*) *Oſſium t.* XXIX. *ic.* XIX. *α.*

(*p*) *Oſſium t.* XXIX. *ic.* XIX. *α.*

(*q*) *Oſſium t.* XXIX. *ic.* XXI.

(*r*) *Oſſium t.* XXIX. *ic.* XX. *inter* z *&* y.

(*s*) *Oſſium t.* XXIX. *ic.* XXI. z *β.*

(*t*) *Oſſium t.* XXIX. *ic.* XXI. z.

(*v*) *Sceleti t.* I. *inter* v *&* w *in pedibus. Et t.* III. *inter* P *&* O *in pede ſiniſtro. Et oſſium t.* XXXII. *ic.* I. *inter* d *&* e. *Et t.* XXXIII. *ic.* I. *&* II. *inter* d *&* e.

(*w*) *Oſſium t.* XXIX. *ic.* XXI. *β.*

(*x*) *Sceleti t.* I. *inter* v *&* C *in pedibus. Et t.* III. *inter* P *&* R *in pede ſiniſtro. Et oſſium t.* XXXII. *ic.* I. *inter* d *&* h *ſecund. Et t.* XXXIII. *ic.* I. *&* II. *inter* d *&* h *ſecund.*

partem pedis extremi eſt (*y*). Pars ima ad plantam (*z*).

Leniter haec inaequabilia (*a*), in iisque eminentiae inſigniores duae, utraque rotundior.

Quarum altera in latere eſt, infra, juxta partem priorem (*b*): cui tendo tibialis antici affigitur.

Altera in imo, juxta partem poſteriorem (*c*): cui tendo poſtici.

CAPUT LXIX.

De cuneiformi minore.

I. Minimum hoc (*d*), & cuneo ſimilius, majori medioque ante naviculare interjectum (*e*).

II. Supra craſſius, inde per latera exacuitur (*f*).

Supra quadrangulum, aliquanto longius intra partem priorem & poſteriorem, quam intra latera; & ex transverſo leniter gibbum (*g*).

Latera quoque quadrangularia, intra partem ſuperiorem & inferiorem longiora, quam intra poſteriorem & priorem (*h*).

Ea-

(*y*) *Sceleti t.* I. v *in pedibus. Et t.* III. P *in pedibus. Et oſſium t.* XXXII. *ic.* I. d. *Et t.* XXXIII. *ic.* I. & II. d.

(*z*) *Muſculorum t.* X. *ic.* XXIII. O.

(*a*) *Oſſium t.* XXIX. *ic.* XXII. XVIII.

(*b*) *Oſſium t.* XXIX. *ic.* XXII. δ.

(*c*) *Oſſium t.* XXIX. *ic.* XVIII. γ.

(*d*) *Sceleti t.* I. w *in pedibus. Et t.* II. T *in pedibus. Et t.* III. O *in pedibus. Et muſculorum t.* X. *ic.* XXIII. R. *Et oſſium t.* XXIX. *ic.* XXIII. XXIV. XXV. XXVI. XXVII.

(*e*) *Sceleti t.* I. w *inter* v & x *ante* u *in pedibus. Et t.* III. O *inter* P & N *ante* M *in pede ſiniſtro. Et oſſium t.* XXXII. *ic.* II. e *ante* c *inter* d & f. *Et t.* XXXIII. *ic.* I. & II. e *ante* c *inter* d & f.

(*f*) *Oſſium t.* XXIX. *ic.* XXIII. XXIV.

(*g*) *Oſſium t.* XXIX. *ic.* XXVII.

(*h*) *Oſſium t.* XXIX. *ic.* XXV. XXVI.

Eadem incurva modice per altitudinem (*i*): altero gibbo, altero ſinuato.

Pars poſterior (*k*), & prior (*l*), depreſſae, &, ut circuitus oſſis concedit, triangulae: itaque ſupra ad dorſum gibbae; ad latus quoque interius, ſed minus; ad exterius ſinuatae.

Pars prior (*m*) aliquanto anguſtior poſteriore (*n*).

III. Ac ſuperior leniter inaequabilis (*o*), inque dorſo pedis eſt (*p*).

Inaequabilis quoque inferior, quae ad plantam pertinet (*q*).

IV. Latus gibbum contra cuneiforme majus eſt, cum eoque (*r*) committitur (*s*) parte cartilaginoſa.

Ea juxta oram poſteriorem eſt, ab eaque ſecundum ſuperiorem flexa: leniterque eminet, anguſta, &, ubi ſe flectit, contractior (*t*).

Lateris quod ſupereſt, inaequabile eſt (*v*).

V. Latus ſinuatum contra cuneiforme medium eſt. Et cum eo quoque committitur (*w*) parte cartilaginoſa.

Ea autem juxta ſolam oram poſteriorem eſt, ſinuata per altitudinem, anteque media tanquam in ſinus duos rotundos ex parte diſtincta (*x*). Prae-

(*i*) *Oſſium t.* XXIX. *ic.* XXIII. XXIV.

(*k*) *Oſſium t.* XXIX. *ic.* XXIV.

(*l*) *Oſſium t.* XXIX. *ic.* XXIII.

(*m*) *Oſſium t.* XXIX. *ic.* XXIII.

(*n*) *Oſſium t.* XXIX. *ic.* XXIV.

(*o*) *Oſſium t.* XXIX. *ic.* XXVII.

(*p*) *Sceleti t.* I. w *in pedibus. Et t.* III. O *in pedibus. Et oſſium t.* XXXII. *ic.* I. & II. e. *Et t.* XXXIII. *ic.* I. & II. e.

(*q*) *Muſculorum t.* X. *ic.* XXIII. R.

(*r*) Vide ſupra cap. LXVIII. §. V.

(*s*) *Sceleti t.* I. *inter* w & v *in pedibus. Et t.* III. *inter* O & P *in pede ſiniſtro. Et oſſium t.* XXXII. *ic.* I. *inter* e & d. *Et t.* XXXIII. *ic.* I. & II. *inter* e & d.

(*t*) *Oſſium t.* XXIX. *ic.* XXVI. ζ.

(*v*) *Oſſium t.* XXIX. *ic.* XXVI. *praeter* ζ.

(*w*) *Sceleti t.* I. *inter* w & x *in pedibus. Et t.* III. *inter* O & N *in pede ſiniſtro. Et oſſium t.* XXXII. *ic.* II. *inter* e & f. *Et t.* XXXIII. *ic.* I. & II. *inter* e & f.

(*x*) *Oſſium t.* XXIX. *ic.* XXV. *n*.

Praeter hanc latus quoque inaequabile eſt (*y*).

VI. Cartilaginoſa pars poſterior tota, leniterque per altitudinem ſinuata (*z*); continuataque cartilagini laterum (*a*).

Committitur (*b*) cum navicularis planitie media (*c*).

VII. Prior quoque tota cartilaginoſa, ſed per altitudinem leniter gibba (*d*), ac continuata cartilagini lateris gibbi (*e*).

Committitur cum capite primo metatarſi ſecundi (*f*).

CAPUT LXX.

De cuneiformi medio.

I. Medium quoque cuneo ſatis ſimile, majore minus, minore majus (*g*).

Ante naviculare ponitur, inter minus & cubiforme (*h*).

II. Supra quoque craſſius, per latera cuneatur deorſum verſus, ſenſim tenuius (*i*).

Su-

(*y*) *Oſſium t.* XXIX. *ic.* XXV. *praeter* η.

(*z*) *Oſſium t.* XXIX. *ic.* XXIV. ε.

(*a*) *Oſſium t.* XXIX. *ic.* XXIV. *inter* ε *&* η, *& inter* ε *&* ζζ: *& ic.* XXVI. *inter* ε *&* ζ.

(*b*) *Sceleti t.* I. *inter* w *&* u *in pedibus. Et t.* III. *inter* O *&* M *in pede ſiniſtro. Et muſculorum t.* X. *ic.* XXIII. *inter* R *&* M. *Et oſſium t.* XXXII. *ic.* I. *&* II. *inter* e *&* c. *Et t.* XXXIII. *ic.* I. *&* II. *inter* e *&* c.

(*c*) Vide ſupra cap. LXVII. §. IV.

(*d*) *Oſſium t.* XXIX. *ic.* XXIII. ϐ.

(*e*) *Oſſium t.* XXIX. *ic.* XXIII. *inter* ϐ *&* ζ.

(*f*) *Sceleti t.* I. *inter* w *&* C *in pedibus. Et t.* III. *inter* O *&* R *in pede ſiniſtro. Et muſculorum t.* X. *ic.* XXIII. *inter* R *&* a. *Et oſſium t.* XXXII. *ic.* I. *&* II. *inter* e *&* h *ſecund. Et t.* XXXIII. *ic.* I. *&* II. *inter* e *&* h *ſecund.*

(*g*) *Sceleti t.* I. x *in pedibus. Et t.* II. V *in pedibus. Et t.* III. N *in pede ſin. Et oſſium t.* XXIX. *ic.* XXVIII. XXIX. XXX. XXXI. XXXII.

(*h*) *Sceleti t* I. x *in pedibus. Et t.* III. N *ante* M *inter* O *&* L *in pede ſiniſtro. Et muſculorum t.* X. *ic.* XXIII. S *ante* M *inter* R *&* I. *Et oſſium t.* XXXII. *ic.* II. f *ante* c *inter* e *&* g. *Et t.* XXXIII. *ic.* I. *&* II. f *ante* c *inter* e *&* g.

(*i*) *Oſſium t.* XXIX. *ic.* XXVIII. XXIX.

Supra quoque quadrangulum, ſed ad latitudinis rationem longius (*k*): caeterum depreſſius.

Latera quoque fere quadrangularia, ſed intra partem ſuperiorem & inferiorem propemodum aeque longa atque intra poſteriorem & priorem (*l*).

Verum interius à poſteriore parte in priorem modice ſinuatum (*m*), cum eoque ſinuata pars ſuperior (*n*).

Exterius diſtinctum in partes depreſſiores duas, poſteriorem & priorem, oblique poſitas, convenientesque in acumen (*o*): cum eoque angulata quoque pars ſuperior (*p*).

Retro autem (*q*), & ante (*r*), depreſſius quoque, & utrobique, ad circuitus ſui normam, triangulum.

Sed pars poſterior obliqua, ab interiore in exteriorem retrorſum (*s*).

III. Superior quoque leniter inaequabilis (*t*), inque dorſo pedis eſt (*v*).

Inaequabilis quoque inferior, & in planta (*w*).

IV. Latus interius contra cuneiforme minus eſt, contraque caput primum metatarſi ſecundi.

Et cum utroque committitur (*x*) parte cartilaginoſa, caeterum inaequabile (*y*).

V.

(*k*) *Oſſium t.* XXIX. *ic.* XXXII.
(*l*) *Oſſium t.* XXIX. *ic.* XXX. XXXI.
(*m*) *Oſſium t.* XXIX. *ic.* XXXI.
(*n*) *Oſſium t.* XXIX. *ic.* XXXII.
(*o*) *Oſſium t.* XXIX. *ic.* XXX.
(*p*) *Oſſium t.* XXIX. *ic.* XXXII.
(*q*) *Oſſium t.* XXIX. *ic.* XXIX.
(*r*) *Oſſium t.* XXIX. *ic.* XXVIII.
(*s*) *Oſſium t.* XXIX. *ic.* XXXI. ι: & *ic.* XXXII.
(*t*) *Oſſium t.* XXIX. *ic.* XXXII.
(*v*) *Sceleti t.* I. x *in pedibus. Et t.* III. N *in pede ſiniſtro. Et oſſium t.* XXXII. *ic.* II. f. *Et t.* XXXIII. *ic.* I. & II. f.
(*w*) *Muſculorum t.* X. *ic.* XXIII. S.
(*x*) *Sceleti t.* I. *inter* x & w C *in pede ſiniſtro. Et t.* III. *inter* N & O R *in pede ſiniſtro. Et oſſium t.* XXXII. *ic.* II. *inter* f & e h *ſecund. Et t.* XXXIII. *ic.* I. & II. *inter* f & e h *ſecund.*
(*y*) *Oſſium t.* XXIX. *ic.* XXXI. *inter* κ & μ.

v. Qua cum cuneiformi committitur, ea juxta oram poſteriorem, praeter imam, totam eminet leniter, gibba per altitudinem, mediaque à priori parte in eminentias duas rotundas ex parte diſtincta (z), continuataque cartilagini partis poſterioris (*a*).

Recipitur per reſpondentem partem minoris (*b*).

VI. Qua cum metatarſi ſecundo committitur, ea juxta oram priorem eſt, praeter mucronem ejus inferiorem, continua cartilagini partis prioris (*c*): anguſtior, depreſſior, diſtinctaque, ſed retro, in partes duas circuitu rotundiores, easque leniter ſinuatas (*d*).

Recipit partem reſpondentem capitis metatarſi.

VII. Latus exterius eſt contra cubiforme: committiturque cum latere ejus (*e*). Committitur parte cartilaginoſa, quae eſt obliqua poſterior, depreſſior, ampla, triangula, per circuitum ſupra retroque gibba, ante fere aliquantum ſinuata (*f*).

Reliquum lateris inaequabile eſt (*g*).

Aliis autem praeterea parte priore eademque ſuperiore cartilaginoſum eſt, parte exigua: eaque committitur cum poſteriore lateris interni capitis primi metatarſi quarti (*h*).

VIII. Pars poſterior, excepto mucrone inferiore, anguloque ſuperiore eodemque exteriore, planities cartilaginoſa eſt, eaque ovata, praeterquam quod ſupra angulum habet, juxta cuneiforme minus (*i*).

Ea

(z) *Oſſium t.* XXIX. *ic.* XXXI. *κ.*

(*a*) *Oſſium t.* XXIX. *ic.* XXXI. *inter κ & ι.*

(*b*) Vide ſupra cap. LXIX. §. V.

(*c*) *Oſſium t.* XXIX. *ic.* XXVIII. *inter μ & ν.*

(*d*) *Oſſium t.* XXIX. *ic.* XXXI. *μ.*

(*e*) *Sceleti t.* II. *inter* V & W *in pedibus. Et. t.* III. *inter* N & L *in pede ſiniſtro. Et oſſium t.* XXXII. *ic.* II. *inter* f & g. *Et t.* XXXIII. *ic.* I. & II. *inter* f & g.

(*f*) *Oſſium t.* XXIX. *ic.* XXX. λ.

(*g*) *Oſſium t.* XXIX. *ic.* XXX. *inter* λ & ν.

(*h*) *Oſſium t.* XXXII. *ic.* II. *inter* f & h *quart. Et t.* XXXIII. *ic.* II. *inter* f & h *quart.*

(*i*) *Oſſium t.* XXIX. *ic.* XXIX. ι.

Ea cum planitie exteriore navicularis (*k*) committitur (*l*), ſic ut tantummodo obſequatur.

IX. Prior cartilaginoſa tota eſt, triangularis, ut minori; ſed ſupra infraque leniter ſinuata, media parte gibba (*m*).

Suſtinet principium metatarſi tertii (*n*).

CAPUT LXXI.

De cubiformi.

I. Cubiforme cuneiformibus majus (*o*).

Ante calcaneum naviculari aſſidet, & cuneiformi medio (*p*).

Simile cubo: à quo tamen non parum differt hoc, quod pars poſterior obliqua eſt (*q*), ſic ut latus interius duplo longius ſit exteriore.

II. Pars illa poſterior cartilaginoſa eſt (*r*), & cum extremo prio-

(*k*) Vide ſupra cap. LXVII. §. IV.

(*l*) *Sceleti t.* III. *inter* N & M *in pede ſiniſtro. Et muſculorum t.* X. *ic.* XXIII. *inter* T & M. *Et oſſium t.* XXXII. *ic.* II. *inter* f & c. *Et t.* XXXIII. *ic.* I. & II. *inter* f & c.

(*m*) *Oſſium t.* XXIX. *ic.* XXVIII. V.

(*n*) *Sceleti t.* III. *inter* N & S *in pede ſiniſtro. Et muſculorum t.* X. *ic.* XXIII. *inter* S & b. *Et oſſium t.* XXXII. *ic.* II. *inter* f & h *tert. Et t.* XXXIII. *ic.* I. & II. *inter* f & h *tert.*

(*o*) *Sceleti t.* I. y *in pede ſin. Et t.* II. W *in pedibus. Et t.* III. L *in pedibus. Et muſculorum t.* X. *ic.* XXIII. I. *Et oſſium t.* XXIX. *ic.* XXXIII. XXXIV. XXXV. XXXVI. XXXVII.

(*p*) *Sceleti t.* III. L *inter* H M N *in pede ſiniſtro. Et muſculorum t.* X. *ic.* XXIII. I *inter* D M S. *Et oſſium t.* XXXII. *ic.* II. g *inter* b c f. *Et t.* XXXIII. *ic.* I. & II. g *inter* a c f.

(*q*) *Oſſium t.* XXIX. *ic.* XXXVI. XXXVII.

(*r*) *Oſſium t.* XXIX. *ic.* XXXVII. XXXIV. ξ.

priore calcanei (*s*) committitur (*t*).

Quod uti per altitudinem fere ſinuatum eſt, ſic haec gibba: & uti illud per transverſum gibbum juxta latus internum, ſinuatum juxta externum, ſic haec contra: ab externo latere rotundior, inde in internum ſenſim anguſtatur, extremo hebete (*v*).

Articulus laxior eſt, agique praeſertim cubiforme ad calcaneum poteſt oblique extrorſum introrſumque, ac ſurſum & deorſum.

III. Ejus ultimus mucro, qui contra caput tali eſt, ſupra ſinum habet cum parte poſteriore cartilaginoſum, ovatum, ſurſum retrorſumque directum (*w*): quo cum capite illo committitur.

IV. A calcaneo corpus tendit in priora, vergitque extrorſum (*x*), paulatim nonnihil gracilius (*y*).

Ob devexitatem autem pedis oblique ponitur, ut latus ſuperius extrorſum directum ſit, interius ſurſum, inferius introrſum, exterius deorſum (*z*).

V. Ad dorſum pedis ſuperius eſt, cum exteriore (*a*).

Ex quibus pars eſt ex transverſo modice gibba, ſed depreſſior ſupra: eaque leniter inaequabilis (*b*).

VI. Interius depreſſius, & inaequabile (*c*).

Supra in longitudine media planitiem habet cartilaginoſam, ſatis

(*s*) Vide ſupra cap. LXV. §. IX.

(*t*) *Sceleti t.* II. *inter* W *&* R *in pedibus. Et t.* III. *inter* L *&* H *in pedibus. Et muſculorum t.* X. *ic.* XXIII. *inter* I *&* D. *Et oſſium t.* XXXII. *ic.* II. *inter* g *&* b. *Et t.* XXXIII. *ic.* I. *&* II. *inter* g *&* a.

(*v*) *Oſſium t.* XXIX. *ic.* XXXVII. XXXIV. ξ.

(*w*) *Oſſium t.* XXIX. *ic.* XXXVII. XXXV. ϛ.

(*x*) *Sceleti t.* III. L *in pede ſiniſtro. Et oſſium t.* XXXIII. *ic.* I. *&* II. g.

(*y*) *Oſſium t.* XXIX. *ic.* XXXVII. XXXVI.

(*z*) *Oſſium t.* XXXII. *ic.* II. g. *Et t.* XXXIII. *ic.* II. g.

(*a*) *Oſſium t.* XXXII. *ic.* II. g.

(*b*) *Oſſium t.* XXIX. *ic.* XXXVII. XXXIV.

(*c*) *Oſſium t.* XXIX. *ic.* XXXV.

tis magnam, triangularem, vertice directo deorſum, angulis rotundis (*d*): qua cum cuneiformi medio (*e*) committitur (*f*).

VII. Statimque poſt eam planities parva, ſemiovata, continue cartilaginoſa, introrſum quoque, ſed ſimul oblique retrorſum directa (*g*): qua cum naviculari (*h*) committitur.

VIII. Infraque eminentiae duae (*i*), quibus ligamenta affiguntur alligantia cuneiformi medio.

Continuatio ſunt eminentiae tuberisque, quae in latere inferiore eſſe mox dicemus.

IX. Latus inferius (*k*) aliquantum ultra mediam longitudinem eminentia transverſa ſecat (*l*): poſt quam, anteque, modice ſinuatum.

Eminentia inſignis eſt, gibbaque, atque obliqua, ab exteriore parte in interiorem antrorſum porrecta (*m*).

Affigitur ligamentum, quo alligatur calcaneo.

X. In ea ante, juxta latus externum, plaga cartilaginoſa eſt, ovata, depreſſior (*n*): ad quam tendo peronei longi inflectitur. Qui inde porro procedit per ſinum, qui ante eminentiam eſt, tutus à compreſſione.

XI. Ibidemque ſecundum poſteriorem partem orae interioris tuber eſt (*o*), ſecundum oram oblongum: cui ligamentum affigitur calcaneo alligans.

XII.

(*d*) *Oſſium t.* XXIX. *ic.* XXXV. *o.*
(*e*) Vide ſupra cap. LXX. §. VII.
(*f*) *Sceleti t.* III. *inter* L *&* N *in pede ſiniſtro. Et oſſium t.* XXXII. *ic.* II. *inter* g *&* f. *Et t.* XXXIII. *ic.* I. *&* II. *inter* g *&* f.
(*g*) *Oſſium t.* XXIX. *ic.* XXXV. *π.*
(*h*) Vide ſupra cap. LXVII. §. V.
(*i*) *Oſſium t.* XXIX. *ic.* XXXV. *infra o.*
(*k*) *Oſſium t.* XXIX. *ic.* XXXVI.
(*l*) *Oſſium t.* XXIX. *ic.* XXXVI. *υφ.*
(*m*) *Oſſium t.* XXIX. *ic.* XXXVI. *υφ.*
(*n*) *Oſſium t.* XXIX. *ic.* XXXVI. *φ:* *& ic.* XXXIII. XXXIV. *φ.*
(*o*) *Oſſium t.* XXIX. *ic.* XXXVI.

XII. Pars prior extrema ovata eſt, longitudine transverſa, & cartilaginoſa tota (*p*).

Circaque medium per altitudinem diſtincta in ſinus duos, eosque leves: quorum alter juxta latus internum eſt (*q*), alter juxta externum (*r*).

Dirigitur uterque oblique extrorſum: exterior magis (*s*).

Suſtinet iis metatarſi quartum (*t*), quintumque (*v*).

CAPUT LXXII.

De metatarſo.

Metatarſus conſtat ex oſſibus quinque, quae à tarſo ad digitos pertinent, alia poſita juxta alia (*w*).

Oblonga omnia, extremis utrimque capitibus tumida, extremis partibus ſpongioſa magis, quam media (*x*).

Aliaque multa habent communia, multa etiam propria.

A caeteris differt magis primum, quod pollicis eſt.

(*p*) *Oſſium t.* XXIX. *ic.* XXXIII. σ τ.

(*q*) *Oſſium t.* XXIX. *ic.* XXXIII. σ.

(*r*) *Oſſium t.* XXIX. *ic.* XXXIII. τ.

(*s*) *Sceleti t.* III. L *in pede ſiniſtro. Et muſculorum t.* X. *ic.* XXIII. *juxta* KL. *Et oſſium t.* XXXII. *ic.* II. g.

(*t*) *Sceleti t.* III. *inter* L & T *in pede ſiniſtro. Et muſculorum t.* X. *ic.* XXIII. *inter* K & c. *Et oſſium t.* XXXII. *ic.* II. *inter* g & h *quart. Et t.* XXXIII. *ic.* II. *inter* g & h *quart.*

(*v*) *Sceleti t.* III. *inter* L & V *in pede ſiniſtro. Et muſculorum t.* X. *ic.* XXIII. *inter* L & d. *Et oſſium t.* XXXII. & XXXIII. *ic.* II. *inter* g & h *quint.*

(*w*) *Sceleti t.* I. Z—E *in pedibus. Et t.* II. X—α *in pedibus. Et t.* III. Q—V *in pedibus.*

(*x*) *Oſſium t.* XXX. *ic.* I—XXX.

CAPUT LXXIII.

De oſſe metatarſi pollicis.

I. Id caeteris aliquanto brevius, ſed longe craſſius & valentius (*y*).

Ponitur ad pedis latus internum (*z*).

II. Caput poſterius fere ovatum eſt (*a*).

Longitudine tendit oblique à dorſo pedis ad plantam, nonnihil mediam verſus (*b*).

Supra, infraque, & qua ad pedis latus internum eſt, rotundius; altero latere depreſſius, & fere ſinuatum: infraque anguſtat ſe (*c*).

Breve, circuitu inaequabile, retro veluti recta truncatum (*d*).

III. Ac retro cartilaginoſum eſt prope totum, & modice ſinuatum: ſinusque ab utroque latere circa mediam longitudinem rotundo circuitu contractior, parte ſuperiore latiore (*e*).

Committitur (*f*) cum parte priore cuneiformis majoris (*g*), articulo obſequente.

IV.

(*y*) *Oſſium t.* XXX. *ic.* I. II. III. IV. V. VI.

(*z*) *Sceleti t.* I. D *in pedibus. Et t.* III. Q *in pedibus. Et muſculorum t.* X. *ic.* XXIII. U. *Et oſſium t.* XXXII. *ic.* I. & II. h *prim. Et t.* XXXIII. *ic.* I. & II. h *prim.*

(*a*) *Oſſium t.* XXX. *ic.* V.

(*b*) *Oſſium t.* XXXII. *ic.* I. h *prim. Et t.* XXXIII. *ic.* I. & II. h *prim. Et muſculorum t.* X. *ic.* XXIII. V W.

(*c*) *Oſſium t.* XXX. *ic.* V.

(*d*) *Oſſium t.* XXX. *ic.* I. II. III. IV.

(*e*) *Oſſium t.* XXX. *ic.* V. c.

(*f*) *Sceleti t.* I. *inter* D & v *in pedibus. Et t.* III. *inter* Q & P *in pedibus. Et muſculorum t.* X. *ic.* XXIII. *inter* U & O. *Et oſſium t.* XXXII. *ic.* I. *inter* h *prim.* & d. *Et t.* XXXIII. *ic.* I. & II. *inter* h *prim.* & d.

(*g*) Vide ſupra cap. LXVIII. §. IV.

IV. Ab hoc capite truncus paulatim gracilior, medius rurſus intumeſcit; donec migret in caput prius (*h*).

Infra autem gracileſcit citius, magisque: ut quum ab oblongo capite veniat, infra ab eo inſigniter ſinuatum, & ultra medium jam fere teres ſit (*i*).

V. Et caput prius rotundius, per circuitum inaequabile (*k*), ante cartilaginoſum (*l*).

Pars autem cartilaginoſa diviſa in duas, ſuperiorem, & inferiorem.

VI. Superior rotundior eſt (*m*), & cum capite primo pollicis oſſis primi committitur (*n*).

VII. Inferior latior, perque latera infraque rectior (*o*), ſeſamoïdea duo excipit (*p*).

Itaque diviſa in ſinus duos (*q*), dextrum, & ſiniſtrum, diſcriminante eminentia gibba.

Sinus eminentiaque orbiculata ſunt à priori parte in poſteriorem, rotulae orbitae ſimilitudine (*r*).

VIII. Forma autem trunco triangularis.

Angulorum unus à ſummo capite poſteriore pertinet ad ſummam prio-

(*h*) *Oſſium t.* XXX. *ic.* I. II.

(*i*) *Oſſium t.* XXX. *ic.* III. IV.

(*k*) *Oſſium t.* XXX. *ic.* I. II. III. IV.

(*l*) *Oſſium t.* XXX. *ic.* I. II. III. IV. a b: & *ic.* VI. a b b.

(*m*) *Oſſium t.* XXX. *ic.* VI. a.

(*n*) *Sceleti t.* I. *inter* D & H *in pedibus. Et t.* III. *inter* Q & Y *in pedibus. Et muſculorum t.* X. *ic.* XXIII. *inter* X & g. *Et oſſium t.* XXXII. *ic.* I. & II. *inter* h *prim.* & i *prim. Et t.* XXXIII. *ic.* I. & II. *inter* h *prim.* & i *prim.*

(*o*) *Oſſium t.* XXX. *ic.* VI. & II. b b.

(*p*) *Sceleti t.* I. *inter* E & F G *in pede ſiniſtro. Et t.* II. *inter* μ & ξ ο *in pede ſiniſtro. Et t.* III. *inter* W & X *in pede dextro. Et muſculorum t.* X. *ic.* XXIII. *inter* X & Y Z. *Et oſſium t.* XXXII. *ic.* I. *inter* h *prim.* & m.

(*q*) *Oſſium t.* XXX. *ic.* II. & VI. b, b.

(*r*) *Oſſium t.* XXX. *ic.* II. bb: & *ic.* III. IV. b.

prioris partem illam, quae juxta metatarſi os ſecundum eſt (*s*).

Alter à media capitis poſterioris parte illa, quae ad latus pedis internum eſt, ad inferiorem prioris, quae ad latus idem eſt (*t*).

Tertius ab imo capite poſteriore ad inferiorem prioris illam, quae juxta metatarſi os ſecundum eſt (*v*): ubi truncus ſinuatus maxime.

IX. Quae continent latera, ea oblique ponuntur, ut caput poſterius.

Superius unum (*w*), ad dorſum pedis, latusque internum eſt (*x*): id ex transverſo rotundum.

Inferius alterum (*y*) ad plantam eſt, oblique directum in pedis latus internum (*z*): id à principio ſinuatum, dein depreſſius, inſidetque pollicis flexor brevis.

Huic ſimile tertium (*a*), contra os metatarſi ſecundum eſt.

X. Notae praeterea muſculorum, & ligamentorum.

Caput poſterius, qua ad internum latus pedis eſt, circa medium eminet (*b*): ubi tibialis antici tendo affigitur.

XI. Infra, qua mediam plantam ſpectat, ad mucronem ejus extremum planities eſt ovata, obliqua (*c*): cui affigitur tendo peronei longi.

XII. juxta partem capitis prioris illam, quae in latere interno pedis eſt, pars inaequabilis (*d*). Juxta alteram, qua ſpectat os metatarſi ſecundum, ibi ſupra tuberculum (*e*).

Quibus affixa ligamenta lateralia, quae pollicem continent.

(*s*) *Oſſium t.* XXX. *ic.* I.
(*t*) *Oſſium t.* XXX. *ic.* III.
(*v*) *Oſſium t.* XXX. *ic.* II.
(*w*) *Oſſium t.* XXX. *ic.* I. & III.
(*x*) *Sceleti t.* I. D *in pedibus. Et t.* III. Q *in pedibus. Et oſſium t.* XXXII. *ic.* I. h *prim. Et t.* XXXIII. *ic.* I. & II. h *prim.*
(*y*) *Oſſium t.* XXX. *ic.* II.
(*z*) *Muſculorum t.* X. *ic.* XXIII. U.
(*a*) *Oſſium t.* XXX. *ic.* IV.
(*b*) *Oſſium t.* XXX. *ic.* III. g.
(*c*) *Oſſium t.* XXX. *ic.* IV. f.
(*d*) *Oſſium t.* XXX. *ic.* III. d.
(*e*) *Oſſium t.* XXX. *ic.* IV. d.

CAPUT LXXIV.

De metatarſi gracilioribus quatuor.

I. Communia his (*f*).
Gracilia ſunt (*g*).

Capita per circuitum inaequabilia: poſteriora maxime (*h*).

A capite poſteriore paulatim tenuiora, rurſus non longe à fine craſſeſcunt usque in caput prius, quod minus (*i*).

Rectiora per longitudinem (*k*), ſupra modice gibba, infra ſinuata inſigniter (*l*).

Truncus rotundior, ſed aptatus ad interoſſeos (*m*).

II. Caput poſterius retro cartilaginoſum, quaſi truncatum recta (*n*), planitiem aliquantum oblique dirigit pedis latus internum verſus (*o*).

Committitur cum tarſo (*p*), articulo obſequente.

III.

(*f*) *Sceleti t.* I. Z—C *in pedibus. Et t.* II. X—α *in pedibus. Et t.* III. R—V *in pedibus. Et muſculorum t.* X. *ic.* XXIII. a, b, c, d. *Et oſſium t.* XXX. *ic.* VII—XXX.

(*g*) *Oſſium t.* XXX. *ic.* VII—X. & XIII—XVI. & XIX—XXII. & XXV—XXVIII.

(*h*) *Oſſium t.* XXX. *ic.* VII—X. XIII—XVI. XIX—XXII. XXV—XXVIII.

(*i*) *Oſſium t.* XXX. *ic.* VII—X. XIII—XVI. XIX—XXII. XXV—XXVIII.

(*k*) *Oſſium t.* XXX. *ic.* VII—X. XIII—XVI. XIX—XXII. XXV—XXVIII.

(*l*) *Oſſium t.* XXX. *ic.* IX. X. XV. XVI. XXI. XXII. XXV. XXVI.

(*m*) *Oſſium t.* XXX. *ic.* VII—X. & XIII—XVI. & XIX—XXII. & XXV—XXVIII.

(*n*) *Oſſium t.* XXX. *ic.* XI. k: & *ic.* XVII. s: & *ic.* XXIII. y: & *ic.* XXIX. ε.

(*o*) *Oſſium t.* XXX. *ic.* IX. k: & *ic.* XV. s: & *ic.* XXI. y: & *ic.* XXVII. ε.

(*p*) *Sceleti t.* III. *inter* R, S, T, V & O, N, L *in pede ſiniſtro. Et muſculorum t.* X. *ic.* XXIII. *inter* a, b, c, d & R, S, I. *Et oſſium t.* XXXII. & XXXIII. *ic.* II. *inter* h, h, h, h & e, f, g,

III. Caputprius à ſuperiore parte per priorem in inferiorem poſterioremque rotundius, lateribus depreſſum (*q*).

Ante infraque cartilaginoſum (*r*). Diſtinctaque pars prior ab inferiore.

IV. Prior circuitu rotundior (*s*), committitur cum digito (*t*).

V. Inferiore (*v*) inſiſtunt, committunturque cum ligamento cartilaginoſo articulum digiti continente.

Circuitus pars inferior eademque poſterior media lunata eſt: ex quo ſpecies tuberculorum, quae utrimque excurrant retrorſum, extremo gibbo (*w*).

Ea in ſecundo excurrunt fere aequaliter (*x*).

In ſequentibus excurrit longius ad rationem alterius id, quod pedis latus externum ſpectat: & quidem longius in tertio (*y*), quam in ſecundo; in quarto (*z*), quam in tertio; in quinto longiſſime (*a*).

VI. Omnibus juxta caput prius ſupra utrimque tuberculum eſt (*b*).

Iis ligamenta lateralia affixa, quibus digitus continetur.

VII. Juxtaque caput poſterius, qua parte alia aliis obverſa, inae-

(*q*) *Oſſium t.* XXX. *ic.* VII—X. XII:XIII—XVI.XVIII:XIX—XXII. XXIV:XXV—XXVIII. XXX.

(*r*) *Oſſium t.* XXX. *ic.* VII—X. XII:XIII-XVI.XVIII:XIX—XXII. XXIV:XXV—XXVIII. XXX. hi.

(*s*) *Oſſium t.* XXX. *ic.* VII—X. XII:XIII—XVI.XVIII:XIX—XXII. XXIV:XXV—XXVIII. XXX. h.

(*t*) *Sceleti t.* III. *inter* R, S, T, V & Z, α, β, γ *in pede ſiniſtro. Et muſculorum t.* X. *ic.* XXIII. *inter* f & h, i, k, l. *Et oſſium t.* XXXII. & XXXIII. *ic.* I. & II. *inter* h & i *graciliora.*

(*v*) *Oſſium t.* XXX. *ic.* VIII. IX. X. XII: XIV. XV. XVI. XVIII: XX. XXI. XXII. XXIV: XXVI. XXVIII. XXX. i.

(*w*) *Oſſium t.* XXX. *ic.* VIII. XIV. XX. XXVI. i.

(*x*) *Oſſium t.* XXX. *ic.* VIII. *ſupra* i.

(*y*) *Oſſium t.* XXX. *ic.* XIV. *ſupra* i.

(*z*) *Oſſium t.* XXX. *ic.* XX. *ſupra* i.

(*a*) *Oſſium t.* XXX. *ic.* XXVI. *ſupra* i.

(*b*) *Oſſium t.* XXX. *ic.* IX. X. o: & *ic.* XV. XVI. o: & *ic.* XXI. XXII. o: & *ic.* XXVII. XXVIII. o.

inaequabilia ſunt (*c*), ubi ligamenta affixa, quibus continentur.

VIII. Capitaque poſteriora ſupra juxta commiſſuras ſuas eminentias habent (*d*), quibus affixa, quae continent ligamenta.

CAPUT LXXV.

De metatarſi ſecundo.

I. Propria ſecundo (*e*).

Caput poſterius triangulare, vertice, lateribusque depreſſioribus (*f*).

Et ad rationem capitis prioris nonnihil obliquum eſt, vertice in externum pedis latus, imo mucrone in internum directo (*g*).

II. Retro quoque planities cartilaginoſa triangularis eſt (*h*), quae leniter ſinuata.

Eaque committitur (*i*) cum parte priore cuneiformis minoris (*k*), articulo obſequente.

III. In eo latere, quo pollicem ſpectat, ſupra in ipſa ora poſtica planities cartilaginoſa exigua, ante rotundior (*l*), continua-

(*c*) *Oſſium t.* XXX. *ic.* X. *infra* nn: & *ic.* XV. *infra* tt: & *ic.* XVI. *infra* u: & *ic.* XXI. *circa* z: & *ic.* XXII. *juxta* α: & *ic.* XXVII. *juxta* ζ.

(*d*) *Oſſium t.* XXX. *ic.* VII. XIII. XIX. XXV.

(*e*) *Sceleti t.* I. C *in pedibus. Et t.* III. R *in pede ſiniſtro. Et muſculorum t.* X. *ic.* XXIII. a. *Et oſſium t.* XXX. *ic.* VII. VIII. IX. X. XI. XII.

(*f*) *Oſſium t.* XXX. *ic.* VII. VIII. XI.

(*g*) *Oſſium t.* XXX. *ic.* VII. VIII.

(*h*) *Oſſium t.* XXX. *ic.* XI. k.

(*i*) *Sceleti t.* III. *inter* R & O *in pede ſiniſtro. Et muſculorum t.* X. *ic.* XXIII. *inter* a & R. *Et oſſium t.* XXXII. *ic.* II. *inter* h *ſecund.* & e. *Et t.* XXXIII. *ic.* I. & II. *inter* h *ſecund.* & e.

(*k*) Vide ſupra cap. LXIX. §. VII.

(*l*) *Oſſium t.* XXX. *ic.* IX. l.

nuata cartilagini partis poſterioris (*m*).

Qua planitie committitur (*n*) cum planitie ſimili, quae ſupra in latere cuneiformis majoris eſt (*o*).

IV. In eo, quo tertium ſpectat, planities cartilaginoſae ſunt duae: ſuperior & inferior, ſeparatae ſinu medio (*p*).

Utraque quaſi ovata: ſuperior longior, anguſtior, ſecundum longitudinem oſſis pertinens; inferior recta (*q*).

Utraque diviſa in partes duas: priorem alteram, eamque majorem, quae in ipſo latere eſt (*r*): poſteriorem alteram, eamque obliquam, tanquam in retuſo angulo, in quem latus parsque poſtica capitis conveniant (*s*).

Priores committuntur cum latere capitis primi metatarſi tertii (*t*).

Poſteriores committuntur (*v*) cum latere cuneiformis medii (*w*).

Articuli obſequuntur.

V. Truncus qua os primum ſpectat, ſupra infraque ſinuatus, medius maximam partem eminet (*x*).

Ubi adjacet affixusque interoſſeus primus digiti ſecundi.

VI. Idem qua tertium ſpectat, ſimiliter ſinuatus, eminensque, ſed minus (*y*).

Adjacet infra interoſſeus ſecundus digiti ſecundi.

Eminentiae (*z*) affixum caput ejus tenuius.

(*m*) *Oſſium t.* XXX. *ic.* IX. *inter* l & k.

(*n*) *Sceleti t.* III. *inter* R & P *in pede ſiniſtro. Et oſſium t.* XXXII. *ic.* I. & II. *inter* h *ſecund.* & d. *Et t.* XXXIII. *ic.* I & II. *inter* h *ſecund.* & d.

(*o*) Vide ſupra cap. LXVIII. §. V.

(*p*) *Oſſium t.* XXX. *ic.* X. mn, mn.

(*q*) *Oſſium t.* XXX. *ic.* X. mn, mn.

(*r*) *Oſſium t.* XXX. *ic.* X. n, n.

(*s*) *Oſſium t.* XXX. *ic.* X. m, m.

(*t*) *Sceleti t.* III. *inter* R & S *in pede ſiniſtro. Et muſculorum t.* X. *ic.* XXIII. *inter* a & b. *Et oſſium t.* XXXII. *ic.* II. *inter* h *ſecund.* & *tert. Et t.* XXXIII. *ic.* I. & II. *inter* h *ſecund.* & *tert.*

(*v*) *Sceleti t.* III. *inter* R & N *in pede ſiniſtro. Et oſſium t.* XXXII. *ic.* II. *inter* h *ſecund.* & f. *Et t.* XXXIII. *ic.* I. & II. *inter* h *ſecund.* & f.

(*w*) Vide ſupra cap. LXX. §. VI.

(*x*) *Oſſium t.* XXX. *ic.* IX. VIII. r.

(*y*) *Oſſium t.* XXX. *ic.* VIII. p: & *ic.* X. q.

(*z*) *Oſſium t.* XXX. *ic.* X. q.

CAPUT LXXVI.

De metatarſi tertio.

I. Propria tertio (*a*).

Secundo nonnihil brevius (*b*).

Triangulare, ut illi, caput poſterius, vertexque ac latera depreſſiora (*c*): ſed tenuius, nec ſimile totum toti.

Obliquum quoque ad rationem capitis prioris, ſed magis (*d*).

II. Et retro planities eſt triangularis, ac cartilaginoſa, ſed depreſſior (*e*), ſupra infraque leniter gibba, media ſinuata.

Qua committitur (*f*) cum parte priore cuneiformis medii (*g*), articulo obſequente.

III. Quo latere ſecundum ſpectat, in eo juxta oram poſticam planities cartilaginoſae ſunt duae (*h*): quae priori parti earum, quae in ſecundo ſunt (*i*), conveniunt, cum eaque committuntur (*k*).

Ita-

(*a*) *Sceleti t.* I. B *in pedibus. Et t.* III. S *in pede ſiniſtro. Et muſculorum t.* X. *ic.* XXIII. b. *Et oſſium t.* XXX. *ic.* XIII. XIV. XV. XVI. XVII. XVIII.

(*b*) *Compara t.* XXX. *ic.* XIII. XIV. XV. XVI. *cum ic.* VII. VIII. IX. X.

(*c*) *Oſſium t.* XXX. *ic.* XIII. XIV. XVII.

(*d*) *Oſſium t.* XXX. *ic.* XIII. XIV.

(*e*) *Oſſium t.* XXX. *ic.* XVII. s.

(*f*) *Sceleti t.* III. *inter* S & N *in pede ſiniſtro. Et muſculorum t.* X. *ic.* XXIII. *inter* b & S. *Et oſſium t.* XXXII. *ic.* II. *inter* h *tert.* & f. *Et t.* XXXIII. *ic.* I. & II. *inter* h *tert.* & f.

(*g*) Vide ſupra cap. LXX. §. IX.

(*h*) *Oſſium t.* XXX. *ic.* XV. t, t.

(*i*) Vide ſupra cap. LXXV. §. IV.

(*k*) *Sceleti t.* III. *inter* S & R *in pede ſiniſtro. Et muſculorum t.* X. *ic.* XXIII. *inter* b & a. *Et oſſium t.* XXXII. *ic.* II. *inter* h *tert.* & *ſecund. Et t.* XXXIII. *ic.* I. & II. *inter* h *tert.* & *ſecund.*

Itaque ſuperior altera, eaque ſecundum longitudinem oſſis tendens; altera inferior, & recta: utraque ante ovata (*l*).

Continuatae cartilagini partis poſterioris (*m*).

Aliis conjunctae parte poſteriore.

IV. Quo quartum ſpectat, in eo ſupra planities cartilaginoſa amplior, rotundior, leniter ſinuata (*n*), continuata cartilagini partis poſterioris (*o*).

Eaque committitur (*p*) cum planitie reſpondente, quae eſt in latere quarti.

V. Truncus, qua parte os ſecundum ſpectat, ſupra maximam partem ſinuatus, infra eminet (*q*).

Eminentiae (*r*) affixum caput craſſius interoſſei ſecundi digiti ſecundi.

VI. Infra ab eodem latere ſinuatus (*s*): ubi inſidet interoſſeus primus digiti tertii.

VII. Ab altero latere depreſſior eſt (*t*), infraque eminet (*v*): ubi affixum caput tenuius interoſſei ſecundi digiti tertii.

(*l*) *Oſſium t.* XXX. *ic.* XV. t, t.

(*m*) *Oſſium t.* XXX. *ic.* XV. *inter* t t & s.

(*n*) *Oſſium t.* XXX. *ic.* XVI. u.

(*o*) *Oſſium t.* XXX. *ic.* XIV. *inter* u & s.

(*p*) *Sceleti t.* III. *inter* S & T *in pede ſiniſtro. Et muſculorum t.* X. *ic.* XXIII. *inter* b & c. *Et oſſium t.* XXXII. *ic.* II. *inter* h *tert.* & *quart. Et t.* XXXIII. *ic.* I. & II. *inter* h *tert.* & *quart.*

(*q*) *Oſſium t.* XXX. *ic.* XV.

(*r*) *Oſſium t.* XXX. *ic.* XV. x.

(*s*) *Oſſium t.* XXX. *ic.* XV. XIV. v.

(*t*) *Oſſium t.* XXX. *ic.* XVI.

(*v*) *Oſſium t.* XXX. *ic.* XVI. w.

CA-

CAPUT LXXVII.

De metatarſi quarto.

I. Propria quarto (*w*).

Tertio paulo brevius (*x*).

Capitis poſterioris circuitus ſemiovatus eſt, ea parte, quae quintum ſpectat, depreſſus (*y*): aliis etiam lunatus ea.

Caeterum ad rationem capitis prioris obliquum, fere ut tertio (*z*).

II. In eo ad formam ejus retro planities cartilaginoſa eſt, leniter gibba (*a*).

Committitur ea (*b*) cum ſinu illo prioris partis cubiformis, qui mediae plantae propior (*c*). Articulus obſequitur.

III. Inque lateribus pars cartilaginoſa: hoc autem modo.

In eo, quo tertium ſpectat, exceſſus eſt (*d*), quo cum ſinu tertii illius (*e*) committitur (*f*).

Ex-

(*w*) *Sceleti t.* I. A *in pedibus. Et t.* III. T *in pede ſiniſtro. Et muſculorum t.* X. *ic.* XXIII. c. *Et oſſium t.* XXX. *ic.* XIX. XX. XXI. XXII. XXIII. XXIV.

(*x*) *Compara t.* XXX. *ic.* XIX. XX. XXI. XXII. *cum icone* XIII. XIV. XV. XVI.

(*y*) *Oſſium t.* XXX. *ic.* XIX. XX. XXI. XXII. XXIII.

(*z*) *Oſſium t.* XXX. *ic.* XIX. XX.

(*a*) *Oſſium t.* XXX. *ic.* XXIII. y.

(*b*) *Sceleti t.* III. *inter* T & L *in pede ſiniſtro. Et muſculorum t.* X. *ic.* XXIII. *inter* c & I. *Et oſſium t.* XXXII. *ic.* II. *inter* h *quart.* & g. *Et t.* XXXIII. *ic.* I. & II. *inter* h *quart.* & g.

(*c*) Vide ſupra cap. LXXI. §. XII.

(*d*) *Oſſium t.* XXX. *ic.* XXI. z.

(*e*) Vide ſupra cap. LXXVI. §. IV.

(*f*) *Sceleti t.* III. *inter* T & S *in pede ſiniſtro. Et muſculorum t.* X. *ic.* XXIII. *inter* c & b. *Et oſſium t.* XXXII. *ic.* II. *inter* h *quart.* & *tert. Et t.* XXXIII. *ic.* I. & II. *inter* h *quart.* & *tert.*

Exceſſus circuitus eſt rotundior, leniter gibbus: poniturque juxta partem ſuperiorem, & à poſteriore aliquantum diſtat (*g*).

Aliis pone eum, ſic ut continuus ſit, ſinus exiguus: quo committitur cum cuneiformi medio (*h*).

IV. In altero latere, quo nimirum quintum ſpectat, ſupra & ad oram poſticam planities leniter gibba, rotundior, ſed infra excurrens mucrone (*i*), continuata cartilagini partis poſterioris (*k*).

Hac committitur cum metatarſi quinto (*l*).

V. Truncus ab eo latere, quo tertium ſpectat, ſupra ſinuatus, infra maximam partem eminet (*m*).

Ubi eminet (*n*), affixum caput craſſius interoſſei ſecundi digiti tertii.

VI. Ab eodem latere infra ſinuatus (*o*): qui locus eſt interoſſei primi digiti quarti.

VII. Quo quintum ſpectat, depreſſior eſt (*p*), infraque nonnihil eminet (*q*): ubi interoſſeus ſecundus digiti quarti affixus, capite tenuiore.

(*g*) *Oſſium t.* XXX. *ic.* XXI. z.

(*h*) *Oſſium t.* XXXII. *ic.* II. *inter* h *quart.* & f. *Et t.* XXXIII. *ic.* II. *inter* h *quart.* & f.

(*i*) *Oſſium t.* XXX. *ic.* XXII. α.

(*k*) *Oſſium t.* XXX. *ic.* XX. XXIII. *inter* α & y.

(*l*) *Sceleti t.* III. *inter* T & V *in pede ſiniſtro. Et muſculorum t.* X. *ic.* XXIII. *inter* c & d. *Et oſſium t.* XXXII. *ic.* II. *inter* h *quart.* & *quint. Et t.* XXXIII. *ic.* II. *inter* h *quart.* & *quint.*

(*m*) *Oſſium t.* XXX. *ic.* XXI.

(*n*) *Oſſium t.* XXX. *ic.* XXI. δ.

(*o*) *Oſſium t.* XXX. *ic.* XXI. XX. β.

(*p*) *Oſſium t.* XXX. *ic.* XXII.

(*q*) *Oſſium t.* XXX. *ic.* XXII. γ.

CA-

CAPUT LXXVIII.

De metatarſi quinto.

I. Propria quinto (*r*).

Quarto brevius eſt (*s*).

Caput poſterius per circuitum triangulare, vertice ſurſum directo (*t*). Adjunctumque exteriori parti tuber viſendum (*v*).

Cum eo oblique ponitur ad rationem capitis prioris (*w*), ad ſimilitudinem quarti.

Et tum à capite tum à tubere truncus procedit, ut tuber ad caput pertineat (*x*).

II. Retro, praeter tuber, planities cartilaginoſa totum eſt, cum capite triangula, leniter gibba (*y*).

Qua committitur (*z*) cum illo ſinu cubiformis partis extremae prioris, qui juxta latus pedis externum eſt (*a*).

Articulus obſequitur.

III. Illo in latere, quo quartum ſpectat, planities eſt cartilaginoſa, leniter ſinuata (*b*).

Com-

(*r*) *Sceleti t.* II. *α in pedibus. Et t.* III. V *in pede ſiniſtro. Et muſculorum t.* X. *ic.* XXIII. d. *Et oſſium t.* XXX. *ic.* XXV. XXVI. XXVII. XXVIII. XXIX. XXX.

(*s*) *Compara t.* XXX. *ic.* XXV. XXVI. XXVII. XXVIII. *cum icone* XIX. XX. XXI. XXII.

(*t*) *Oſſium t.* XXX. *ic.* XXIX. ε.

(*v*) *Oſſium t.* XXX. *ic.* XXIX. XXV. XXVI. ι.

(*w*) *Oſſium t.* XXX. *ic.* XXV. XXVI.

(*x*) *Oſſium t.* XXX. *ic.* XXV. XXVI. XXVII. XXVIII.

(*y*) *Oſſium t.* XXX. *ic.* XXIX. ε.

(*z*) *Sceleti t.* II. *inter α & W in pedibus. Et t.* III. *inter* V *&* L *in pede ſiniſtro. Et muſculorum t.* X. *ic.* XXIII. *inter* d *&* I. *Et oſſium t.* XXXII. *ic.* II. *inter* h *quint. &* g. *Et t.* XXXIII. *ic.* II. *inter* h *quint. &* g.

(*a*) Vide ſupra cap. LXXI. §. XII.

(*b*) *Oſſium t.* XXX. *ic.* XXVII. ζ.

Committitur (*c*) cum planitie, quae in latere, quod ſpectat, quarti eſt (*d*), articulo obſequente.

Reſpondetque, ſimiliter ſupra poſita ad oram poſticam, caeterum rotunda, infraque excurrens mucrone (*e*), continuataque cartilagini partis poſterioris (*f*).

IV. Truncus qua os quartum ſpectat, maximam partem gibbus (*g*).

Affixum caput craſſius interoſſei ſecundi digiti quarti.

V. Infra ab eodem latere ſinuatus eſt (*h*): qui locus eſt interoſſei digiti quinti.

VI. Altero latere in parte externa pedis extremi eſt (*i*).

Depreſſius id, leniter gibbum (*k*).

VII. Tuber capitis poſterioris à trunco retrorſum & nonnihil in externum pedis latus tendit, inque mucronem deſinit (*l*).

Inter partes eſt, quibus pes inſiſtit.

Affigitur tendo peronei brevis.

(*c*) *Sceleti t.* III. *inter* V *&* T *in pede ſiniſtro. Et muſculorum t.* X. *ic.* XXIII. *inter* d *&* c. *Et oſſium t.* XXXII. *ic.* II. *inter* h *quint. & quart. Et t.* XXXIII. *ic.* II. *inter* h *quint. & quart.*

(*d*) Vide ſupra cap. LXXVII. §. IV.

(*e*) *Oſſium t.* XXX. *ic.* XXVII. ζ.

(*f*) *Oſſium t.* XXX. *ic.* XXVII. XXV. *inter* ζ *&* ε.

(*g*) *Oſſium t.* XXX. *ic.* XXVII. θ.

(*h*) *Oſſium t.* XXX. *ic.* XXVI. η.

(*i*) *Sceleti t.* III. V *in pede ſiniſtro. Et oſſium t.* XXXII. *ic.* II. h *quint.*

(*k*) *Oſſium t.* XXX. *ic.* XXV.

(*l*) *Oſſium t.* XXX. *ic.* XXV. XXVI. XXVIII. XXIX. ι.

CA-

CAPUT LXXIX.

De digitis pedis.

I. Digiti quinque ſunt, quot oſſa metatarſi (*m*). Singulisque ſinguli apponuntur.

Pollex, ſecundus, tertius, quartus, quintus, ſive minimus.

Omnes oblongi. Secundus pollice brevior: ſecundo tertius: hoc quartus: hoc quintus.

II. Pollex differt à caeteris: hoc maxime, quod multo craſſior eſt, valentiorque, atque ex oſſibus duobus (*n*), quum illi ſint è ternis (*o*).

III. Oſſaque illa generaliter oblonga ſunt, ſubſpongioſa extremis ſuis.

CAPUT LXXX.

De oſſe primo pollicis pedis.

I. Pollicis primum (*p*) à metatarſo eſt (*q*).

II. Ei caput primum craſſius, per circuitum quaſi ova-

(*m*) *Sceleti t.* I. F — W *in pedibus. Et t.* II. β — ο *in pedibus. Et t.* III. X — ν *in pedibus.*

(*n*) *Sceleti t.* I. H I *in pedibus. Et t.* III. Y ι *in pedibus.*

(*o*) *Sceleti t.* I. KOS, LPT, MQV, NRW *in pedibus. Et t.* III. Ζικ, αζλ, βημ, γθν *in pede ſiniſtro.*

(*p*) *Oſſium t.* XXXI. *ic.* I. II. III. IV. V. VI.

(*q*) *Sceleti t.* I. H *in pedibus. Et t.* III. Y *in pedibus. Et muſculorum t.* X. *ic.* XXIII. g. *Et oſſium t.* XXXII. *ic.* I. & II. i *prim. Et t.* XXXIII. *ic.* I. & II. i *prim.*

ovatum, longiore parte transverſum, infra depreſſius, circuitu inaequabile (*r*).

III. Pars ejus poſterior recta, cartilaginoſa, profundius ſinuata (*s*).

Ea recipit (*t*) rotundam partem capitis prioris metatarſi ſui (*v*).

Qui articulus flecti omnem in partem poteſt: maxime tamen deorſum, ſurſumque.

IV. A capite illo tendit in priora, ſupra, ut illud coeperat, rotundum (*w*); infra planius (*x*), quo praeſtat tendini flexoris longi locum.

Paulatimque gracileſcit, rurſusque fere à medio craſſeſcit, definitque in caput prius, quod minus (*y*).

Infra à principio extenuatur citius, magisque, ut ibi per longitudinem inſignius ſinuatum ſit (*z*).

V. Caput prius ſupra cum trunco gibbum eſt ex transverſo, infra ſinuatum, circuitu leniter inaequabile (*a*).

VI. Priore parte cartilaginoſum eſt, rotulae orbitae forma quodammodo ſimile (*b*): & à ſuperiore quidem parte per priorem ad imam, porroque retrorſum orbiculatae (*c*).

Media profunde ſinuata eſt, latera eminent, gibbaque ſunt, infra maxime: & quod digito ſecundo propius, id majus (*d*).

Hac

(*r*) *Oſſium t.* XXXI. *ic.* I. II. III. IV. V.

(*s*) *Oſſium t.* XXXI. *ic.* V. a.

(*t*) *Sceleti t.* I. *inter* H & E *in pedibus.* *Et t.* III. *inter* Y & Q *in pedibus.* *Et muſculorum t.* X. *ic.* XXIII. *inter* g & X. *Et oſſium t.* XXXII. *ic.* I. & II. *inter* i *prim.* & h *prim.* *Et t.* XXXIII. *ic.* I. & II. *inter* i *prim.* & h *prim.*

(*v*) Vide ſupra cap. LXXIII. §. V.

(*w*) *Oſſium t.* XXXI. *ic.* I.

(*x*) *Oſſium t.* XXXI. *ic.* II.

(*y*) *Oſſium t.* XXXI. *ic.* I. II. III. IV.

(*z*) *Oſſium t.* XXXI. *ic.* III. IV.

(*a*) *Oſſium t.* XXXI. *ic.* I. II. III. IV. VI.

(*b*) *Oſſium t.* XXXI. *ic.* VI. b.

(*c*) *Oſſium t.* XXXI. *ic.* I. II. III. IV. VI. b.

(*d*) *Oſſium t.* XXXI. *ic.* I. II. VI. b.

Hac committitur cum oſſe poſtremo (*e*).

VII. Supra ad caput poſterius angulus eſt inaequabilis (*f*): ubi tendo extenſoris brevis affigitur.

VIII. Infra exceſſus duo ſunt, ad utrumque latus unus (*g*): major, qui ad latus pedis internum (*h*).

Ligamenta affixa, quae cum metatarſo connectunt, & ſeſamoïdeis.

Minori praeterea adductor pollicis cum transverſo. Majori abductor.

IX. Juxta caput prius eminentia ab utroque latere eſt (*i*): ubi ligamenta lateralia affiguntur, quae os ultimum alligant.

CAPUT LXXXI.

De ſeſamoïdeis oſſis primi pollicis pedis.

I. Seſamoïdea pollicis oſſi primo addita ſunt duo, magnitudine fere inaequalia (*k*).

Parva ſunt, ſed inter ſeſamoïdea maxima (*l*).

Eadem ſemiovata ſunt: altera parte gibba, atque inaequabilia

(*e*) *Sceleti t.* I. *inter* H & I *in pedibus. Et t.* III. *inter* Y & ι *in pedibus. Et muſculorum t.* X. *ic.* XXIII. *inter* m & s. *Et oſſium t.* XXXII. *ic.* I. & II. *inter* i *prim.* & l *prim. Et t.* XXXIII. *ic.* I. & II. *inter* i *prim.* & l *prim.*

(*f*) *Oſſium t.* XXXI. *ic.* I. f.

(*g*) *Oſſium t.* XXXI. *ic.* II. c, d.

(*h*) *Oſſium t.* XXXI. *ic.* II. d.

(*i*) *Oſſium t.* XXXI. *ic.* III. IV. e.

(*k*) *Sceleti t.* I. F G *in pedibus. Et t.* II. ξ, ο *in pede ſiniſtro. Et t.* III. X *in pede dextro. Et muſculorum t.* X. *ic.* XXIII. Y, Z. *Et oſſium t.* XXXI. *ic.* XXXVIII. XXXIX. XL. XLI. XLII.

(*l*) *Oſſium t.* XXXI. *ic.* XXXVIII. XXXIX. XL. XLI. XLII.

lia (*m*): altera cartilaginoſa, per longitudinem ſinuata, ex tranſverſo fere media gibba, lateribus ſinuatis (*n*).

II. Ut genu patella, ſic articulo pollicis cum metatarſo ſuo data ſunt.

Ad metatarſi illius caput prius infra (*o*) per longitudinem apponuntur (*p*): quod iis inſiſtit.

Perque ſinus ejus recipiuntur parte ſua cartilaginoſa.

III. Et ut patella tibiae, ſic primo pollicis oſſi alligata.

Siquidem ab exceſſibus imi capitis ejus poſterioris (*q*) ligamenta ad priorem partem eorum pertinent (*r*).

IV. Utque genu extendentes ſupra patellae, ſic pollicem flectentes retro affiguntur ſeſamoïdeis.

Et ut illi per patellam, ejusque ligamentum, ad tibiam; ſic hi per ſeſamoïdea, ligamentaque eorum, ad os primum pertingunt.

Et ut patella per ſinum femoris, ſic ſeſamoïdea, flectentibus nobis articulum aut deorſum, aut ſurſum, per metatarſi ſinus retrorſum, antrorſumve aguntur.

V. Uſusque praebent reſpondentes.

Per ea enim flectentes muſculi melius firmiusque flectunt.

Iis interſertis fit, ut detrimentum muſculi illi ab affrictu ad caput metatarſi non patiantur, neque comprimantur in ſtatu.

Et quoniam abſoluta ab oſſe primo, aptant ſeſe.

VI. Duo autem ſunt, diſcrimine ſeparante modico (*s*): eoque

(*m*) *Oſſium t.* XXXI. *ic.* XXXVIII. XL. XLI.

(*n*) *Oſſium t.* XXXI. *ic.* XXXIX. XL. XLI. XLII. α.

(*o*) Vide ſupra cap. LXXIII. §. VII.

(*p*) *Sceleti t.* I. F, G *in pedibus. Et t.* II. ξ, ο *in pede ſiniſtro. Et t.* III. X *in pede dextro. Et muſculorum t.* X. *ic.* XXIII. Y, Z. *Et oſſium t.* XXXII. *ic.* I. m.

(*q*) Vide ſupra cap. LXXX. §. VIII.

(*r*) *Muſculorum t.* X. *ic.* XXI. ε, w.

(*s*) *Muſculorum t.* X. *ic.* XXIII. Y, Z.

que tendinem flexoris longi pollicis per intervallum ſuum ad os ultimum commode procedere ſinunt.

Similitudo igitur patellae in duas per longitudinem ſectae, easque oblongas, ab extremis nimirum tendinibus flectentium porrectas ad pollicem.

C A P U T L X X X I I.

De oſſe ultimo pollicis pedis.

I. Ultimum à primo eſt (*t*).

Brevius, totumque gracilius (*v*).

II. Capiti primo à principio craſſitudo, quae fere priori oſſis primi.

Forma quoque: ſupra ex transverſo gibbum, infra modice ſinuatum, per circuitum inaequabile (*w*).

III. Retro rectum & cartilaginoſum totum eſt (*x*).

Ad utrumque ibi latus ſinuatum, ſinusque in mediam eminentiam conveniunt, ex transverſo gibbam, per altitudinem ſinuatam (*y*).

Sinuum qui propior digito ſecundo, major (*z*); ut majus eſt latus reſpondens orbitae oſſis primi.

Con-

(*t*) *Sceleti t.* I. I *in pedibus. Et t.* III. 1 *in pedibus. Et muſculorum t.* X. *ic.* XXIII. st. *Et oſſium t.* XXXII. *ic.* I. & II. l *prim. Et t.* XXXIII. *ic.* I. & II. l *prim.*

(*v*) *Oſſium t.* XXXI. *ic.* VII. VIII. IX. X. XI.

(*w*) *Oſſium t.* XXXI. *ic.* VII. VIII. IX. X. XI.

(*x*) *Oſſium t.* XXXI. *ic.* XI. g.

(*y*) *Oſſium t.* XXXI. *ic.* XI. g.

(*z*) *Oſſium t.* XXXI. *ic.* XI. g.

Convenitque orbitae illi (*a*), cum eaque committitur (*b*).

Articulus deorſum flecti poteſt, & ſurſum: magisque deorſum, eo quod orbita oſſis primi ab inferioribus partibus retroverſus productior eſt.

IV. Ab hoc capite intra latera ſubito gracilius, gracileſcit deinde paulatim, rurſusque craſſeſcens, deſinit extremo rotundo (*c*).

Supra ad capitis ſimilitudinem ex transverſo rotundum (*d*), infra planius (*e*).

Per longitudinem modice incurvum (*f*), infraque ſinuatum.

V. Migrat autem in tuber extremum, idque inaequabile, ſubſcabrum, gibbum: quod infra eminet, & aliquantum quoque per laterum priorisque partis circuitum, ubi quaſi ſemiorbiculatum; nam retro parte inferiore generaliter ſinuatum (*g*).

Pulpam pollicis extremi ſuſtinet.

VI. In capite primo ſupra eminentia transverſa (*h*), cui affigitur tendo extenſoris pollicis.

VII. In eodem infra ab utroque latere tuberculum inaequabile (*i*): quorum interius majus (*k*).

Affiguntur ligamenta lateralia, quibus cum oſſe primo connectitur.

VIII. Interque ea plaga inaequabilis (*l*), cui tendo affigitur flexoris pollicis longi.

(*a*) Vide ſupra cap. LXXX. §. VI.

(*b*) *Sceleti t.* I. *inter* I *&* H *in pedibus. Et t.* III. *inter* ι *&* Y *in pedibus. Et muſculorum t.* X. *ic.* XXIII. *inter* s *&* m. *Et oſſium t.* XXXII. *ic.* I. *&* II. *inter* l *prim. &* i *prim. Et t.* XXXIII. *ic.* I. *&* II. *inter* l *prim. &* i *prim.*

(*c*) *Oſſium t.* XXXI. *ic.* VII. VIII. IX. X.

(*d*) *Oſſium t.* XXXI. *ic.* VII.

(*e*) *Oſſium t.* XXXI. *ic.* VIII.

(*f*) *Oſſium t.* XXXI. *ic.* IX. X.

(*g*) *Oſſium t.* XXXI. *ic.* VII. VIII. IX. X.

(*h*) *Oſſium t.* XXXI. *ic.* VII. i.

(*i*) *Oſſium t.* XXXI. *ic.* VIII. IX. X. h, h.

(*k*) *Oſſium t.* XXXI. *ic.* VIII. IX. h.

(*l*) *Oſſium* XXXI. *ic.* VIII. k.

CAPUT LXXXIII.

De ſeſamoïdeo pollicis pedis ultimi.

I. Ad os hoc ultimum referri poteſt ſeſamoïdeum, quod in aliquibus inveni, appoſitum infra articulo cum oſſe primo: parvum, ovatum, transverſum.

Infra gibbum, ubi inhaerebat tendini flexoris longi.

Supra, ubi articulo appoſitum, cartilaginoſum.

Pars autem illa cartilaginoſa diviſa in duas, poſteriorem, & priorem.

II. Poſterior maxima, ex transverſo gibba, à parte poſteriore ſinuata in priorem.

Eaque committebatur cum ſinu orbitae capitis prioris oſſis primi (*m*).

III. Prior exigua, depreſſaque.

Qua committebatur cum proxima parte capitis oſſis ultimi (*n*): nempe inferiore juxta oram poſticam media, cartilaginoſa & ipſa.

IV. Caetera ſeſamoïdea, quae pedi tribuuntur, tendinum, quibus tribuuntur, partes ſunt induratae, ad eos referenda.

(*m*) Vide ſupra cap. LXXX. §. VI. (*n*) Vide ſupra cap. LXXXII. §. II.

CA-

CAPUT LXXXIV.

De oſſibus primis digitorum pedis minorum.

I. Prima digitorum minorum reſpondent pollicis primo: ſed graciliora ad rationem capitum ſuorum (*o*).

Reſpondet locus: utpote à ſuo quodque metatarſi oſſe procedit (*p*).

Reſpondet caput primum, ſed rotundius: caeterum infra quoque depreſſum, & inaequabile circuitu (*q*).

II. Reſpondet parte poſteriore, recta, cartilaginoſa, profundius ſinuata: ſed ſinus rotundior (*r*).

Reſpondet articulo (*s*) cum metatarſo (*t*): qui eodem modo flectitur in partem omnem, ſurſum deorſumque maxime.

III. Reſpondet trunci forma, ſupra, lateribusque, ut caput primum, rotunda (*v*): infra planior (*w*), apta ad locandos flexorum tendines.

Gracilior quoque à capite primo, ſed citius: à medio quoque craſſeſcit, inque caput prius deſinit, primo quoque minus (*x*).

Infraque eodem modo extenuatur à principio citius, magisque,

(*o*) *Oſſium t.* XXXI. *ic.* XII—XX.

(*p*) *Sceleti t.* I. K, L, M, N *in pedibus.* *Et t.* III. Z, α, β, γ *in pede ſiniſtro.* *Et muſculorum t.* X. *ic.* XXIII. h, i, k, l. *Et oſſium t.* XXXII. *ic.* I. & II. i, i, i, i *minorum.* *Et t.* XXXIII. *ic.* I. & II. i, i, i, i *minorum.*

(*q*) *Oſſium t.* XXXI. *ic.* XII—XIX.

(*r*) *Oſſium t.* XXXI. *ic.* XIX. l.

(*s*) *Sceleti t.* I. *inter* K & C, L & B, M & A, N & z *in pedibus.* *Et t.* III. *inter* Z & R, α & S, β & T, γ & V *in pede ſiniſtro.* *Et muſculorum t.* X. *ic.* XXIII. *inter* h & f, i & f, k & f, l & f. *Et oſſium t.* XXXII. *ic.* I. & II. *inter* i *minor.* & h. *Et t.* XXXIII. *ic.* I. & II. *inter* i *minor.* & h.

(*t*) Vide ſupra cap. LXXIV. §. III. IV.

(*v*) *Oſſium t.* XXXI. *ic.* XII. XIII. XIV. XV.

(*w*) *Oſſium t.* XXXI. *ic.* XVI.

(*x*) *Oſſium t.* XXXI. *ic.* XII. XIII. XIV. XV. XVI. XVII. XVIII.

que, eoque ibi infra per longitudinem inſignius ſinuatum (*y*).

IV. Reſpondet caput prius, ſed ſupra depreſſius, infra eodem modo ſinuatum, circuitu nonnihil inaequabile (*z*).

V. Reſpondet orbita cartilaginoſa in parte priore, ſimiliter à ſuperiore parte per priorem ad imam porroque retrorſum orbiculata, media ſinuata, lateribus eminens, gibbaque, infra maxime (*a*). Committitur cum oſſe ſecundo (*b*).

Haec autem oblique poni ſolet, maxime in digito tertio, quarto, quintoque, ut dirigatur antrorſum ſimulque extrorſum; fereque magis extrorſum, quo digiti minoris eſt. In iisque etiam caput prius oſſis ſecundi retro contraria ratione obliquum invenitur.

VI. Reſpondent quoque exceſſus duo, infra ad utrumque latus capitis primi unus (*c*). Quibus affixa ligamenta lateralia connectentia cum oſſe metatarſi: interoſſei praeterea, exteriorique minimi flexor ejus proprius, & abductor.

VII. Reſpondet ab utroque latere capitis prioris locus inaequabilis (*d*), cui affigitur ligamentum connectens cum oſſe ſecundo.

VIII. Truncus autem praeterea infra ab utroque latere circa mediam oram inaequabilis eſt (*e*): ubi affigitur vagina, qua flexorum tendines continentur.

Contraque angulo capitis primi, cui affigitur extenſor brevis, quod reſpondeat, quia nullus affigitur, non habent.

(*y*) *Oſſium t.* XXXI. *ic.* XVII. XVIII.

(*z*) *Oſſium t.* XXXI. *ic.* XII. XIII. XIV. XV. XVI. XVII. XVIII. XX.

(*a*) *Oſſium t.* XXXI. *ic.* XII — XVIII. XX. m.

(*b*) *Sceleti t.* I. *inter* K & O, L & P, M & Q, N & R *in pedibus. Et t.* III. *inter* Z & ε, α & ζ, β & η, γ & θ *in pede ſiniſtro. Et muſculorum t.* X. *ic.* XXIII. *inter* h & q, i & p, k & o, l & n. *Et oſſium t.* XXXII. *ic.* I. & II. *inter* i *minor.* & k. *Et t.* XXXIII. *ic.* I. & II. *inter* i *minor.* & k.

(*c*) *Oſſium t.* XXXI. *ic.* XVI. XVII. XVIII. p.

(*d*) *Oſſium t.* XXXI. *ic.* XVII. XVIII. o.

(*e*) *Oſſium t.* XXXI. *ic.* XVI. n, n.

CAPUT LXXXV.

De oſſibus ſecundis digitorum pedis minorum.

I. Minores ſecunda praeter pollicem habent praecipua, à primis tendentia in priora, iisque breviora (*f*). Hoc breviora, quo digiti ſunt brevioris (*g*).

Quod digiti minimi eſt, tam breve eſt, ut longius non ſit, quam latius (*h*). Aliis, quod digiti tertii, quarti, & quinti eſt, etiam brevius quam latius (*i*).

II. Caput primum per circuitum leniter inaequabile, ſupra lateribusque rotundius, infra in medio leniter ſinuatum (*k*), praeterquam quinti, quod infra fere tantummodo depreſſius.

III. Retro rectum, & cartilaginoſum (*l*).

Conſtatque ibi è ſinibus duobus, ad latus utrumque uno, convenientibusque in eminentiam mediam (*m*).

Sinus ovati ſunt, intra ſummum & imum longiores (*n*). Eminentia recta, ex transverſo gibba; per altitudinem ſinuata (*o*).

Convenit hac parte orbitae capitis prioris oſſis primi (*p*): cujus eminentia latera per ſinus recipit, ſinui medio mediam inſe-

(*f*) *Sceleti t.* I. O, P, Q, R *in pedibus. Et t.* III. ε, ζ, η, θ *in pede ſiniſtro. Et muſculorum t.* X. *ic.* XXIII. q, p, o, n. *Et oſſium t.* XXXII. *ic.* I. & II. k, k, k, k. *Et t.* XXXIII. *ic.* I. & II. k, k, k, k.

(*g*) *Oſſium t.* XXXI. *ic.* XXIV--XXI.

(*h*) *Oſſium t.* XXXI. *ic.* XXI.

(*i*) *Oſſium t.* XXXIII. *ic.* II. k, k, k *minorum trium.*

(*k*) *Oſſium t.* XXXI. *ic.* XXI — XXVIII.

(*l*) *Oſſium t.* XXXI. *ic.* XXVIII. q.

(*m*) *Oſſium t.* XXXI. *ic.* XXVIII. q.

(*n*) *Oſſium t.* XXXI. *ic.* XXVIII. q.

(*o*) *Oſſium t.* XXXI. *ic.* XXVIII. q.

(*p*) Vide ſupra cap. LXXXIV. §. V.

ſerit eminentiam. Sic fit articulus (*q*), qui extendi poteſt, deorſumque flecti.

IV. Truncus ad capitum rationem latior, quam oſſi primo (*r*). Quin & medius medio primi latior in digito quarto quintoque (*s*), in alio etiam in omnibus (*t*).

Caeterum oſſi primo ſimilis his. A capite primo gracileſcit, à medio rurſus craſſeſcit, donec migret in caput prius, idque minus (*v*).

Supra, lateribusque, à rotundo capite rotundus: juxta caput prius ſupra depreſſior (*w*).

Infra depreſſior (*x*), ſedemque praebens idoneam tendini flexoris longi. Et per longitudinem ibi ab imo capite primo inſigniter ſinuatus, atque extenuatus (*y*).

Atque ea quoque, quod digiti minimi eſt, quamvis perbrevi trunco, oſtendit, aut ſignificat, niſi ſi, ut fit, degeneret.

V. Caput prius oblongum, transverſum (*z*), ante cartilaginoſum, ibique aequaliter à parte ſuperiore per priorem in inferiorem rotundatum, ac teres (*a*).

Qua

(*q*) *Sceleti t.* I. *inter* O & K, P & L, Q & M, R & N *in pedibus. Et t.* III. *inter* ι & Z, ζ & α, η & β, θ & γ *in pede ſiniſtro. Et muſculorum t.* X. *ic.* XXIII. *inter* q & h, p & i, o & k, n & l. *Et oſſium t.* XXXII. *ic.* I. & II. *inter* k & i *minorum. Et t.* XXXIII. *ic.* I. & II. *inter* k & i *minorum.*

(*r*) *Oſſium t.* XXXI. *ic.* XXIV. XXIII. XXII. XXI.

(*s*) *Oſſium t.* XXXI. *ic.* XXII. XXI.

(*t*) *Oſſium t.* XXXII. *ic.* II. k, k, k, k.

(*v*) *Oſſium t.* XXXI. *ic.* XXI — XXVII.

(*w*) *Oſſium t.* XXXI. *ic.* XXI — XXIV.

(*x*) *Oſſium t.* XXXI. *ic.* XXV.

(*y*) *Oſſium t.* XXXI. *ic.* XXVI, XXVII.

(*z*) *Oſſium t.* XXXI. *ic.* XXI — XXVII. XXIX.

(*a*) *Oſſium t.* XXXI. *ic.* XXI — XXVII. XXIX.

Qua parte committitur cum oſſe tertio (*b*).

VI. Supra in medio capite primo acumen leve, transverſum (*c*): ubi affigitur tendo extenſorum.

VII. In eodem infra utroque in latere tuberculum (*d*), ubi ligamenta lateralia affiguntur, quae cum oſſe primo connectunt.

VIII. Ab utroque latere capitis prioris tuberculum (*e*): quibus affiguntur ligamenta lateralia, quae connectunt cum oſſe tertio.

IX. Ante caput primum truncus infra utraque ora eminet (*f*): ubi tendinis flexoris brevis cornua affiguntur, & quae longi tendinem continet, vagina.

CAPUT LXXXVI.

De oſſibus tertiis digitorum minorum pedis.

I. Tertia reſpondent pollicis ultimo (*g*).

Innituntur autem ſecundis, quibus ſunt graciliora (*h*). Et quod digiti ſecundi eſt, quodque tertii, oſſe ſecundo brevius:

(*b*) *Sceleti t.* I. *inter* O & S, P & T, Q & V, R & W *in pedibus.* *Et t.* III. *inter* ε & κ, ζ & λ, η & μ, θ & ν *in pede ſiniſtro.* *Et muſculorum t.* X. *ic.* XXIII. *inter* q & u, p & v, o & w, n & x. *Et oſſium t.* XXXII. *ic.* I. & II. *inter* k & l *minorum.* *Et t.* XXXIII. *ic.* I. & II. *inter* k & l *minorum.*

(*c*) *Oſſium t.* XXXI. *ic.* XXIV. v.

(*d*) *Oſſium t.* XXXI. *ic.* XXV. XXVI. XXVII. u *ſuper.*

(*e*) *Oſſium t.* XXXI. *ic.* XXVI. XXVII. u *infer.*

(*f*) *Oſſium t.* XXXI. *ic.* XXV. st, st.

(*g*) *Oſſium t.* XXXI. *ic.* XXX — XXXVII.

(*h*) *Sceleti t.* I. S, T, V, W *in pedibus.* *Et t.* III. κ, λ, μ, ν *in pede ſiniſtro.* *Et muſculorum t.* X. *ic.* XXIII. u, v, w, x. *Et oſſium t.* XXXII. *ic.* I. & II. l, l, l, l *minorum.* *Et t.* XXXIII. *ic.* I. & II. l, l, l, l *minorum.*

vius: quod quarti, non niſi aliquanto: quod quinti, etiam longius (*i*). Aliis longiora ſunt plura, etiam quod ſecundi eſt (*k*).

II. Caput primum priori oſſis ſecundi aliquanto craſſius, quum componuntur, circumcirca eminet (*l*).

Ovatum, ex transverſo longius, infra leniter ſinuatum medium, minoribus etiam rotundius: caeterum per circuitum inaequabile (*m*).

III. Retro rectum, & cartilaginoſum: ſed inter partem ſuperiorem & inferiorem orbiculatim ſinuatum, ſinu oblongo, transverſo (*n*).

Convenit ad priorem partem capitis prioris oſſis ſecundi (*o*), eamque recipit (*p*). Flectitur articulus deorſum, & extenditur.

IV. Truncus à capite cito gracileſcit, ſed mox rurſus à medio aliquantum craſſeſcit (*q*).

Supra, lateribusque forma tereti, rotundo circuitu finitur (*r*).

Infra depreſſior (*s*).

Supra curvat ſe extremo leniter deorſum (*t*).

In-

(*i*) *Oſſium t.* XXXI. *ic.* XXXIII. XXXII. XXXI. XXX.

(*k*) *Oſſium t.* XXXIII. *ic.* II. l, l, l, l *minorum.*

(*l*) *Oſſium t.* XXXII. *ic.* I. & II. l, l, l, l *minorum. Et t.* XXXIII. *ic.* I. & II. l, l, l, l *minorum.*

(*m*) *Oſſium t.* XXXI. *ic.* XXX— XXXVII.

(*n*) *Oſſium t.* XXXI. *ic.* XXXVII. w.

(*o*) Vide ſupra cap. LXXXV. §. V.

(*p*) *Sceleti t.* I. *inter* S & O, T & P, V & Q, W & R *in pedibus. Et t.* III. *inter* κ & ε, λ & ζ, μ & η, ν & θ *in pede ſiniſtro. Et muſculorum t.* X. *ic.* XXIII. *inter* u & q, v & p, w & o, x & n. *Et oſſium t.* XXXII. *ic.* I. & II. *inter* l *minor.* & k. *Et t.* XXXIII. *ic.* I. & II. *inter* l *minor.* & k.

(*q*) *Oſſium t.* XXXI. *ic.* XXX— XXXVI.

(*r*) *Oſſium t.* XXXI. *ic.* XXX. XXXI. XXXII. XXXIII. XXXIV. XXXV. XXXVI.

(*s*) *Oſſium t.* XXXI. *ic.* XXXIV.

(*t*) *Oſſium t.* XXXI. *ic.* XXXV. XXXVI.

Infra per longitudinem modice ſinuatus à capite primo, eoque ſenſim tenuior (*v*).

v. Infraque, ut in pollice, tubere deſinit inaequabili, ſubaſpero, gibbo, in extremo laterum partisque prioris circuitu aliquantum eminente, & fere ſemiorbiculato: retro autem fere rotundiore (*w*).

Atque id pulpam digiti ſuſtinet, eodem modo.

VI. Eminentiae praeterea, ut pollicis ultimo.

Cacumen transverſum in ſummo capitis (*x*): ubi tendo extenſorum affigitur.

VII. Tuberculum infra ab utroque capitis latere (*y*): cui affigitur ligamentum laterale, quo colligatur cum oſſe ſecundo.

VIII. Et infra quoque locus inter ea inaequabilis (*z*): ubi tendo flexoris longi affigitur.

CAPUT LXXXVII.

De compoſitione oſſium pedis extremi.

I. Nunc conſentaneum videtur colligere, abſolvereque, quae de compoſitione oſſium pedis extremi ſparſim indicata ſunt.

A poſteriore parte, qua pes incipit, infra calcaneus eſt, tendens in priora (*a*).

II.

(*v*) *Oſſium t.* XXXI. *ic.* XXXV. XXXVI.

(*w*) *Oſſium t.* XXXI. *ic.* XXXIV. XXXV. XXXVI.

(*x*) *Oſſium t.* XXXI. *ic.* XXXIII. y.

(*y*) *Oſſium t.* XXXI. *ic.* XXXIV. XXXV. XXXVI. x.

(*z*) *Oſſium t.* XXXI. *ic.* XXXIV. z.

(*a*) *Oſſium t.* XXXII. *ic.* I. & II. b. *Et t.* XXXIII. *ic.* II. aa.

II. Ejus circa mediam longitudinem talus ei corpore ſuo inſiſtit: dein cervice (*b*).

Cervicem cum capite porrigit ab interno latere prioris calcanei partis, quae proxima eſt (*c*).

III. Talus & calcaneus à priori parte ſic finiuntur, ut illius caput in priora rectius dirigatur: juxtaque cervicem extremam extremus calcaneus obliquus ſit, in externum latus retrorſum (*d*).

IV. Ante tali caput naviculare, transverſum (*e*). Et ante hoc cuneiformia tria (*f*).

Quae aptata ad rotunditatem ejus, ut medium, qua inſiſtit ei, fere rectum ſit: quae aſtant ei, obliqua, alterum in interiorem, alterum in exteriorem partem retrorſum.

V. Ante calcaneum cubiforme, qua inſiſtit ei, conveniens obliquitate (*g*).

VI. Cubiforme, naviculare, cuneiformia, per latera quoque conjuncta inter ſe.

Nempe cubiforme cum naviculari (*h*), & cuneiformi medio (*i*): cum illo poſteriore lateris parte, cum hoc priore.

Indeque cuneiforme medium cum minore (*k*), minus cum majore (*l*).

VII. Cuneiformia cum cubiformi ante ſic deſinunt, ut oblique

(*b*) *Oſſium t.* XXXII. *ic.* I. & II. a. *Et t.* XXXIII. *ic.* II. b.

(*c*) *Oſſium t.* XXXIII. *ic.* II. b.

(*d*) *Oſſium t.* XXXIII. *ic.* II. b, a.

(*e*) *Oſſium t.* XXXII. *ic.* I. & II. c. *Et t.* XXXIII. *ic.* II. c.

(*f*) *Oſſium t.* XXXIII. *ic.* II. d, e, f. *Et t.* XXXII. *ic.* I. & II. d, e, f.

(*g*) *Oſſium t.* XXXII. *ic.* II. g. *Et t.* XXXIII. *ic.* II. g.

(*h*) *Oſſium t.* XXXIII. *ic.* II. *inter* g & c. *Et t.* XXXII. *ic.* II. *inter* g & c.

(*i*) *Oſſium t.* XXXIII. *ic.* II. *inter* g & f. *Et t.* XXXII. *ic.* II. *inter* g & f.

(*k*) *Oſſium t.* XXXIII. *ic.* II. *inter* f & e. *Et t.* XXXII. *ic.* II. *inter* f & e.

(*l*) *Oſſium t.* XXXIII. *ic.* II. *inter* e & d. *Et t.* XXXII. *ic.* II. *inter* e & d.

que finiantur, linea à cuneiformi majore in exteriorem partem currente retrorſum (*m*).

VIII. In ea obliquitate cuneiforme, quod minus eſt, minus protenditur, quam à lateribus ejus majus, & medium: ac ſic ſinus inter haec fit, ſive intercapedo (*n*).

Et medium quoque ab altero latere protenditur ultra cubiforme (*o*).

IX. Tenduntque haec quatuor in priora quidem, ſed ſimul modice extrorſum (*p*).

X. Ante ea metatarſus porrigitur (*q*).

Qui pollicis eſt, à cuneiformi majore (*r*): qui digiti ſecundi, à minore (*s*): qui tertii, à medio (*t*): quarti, quintique, à cubiformi (*v*).

XI. Cuneiforme autem majus extrema parte priore antrorſum & ſimul oblique aliquantum introrſum dirigitur: & ab eo os metatarſi, quod pollicis eſt, tendit quoque aliquantum introrſum (*w*).

XII. Cuneiforme minus, mediumque, & cubiforme, partem extremam priorem dirigunt oblique extrorſum: ab iisque reſpondente obliquitate oſſa metatarſi digitorum minorum incipiunt.

Pro-

(*m*) *Oſſium t.* XXXIII. *ic.* II. d e f g. *Et t.* XXXII. *ic.* II. d e f g.

(*n*) *Oſſium t.* XXXIII. *&* XXXII. *ic.* II. *ante inter* d e f.

(*o*) *Oſſium t.* XXXIII. *&* XXXII. *ic.* II. *ante inter* f *&* g.

(*p*) *Oſſium t.* XXXIII. *ic.* II. d e f g.

(*q*) *Oſſium t.* XXXIII. *&* XXXII. *ic.* II. h h h h h.

(*r*) *Oſſium t.* XXXIII. *&* XXXII. *ic.* II. h *prim. à* d.

(*s*) *Oſſium t.* XXXIII. *&* XXXII. *ic.* II. h *ſecund. ab* e.

(*t*) *Oſſium t.* XXXIII. *&* XXXII. *ic.* II. h *tert. ab* f.

(*v*) *Oſſium t.* XXXIII. *&* XXXII. *ic.* II. h *quart. & quint. à* g.

(*w*) *Oſſium t.* XXXIII. *ic.* II. d h *prim.*

Protenduntur autem rectius: & quod quinti eſt, etiam aliquantum extrorſum (*x*).

XIII. Secundumque à principio recipitur per intercapedinem (*y*), quam inter cuneiforme majus & medium ante minus eſſe diximus.

Quartum aſſidet cuneiformi medio, ante cubiforme (*z*).

XIV. Ac quatuor haec digitorum minorum primis quoque capitibus ſuis conjuncta ſunt inter ſe: proximumque eſt caput illius, quod pollicis eſt (*a*).

Inde, relictis intervallis inter ſeſe, in cratis ſpeciem componuntur (*b*).

Capitibus quoque prioribus ſeparata ſunt, ſed diſcrimine tenui (*c*).

Longius autem, quod pollicis eſt, recedit ab eo, quod ſecundi (*d*).

Et fere quoque, quod quinti eſt, recedit à proximo aliquanto longius, ut intervallum majus ſit, quam inter minorum reliqua (*e*).

XV. Ante porrigitur minorum primum aliquanto longius, quam pollicis (*f*).

A primo illo ſequentia obliqua linea finiuntur, ad ſimilitudinem illius, qua finiuntur retro (*g*).

XVI.

(*x*) *Oſſium t.* XXXIII. *ic.* II. e h *ſecund:* & f h *tert:* & g h *quart.* & *quint.*

(*y*) *Oſſium t.* XXXIII. *ic.* II. h *ſecund. inter* d e f.

(*z*) *Oſſium t.* XXXIII. *ic.* II. *inter* h *quart.* & f.

(*a*) *Oſſium t.* XXXIII. *ic.* II. h, h, h, h, h.

(*b*) *Oſſium t.* XXXIII. *ic.* II. h, h, h, h, h.

(*c*) *Oſſium t.* XXXIII. *ic.* II. h, h, h, h, h.

(*d*) *Oſſium t:* XXXIII. *ic.* II. h *prim:*

(*e*) *Oſſium t.* XXXIII. *ic.* II. h *quint.*

(*f*) *Oſſium t.* XXXIII. *ic.* II. h, h *prim.*

(*g*) *Oſſium t.* XXXIII. *ic.* II. h, h, h, h *minor.*

XVI. A metatarſo digiti porriguntur (*h*).

In pollice ab oſſe primo ultimum (*i*).

In minoribus, à primo ſecundum, ab hoc ultimum (*k*).

XVII. Seſamoïdea infra apponuntur capiti priori metatarſi pollicis (*l*).

Aliisque aliud infra articulo oſſis primi cum ultimo.

XVIII. Ex tarſo & metatarſi principio compacta pars: inde diſcreta oſſa metatarſi, digitique (*m*).

CAPUT LXXXVIII.

De forma poſituque pedis extremi.

I. Nunc de forma poſituque pedis extremi.

Oblongus eſt, latusque: ac multo longior, quam latior (*n*).

Latitudine dirigitur altera parte ſurſum (*o*), altera deorſum (*p*). Per longitudinem protenditur à calce in priora (*q*). Cruri ſic ſubjectus, ut retro illud parum, ante protendatur plurimum (*r*).

Pollex à parte interiore, qua nimirum pedem alterum ſpectat (*s*).

II.

(*h*) *Oſſium t.* XXXIII. *ic.* II. il, ikl, ikl, ikl, ikl.

(*i*) *Oſſium t.* XXXIII. *ic.* II. il.

(*k*) *Oſſium t.* XXXIII. *ic.* II. ikl, ikl, ikl, ikl.

(*l*) *Oſſium t.* XXXII. *ic.* I. m. *Et muſculorum t.* X. *ic.* XXIII. YZ.

(*m*) *Oſſium t.* XXXIII. *ic.* I. & II.

(*n*) *Oſſium t.* XXXIII. *ic.* II. *Et muſculorum t.* X. *ic.* XXIII.

(*o*) *Oſſium t.* XXXIII. *ic.* II.

(*p*) *Muſculorum t.* X. *ic.* XXIII.

(*q*) *Oſſium t.* XXXIII. *ic.* II. *Et muſculorum t.* X. *ic.* XXIII.

(*r*) *Sceleti t.* III. *in pede dextro.*

(*s*) *Sceleti t.* I. & III. *in pedibus extremis.*

II. Quod ad craſſitudinem attinet, calce craſſus, mox, ſuperaddito talo, craſſior, ab eo generaliter tenuior, & tenuior, ad extremos digitos usque (*t*).

Interiore autem parte, ubi pollex, craſſior (*v*).

III. Prima parte, quae ex calcaneo ſolo eſt, anguſtior (*w*), lateſcit aliquantum per eum, & per talum (*x*).

Ante crus lateſcere pergit per cervicem tali (*y*), cum priore calcanei parte (*z*). Indeque porro per cubiforme (*a*), naviculare (*b*), cuneiformia (*c*).

Inde per metatarſi principium latior, metatarſo aliquantum lateſcit (*d*).

A quo per digitos contrahit ſe fere ſenſim (*e*). Nimirum pollex, proximique duo, rectiores: quartus curvat ſe fere tertium verſus: minimus quartum, & longe magis.

Pollex autem longior: ab eo digiti minores, ut ſequuntur, breviores, obliqua rotundaque linea finiunt (*f*).

IV. Exteriore latere primum depreſſior, rectiorque: qua ex calcaneo fit (*g*), & cubiformi (*h*).

Ante hoc circa longitudinem mediam tuber exſtat metatarſi quinti: à quo rectior (*i*).

V.

(*t*) *Oſſium t.* XXXII. *ic.* I. & II.
(*v*) *Oſſium t.* XXXII. *ic.* I.
(*w*) *Oſſium t.* XXXIII. *ic.* II. a *infer.*
(*x*) *Oſſium t.* XXXIII. *ic.* II. a *ſuper.* & b.
(*y*) *Oſſium t.* XXXIII. *ic.* II. b.
(*z*) *Oſſium t.* XXXIII. *ic.* II. a *juxta* g.
(*a*) *Oſſium t.* XXXIII. *ic.* II. g.
(*b*) *Oſſium t.* XXXIII. *ic.* II. c.
(*c*) *Oſſium t.* XXXIII. *ic.* II. f, e, d.
(*d*) *Oſſium t.* XXXIII. *ic.* II. hh hhh.
(*e*) *Oſſium t.* XXXIII. *ic.* II. il, ikl.
(*f*) *Oſſium t.* XXXIII. *ic.* II. l, l, l, l, l.
(*g*) *Oſſium t.* XXXIII. *ic.* II. a. *Et t.* XXXII. *ic.* II. b.
(*h*) *Oſſium t.* XXXIII. & XXXII. *ic.* II. g.
(*i*) *Oſſium t.* XXXIII. & XXXII. *ic.* II. h *quint.*

V. Interiore latere primum, qua eſt è calcaneo (*k*), ſinuatus. Mox ſub crure rectior, & planior: qua ex talo eſt (*l*), quaeque cervicem ejus ſuſtinet, calcanei parte (*m*).

Poſt tuber navicularis exſtat (*n*).

Ab eo per cuneiforme majus (*o*), metatarſique primum (*p*), ſinuatus, donec caput hujus prius emineat.

Unde pollex rectior (*q*).

VI. Ante crus autem ſupra, quod dorſum nominant, gibbus, leniter inaequabilis (*r*).

Et quidem à parte interiore elatior (*s*): inde in exteriorem devexus (*t*). Sed maxime ſtatim ante crus: ubi fit ex cervice tali cum proximo calcaneo, naviculari, cuneiformibus, cubiformi, capitibusque primis metatarſi (*v*). Inde minus, donec metatarſi capitibus prioribus rectus ſit (*w*).

Et per longitudinem ante crus elatior, inde declinat clementer, metatarſo magis (*x*).

A metatarſo denique pollex rectior, fere extremo ſuo flectitur aliquantum ſurſum (*y*): digiti minores curvantur deorſum (*z*).

VII.

(*k*) *Oſſium t.* XXXII. *ic.* I. b.
(*l*) *Oſſium t.* XXXII. *ic.* I. a.
(*m*) *Oſſium t.* XXXII. *ic.* I. b.
(*n*) *Oſſium t.* XXXII. *ic.* I. c. *Et t.* XXXIII. *ic.* II. c.
(*o*) *Oſſium t.* XXXII. *ic.* I. d. *Et t.* XXXIII. *ic.* II. d.
(*p*) *Oſſium t.* XXXII. *ic.* I. h *prim. Et t.* XXXIII. *ic.* II. h *prim.*
(*q*) *Oſſium t.* XXXII. *ic.* I. il *prim. Et t.* XXXIII. *ic.* II. il *prim.*
(*r*) *Oſſium t.* XXXII. & XXXIII. *ic.* I. & II.
(*s*) *Oſſium t.* XXXII. *ic.* I.
(*t*) *Oſſium t.* XXXII. *ic.* II. *Et t.* XXXIII. *ic.* I. & II.
(*v*) *Oſſium t.* XXXIII. *ic.* I. bacd efghhhhh.
(*w*) *Oſſium t.* XXXIII. *ic.* I. hhhhh.
(*x*) *Oſſium t.* XXXIII. *ic.* I. bacd efghhhhh. *Et t.* XXXII. *ic.* I. & II.
(*y*) *Oſſium t.* XXXII. & XXXIII. *ic.* I. & II. il.
(*z*) *Oſſium t.* XXXII. & XXXIII. *ic.* I. & II. ikl, ikl, ikl, ikl.

VII. Infra, ubi planta, inaequabilis (*a*): ſitque primum è calcaneo (*b*): dein, juxta latus internum, è capite tali (*c*), naviculari (*d*), cuneiformibus (*e*); ab externo, è cubiformi (*f*): ante hoc, anteque cuneiformia, è metatarſo (*g*).

Ibique tum per longitudinem à calce usque ad extremum metatarſum, tum per transverſum, concavus. Magis autem juxta latus interius. Magis, qua parte lateſcit inſignius: ubi eſt è cuneiformibus (*h*), cum cubiformi (*i*), anteque haec è capitibus metatarſi primis (*k*). Ibique medius magis: ubi inter cubiforme (*l*), & cuneiforme majus (*m*), cuneantur duo reliqua (*n*), quaeque iis inſiſtunt metatarſi duo (*o*), inter illum, qui pollicis eſt (*p*), illumque, qui digiti quarti (*q*). Maximeque omnium, ubi cuneiforme minus (*r*), cum capite primo metatarſi ſecundi (*s*): quippe quae breviora.

Quod ad digitos attinet, pollex per longitudinem rectior, modice ſurſum flexus (*t*): minores ſinuati (*v*).

(*a*) *Muſculorum t.* X. *ic.* XXIII.
(*b*) *Muſculorum t.* X. *ic.* XXIII. A B C D E.
(*c*) *Muſculorum t.* X. *ic.* XXIII. G H.
(*d*) *Muſculorum t.* X. *ic.* XXIII. M N.
(*e*) *Muſculorum t.* X. *ic.* XXIII. O P Q, R, S T.
(*f*) *Muſculorum t.* X. *ic.* XXIII. I K L.
(*g*) *Muſculorum t.* X. *ic.* XXIII. U V W X a f b f c f d e f.
(*h*) *Muſculorum t.* X. *ic.* XXIII. O P Q, R, S T.
(*i*) *Muſculorum t.* X. *ic.* XXIII. I K L.
(*k*) *Muſculorum t.* X. *ic.* XXIII. V W *usque ad* e.
(*l*) *Muſculorum t* X. *ic.* XXIII. I K.
(*m*) *Muſculorum t.* X. *ic.* XXIII. O P.
(*n*) *Muſculorum t.* X. *ic.* XXIII. S T, R.
(*o*) *Muſculorum t.* X. *ic.* XXIII. b, a.
(*p*) *Muſculorum t.* X. *ic.* XXIII. W.
(*q*) *Muſculorum t.* X. *ic.* XXIII. c.
(*r*) *Muſculorum t.* X. *ic.* XXIII. R.
(*s*) *Muſculorum t.* X. *ic.* XXIII. a.
(*t*) *Muſculorum t.* X. *ic.* XXIII. g m s t.
(*v*) *Muſculorum t.* X. *ic.* XXIII. h q r u, i p v, k o w, l n x.

CAPUT LXXXIX.

De mobilitate partium pedis extremi.

I. Nunc de mobilitate partium.

Tarſi oſſa ordinis primi, calcaneus & talus, ſic componuntur inter ſe, ut in utrumque latus oblique verti inclinarique talus ſuper calcaneum poſſit: ſub talo calcaneus. Et quantum quidem uſui eſt, ſic tamen, ut ſtabilis haec pars ſit, in qua columna pedis inſiſtit.

II. Secundi ordinis, naviculare cum cuneiformibus & cubiformi, primiſque metatarſi oſſa capitibus, componuntur inter ſe ſic, ut fere tantummodo obſequantur.

Laxius autem cubiforme cum naviculari. Metatarſi primi caput primum ſtrictius: aliquanto laxius ſecundi, hoc laxius tertii, hoc quarti, hoc quinti.

III. Naviculare autem, & cubiforme, capita ſunt, per quae pes reliquus cum primi ordinis duobus committitur: altero, nempe naviculari, cum talo: altero, nempe cubiformi, cum calcaneo.

Committitur autem mobilitate laxa: per naviculare laxiore.

IV. Metatarſus capitibus prioribus obſequitur laxius.

V. Digitorum cum metatarſo ea compoſitio eſt, ut flecti omnem in partem poſſint: ſurſum maxime, & deorſum, atque etiam in utrumque latus, eoque diduci, rurſumque adduci.

VI. Ipſorum autem digitorum oſſa ſic componuntur inter ſe, ut & recta porrigi queant, & deorſum aequabiliter curvari, ſuis praeſertim extremis.

C A-

CAPUT XC.

De ratione pedum.

I. Atque his pedum ratio, praeter ea, quae in ſingulis propoſita ſunt, ſubjicienda eſt.

Nempe per coxarum articulos corpus ſuper pedum vertices erigimus, & quoquoverſum inclinamus, & quidem ſuper verticem tum alterutrius, tum utriusque ſimul: convertimus quoque aliquantum, extrorſum, introrſum.

Similiterque mox ſub eo pedes flectimus, convertimusque. Ac ſic pedem extremum, in quemcunque prope nos locum videtur, etiam ſatis inſigniter, transferimus, ponimusque veſtigium, ut convenit ad corpus fulciendum, ſive erectum, ſive in quamcunque partem inclinans, ſive propendens, ſive labans, ac prope cadens: & ad transferendum quoquoverſus, convertendumque, in dextram, inque laevam.

II. In priora autem hi articuli flectuntur maxime. Quippe eam in partem progredimur, corpusque ad multos uſus curvamus demittimusque, ac pedes flectimus, eosque ſedentes protendimus commodiſſime.

Deinde in utrumque latus, quantum neceſſe eſt ad corpus inclinandum, pedes flectendos, divaricandos, adducendos, alterum juxta alterum in latus transferendum.

In adverſum, rectis jam nobis, aut vix, aut parum: quum nihil attineat.

Et ſi oblique flectuntur, quo magis in priora, eo etiam flectuntur magis: quo in poſteriora, minus.

III. Ipſae pedum columnae ex paucis, rectisque, ac craſſis, valentibusque oſſibus ſtabiles ſunt.

IV. At aliquanto infra medium diviſae, curvabilesque, per genua.

Quo breviores reddi poſſunt, & ad multos uſus adhiberi: ad progrediendum, ſedendum, recumbendum, ſurgendum, alta conſcendendum, deſcendendum ex iis, caeterea.

V. Et curvamus genua in partem poſteriorem.

Ex quo in inceſſu, translato in priora femore extremo altero, ſublatoque, ab eo crus rectius tendit deorſum, commodeque ac recte inſiſtit.

Atque etiam progredientis pes poſterior, à terra ſublatus, ſecundum alterum in priora commode transfertur, non facile infra impingens.

Praetereaque ſedere poſſumus commode, multaque alia neceſſaria efficere.

VI. Flexisque converſio quaedam conceſſa, pedum extremorum cauſſa: quippe qui, quum genua parum flexa, per femora minus converti poſſunt: quum multum, minime.

VII. Sed, quum nulla id exigat neceſſitas, neque in latera flectimus, nec fere in priora. Neque converſioni in iis locus, niſi flexis: & tunc etiam non niſi aliquantum. Ex quibus ſtabiliora ſunt.

VIII. Columnae baſis, pes extremus, mobili adaptatur junctura per talum, eademque ſtabili.

Ea autem facile flectitur ante nos, & in adverſum etiam magis: nec fere niſi recta, in latera vix quicquam, niſi retrorſum flexa ſit. Itaque crus totamque pedis columnam iis ſuper baſem modis inclinamus: iisdemque ſub crure flectimus baſem.

Eoque, crure ſive recto, ſive modicum aut in priora, aut in ad-

adverſum inclinato, tota per longitudinem inſiſtimus planta, ut inceſſui convenit.

IX. Ipſa baſis ſtabilis eſt, & obſequens.

Ac primum, quae ex tarſo metatarſoque eſt, longa, lataque, ac compacta parte nitimur veſtigio lato, & ſtabili.

X. Eaque, quia incurva eſt, non tota nitimur.

Quia infra certo quodam modo concava, nitimur partibus omnino tribus. Ac ſic aequabiliter, firmiterque inſiſtit, magis conveniens ad formam eorum, quibus inſiſtit; ut in tripode videre licet.

A poſteriore nimirum parte calce (*w*). A priore, extremo praeſertim metatarſo pollicis, cum eoque extremo metatarſo reliquo toto (*x*): qui latus quidem, ſed cedit, ſeſeque facile adaptat. Externi denique lateris longitudine fere media, capite primo metatarſi quinti (*y*).

XI. Meliusque & facilius inſiſtimus, incedimusque, quod non ex uno, aut è longis rectisque oſſibus riget; ſed è multis, parvisque, flexilis eſt.

XII. Quoniam vero poſteriora oſſa, ubi crus inſiſtit, nempe calcaneus & talus, majora ſunt, crus commode ſuſtinent. Quoniam pauca, innitimur ſtabilius.

XIII. Duo autem; inter crus calcaneumque interjecto talo, abſoluto ab utroque.

Qui quidem pedis extremi pars eſt, ſed accenſeri quoque cruri poteſt. Commiſſus cum utroque, articulo mobili. Cum crure ſu-

(*w*) *Oſſium t.* XXXII. *ic.* I. *&* II. *infra* b.

(*x*) *Oſſium t.* XXXII. *ic.* II. hhh hh *capitibus prioribus.*

(*y*) *Oſſium t.* XXXII. *ic.* II. h *quint. capite primo.*

ſupra. Cum pede extremo infra, anteque: hoc eſt, infra cum calcaneo, ante cum naviculari.

Ex quibus cruris pedisque motus tum rectus eſt, tum obliquus. Rectus in priora, & in poſteriora, per articulum tali cum crure. Obliquus in utrumque latus per articulum potiſſimum tali cum calcaneo, & cum naviculari: quo tempore talus pars eſſe cruris videri poteſt.

Sic fit, ut crus tum recta tum oblique inclinemus, ſed per articulos duos, eosque propinquos inter ſe, tanquam ſi unus eſſet. Sic, ut pedem extremum iisdem modis ſub crure flectamus: eoque aptet is ſe ſub eo, &, ſive recto, ſive in priora, aut in adverſum, aut in latus oblique, verum modice, inclinato, tota inſiſtat latitudine. Quod ſi per unum eundemque articulum fieret, inniteremur minus ſtabiliter.

XIV. Oblique autem flectimus in latus internum maxime: ac ſic, pedibus divaricatis, vel etiam altero ab altero in latus abducto, tota prope plantae latitudine inſiſtimus, pedibusque extremis comprehendimus, altero in alterum flexo.

Sed, quod uſus aliter non poſcit, minimum flectimus in latus externum: quo flectere ſi poſſemus inſigniter, vacillantibus articulis eſſemus ad corruendum proniores.

XV. Quinetiam per motus illos rectos & obliquos, articulosque, per quos fiunt, pedem extremum veluti in orbem agimus, conum deſcribentes, cujus vertex calx, baſis eſt pars illa, qua pes ante deſinit.

Ad cujus motus ſimilitudinem, temperata utriusque ordinis articulorum flexione, flectimus multipliciter.

XVI. Jam navicularis unius interventu ea pars pedis cum talo committitur melius, quam committeretur per cuneiformia tria, non continua: quorum veluti caput eſt.

XVII.

XVII. Sed cubiforme unum quum ſit, & cuneiformibus, quibus reſpondet, majus, conſtans veluti ex conjunctis duobus, recte cum calcaneo, nullo interveniente, ipſum committitur.

XVIII. Statim autem ante crus, talique articulos, pes è multis parvisque atque inter ſe ſtrictius ligatis nonnihil obſequitur, ceditque in inceſſu, qui ex eo facilior.

Qua parte longior editiorque, è quatuor: naviculari, & cuneiformibus tribus.

Qua brevior & demiſſior, unum cubiforme ſufficit: cujus unitate ſtabilior ea pars eſt, quae nimirum proxima illi, qua inſiſtimus medio pede.

XIX. Ante metatarſo latiore, & è brevibus rectisque oſſibus per longitudinem rigente, pes inſiſtit melius, firmiusque.

Et tamen è quinque, aliis juxta alia per latitudinem ejus poſitis, obſequitur, ſuaque ſe latitudine adaptat; priori parte, qua inſiſtit, maxime.

XX. Pars autem, quae ad latus internum eſt, pollicis nimirum, craſſior eſt, & valentior: quippe cujus extremo poſt calcem maxime nitimur.

Reliqua, qua nitimur minus firmiter, minus craſſa, & imbecillior.

XXI. Plantaque ad internum latus magis concava, eoque elatior: ad quod metatarſus pollicis ſufficit robore.

Inde minus, devexa in latus externum: ſic, ut ibi, ubi imbecillior, metatarſi poſtremum non capite tantum priore inſiſtat, ſed etiam poſteriore.

XXII. Et quoniam planta oblique concava eſt, & quidem in externum latus devexa ab interno, fit, ut, quum pedem extremum introrſum flectimus, dirigatur planta melius pedem alterum verſus.

Cujus multiplex uſus eſt, ſive alteruter flectat ſe ſic ſeparatim, ſive ambo ſimul.

Qui ex eo juvare poſſunt alter alterum, ut quum conveniunt ad comprehendendum.

XXIII. Ante metatarſum digiti diſcreti, flexileſque.

Diduci per articulos cum metatarſo poſſunt, eoque inſiſtere latitudine majore: rurſusque adduci, inter ſeque compingi, unaque robore niti majore.

Surſum flecti per eosdem, rectiores reddi per ſuos: eoque veluti aperiri ad prehendendum.

Per eosdem, perque ſuos, deorſum flecti, incurvarique, ac ſic prehendere, premereque, ac reprimere.

Flexibileque pedis extremum ſunt, quod in progreſſu, ſublata calce, aliasque, cedit, & obſequitur.

XXIV. Inter eos pollex craſſior, valentior, & ex oſſibus non niſi duobus firmior, ei parti praepoſitus, qua ante maxime nitimur, ubi robore valere neceſſe eſt.

Minusque flectit ſe deorſum, oſſibusque oblongis per longitudinem inſiſtit melius.

XXV. Digiti minores ea in parte ſunt, qua nitimur minus: nitimur tamen.

Ex oſſibus tribus curvabiles magis, & aequabiliter: praeſertim, ubi oſſa breviora, extremis. Eoque prehendunt melius.

XXVI. Quoniam autem, ubi minores inſiſtunt, metatarſus oblique finitur; ipſique à pollice breviores & breviores, pedem obliquitate finiunt majore, à pollice in externum latus retrorſum: ex eo, quum ſublata calce metatarſo inſiſtit, in priorem partem inque latus externum oblique flectitur.

Sic flectimus commodiſſime, quum in inceſſu, translato pede altero, alteriusque ſublata calce, metatarſo extremo, digitisque

ni-

nitimur. Deinde ſic nitentem tranſlaturi, digitis magis inflexis, flectimus commodiſſime pedem inde aliquantum introrſum.

XXVII. Hoc in pede crus inſiſtit, ſic, ut tum in priora tum in poſteriora ultra crus protendatur: quo fit, ut eas in partes vacillemus minus.

In priora autem longius projicitur: nam & in priora proni ſumus, & in priora praeſertim, certe melius, progredimur.

Itaque & poſteriore parte anguſtior, in priora lateſcit. Ac riget poſteriore, priore obſequitur, digitisque augetur.

XXVIII. Dexter & ſiniſter, alter ab altero, in priorem partem aliquantum diducuntur, articulo cum crure ſic directo. Eoque firmius & ſtamus, & incedimus.

XXIX. Inque latus utrumque, praeſertim extrorſum, converti queunt.

Et quidem extenſo genu, ut quum ſtamus, totum in coxa pedem convertendo. At, ſi flexum, quum minus converti converſione femoris poteſt, convertendo etiam, quantum fere per femur decedit, ad femur crus. Quum, magis flexo genu, jam nequicquam converti per femur poteſt, ſolius converſione cruris, eaque inſigniore.

Cujus rei magnus uſus eſt; ut quum ſtamus, quum incedimus, quum nos per pedes convertimus, quum ſedentes indigemus illa converſione.

XXX. Et quoniam pedes ejusmodi duo ſunt, dexter & ſiniſter, in alterutrum latus toto corpore non vacillamus, concidimusque.

Ex quo & incedere poſſumus, alterum juxta alterum, quo interea nitamur, transferendo alterna viciſſitudine pedem: aut altero in latus abducto, adducendo alterum.

XXXI. Juſtaeque magnitudinis ſunt, totique idonei, quibus & erecti in quacunque fere, certe multiplici, loci forma conſiſtere

 poſ-

poſſumus, & quoquoverſus incedere, in priora quidem rectiſſime, tum quoque in adverſum, ac quodammodo in dextram, inque laevam, & currere, ſalire, ſaltare, calcare, caltitrare, nos totos convertere, caeteraque, quae uſu veniunt, efficere.

Super eosque corpus, quo volumus, inclinamus, &, quantum ex uſu, convertimus.

Quinetiam permittunt, ut commode ſedere, & recumbere queamus. Ac juvant, eriguntque ſurgentes.

Longum foret, & prope infinitum, omnia perſequi. Eoque hoc minus neceſſarium, quod intelligere ex iis licet, quae allata ſunt.

CAPUT XCI.

De brachiis.

I. Igitur ad brachia tranſimus.

Duo ſunt, ut pedes, dextrum, & ſiniſtrum (*z*).

Coxis pedibusque quadam ratione reſpondent, ſed tamen plurimum differunt, multorum uſuum miniſtri.

II. Conſtant ex ſcapularum oſſibus (*a*), claviculis (*b*), humeris (*c*), cubitis (*d*), manibus (*e*).

(*z*) *Sceleti t.* I. II. III.

(*a*) *Sceleti t.* I. λ — π *in ſcapulis. Et t.* II. E — I *in ſcapulis. Et t.* III. 17 — 22 *in ſcapulis.*

(*b*) *Sceleti t.* I. ζηι *in claviculis. Et t.* II. C *in claviculis. Et t.* III. 23 *in clavicula.*

(*c*) *Sceleti t.* I. ϱ — b *in humeris. Et t.* II. K — P *in brachiis. Et t.* III. A — H *in brachiis.*

(*d*) *Sceleti t.* I. c — q *in cubitis. Et t.* II. Q — β *in brachiis. Et t.* III. I — S *in brachiis.*

(*e*) *Sceleti t.* I. r — α *in manibus. Et t.* II. γ — f *in manibus. Et t.* III. T — Π *in manibus.*

C A-

CAPUT XCII.

De ſcapula.

I. Pars prima ſcapula eſt (*f*), per quam brachium adjungitur corpori.

II. Lata eſt, extrinſecus, quam partem dorſum vocamus, gibba (*g*), ex interiore parte ſinuata (*h*), triangularis, lateribus inaequalibus (*i*).

Laterum breviſſimum ſuperius: multo longius alterum, quod interius, quodque baſem appellant: & hoc etiam aliquanto longius tertium, quod exterius (*k*).

Latus ſuperius rectius. Baſis fere leniter gibba, ſupra nonnihil ſinuata. Tertium leniter ſinuatum (*l*).

Angulus inferior acutior duobus reliquis, circuitu gibbo (*m*).

Superiorum alter, qui interior, quique fit ex latere ſuperiore & baſi, veluti reſectus eſt, conjunctis lateribus ora obliqua, brevi, gibba (*n*).

Alter, qui exterior, interque oram ſuperiorem & tertiam eſt, ſuſtentaculum humeri eſt (*o*), de quo dicetur.

III. Adjungitur thoracis parti ſuperiori, in dorſo, juxta latus (*p*).

Ubi,

(*f*) *Sceleti t.* I. λ — π *in ſcapulis. Et t.* II. E — I *in ſcapulis. Et t.* III. 17 — 22 *in ſcapulis.*

(*g*) *Oſſium t.* XVI. *ic.* I.

(*h*) *Oſſium t.* XVI. *ic.* II.

(*i*) *Oſſium t.* XVI. *ic.* I. II.

(*k*) *Oſſium t.* XVI. *ic.* I. & II.

(*l*) *Oſſium t.* XVI. *ic.* I. & II.

(*m*) *Oſſium t.* XVI. *ic.* I. *circa* n: & *ic.* II. *circa* r *infer.*

(*n*) *Oſſium t.* XVI. *ic.* II. *inter* r & r *ſuper:* & *ic.* I.

(*o*) *Oſſium t.* XVI. *ic.* I. & II. b.

(*p*) *Sceleti t.* II. E — I *in ſcapulis. Et t.* I. λ — π *in ſcapulis.*

Ubi, ob latitudinem ſuam, applicatur cum quadam ſtabilitate: apte praeterea, commodeque, quod ea parte, qua applicatur, ſinuata eſt, & quamvis impleta muſculo, reſpondet thoraci gibbo; atque ab altera parte, qua ad dorſum eſt, ipſa gibba eſt.

IV. Annectiturque laxe, intercedentibus muſculis, penſilis, & veluti innatans.

Perque muſculos firmatur, non niſi ſupra in latere ſubnixa clavicula (*q*). Atque ita, ut omnem in partem facillime agatur: ſurſum, deorſum, in dextram, inque laevam, in priora, & in poſteriora; propius ad thoracem, & contra, modis plurimis, etiam veluti in circulum, ſed tamen ad certum terminum usque.

V. Baſi autem ad thoracem prope admota eſt, non procul à ſpina: ſed tamen aliquantum oblique, ut infra recedat ab ea (*r*).

Inde in latus tota, & ſimul nonnihil in priora tendit, latere ſuperiore leniter declivi (*s*).

Et primum adjuncta thoraci, dein quo procedit longius, eo recedit ab eo magis, ſic ut ſuſtentaculum humeri protendat (*t*).

Ex quo corpus ſtatim infra collum latius eſt, atque humeri articulus à thorace diſtat: eoque mobilitas humero conceſſa liberior.

VI. Neque tamen infra hunc articulum, etiamſi lata, & deorſum, ut ſtabilitati convenit, protenſa, invenuſte eminet, aut impedimento eſt; eo quod latus tertium ſenſim ab articulo illo in dorſum recedit (*v*).

Ne-

(*q*) *Sceleti t.* I. ξ *in ſcapulis & claviculis. Et t.* II. *juxta* D *in ſcapulis & claviculis. Et t.* III. 22, 23 *in ſcapula & clavicula.*

(*r*) *Sceleti t:* II. E E *in ſcapulis.*

(*s*) *Sceleti t.* II E E *in ſcapulis. Et t.* I. λ *in ſcapulis. Et t.* III. 18 *in ſcapula.*

(*t*) *Sceleti t.* II. E—I *in ſcapulis. Et t.* I. λ—π *in ſcapulis.*

(*v*) *Sceleti t.* II. E—I *in ſcapulis. Et t.* I. λ—π *in ſcapulis. Et t.* III. 18—20 *in ſcapula.*

Neque ſupra in gibbo dorſo nimium eminet: quippe quod ora ibi fere terminatur obliqua (*w*).

VII. Jamque ſuſtentaculum humeri breve eſt, craſſiusque, craſſeſcitque tum à parte dorſi ſcapulae, tum à ſinuata, ab illa etiam ad poſtremum eminet: cervicem nominant (*x*).

Leniterque ea inaequabilis eſt; qua eminet, maxime.

VIII. Veluti autem truncata deſinit in ſinum tota (*y*).

Cui, ut ipſi cervici extremae, circuitus ovatus, inferiore parte ſemiorbiculatus, inde ſurſum verſus paulatim anguſtior, à dorſo ſcapulae rotundior, ab altera parte ſupra leniter ſinuatus (*z*).

Cartilaginoſus eſt, cartilagine craſſa in circuitu (*a*), intra ſinum extenuata: levis, perque longitudinem profundior (*b*).

Dirigitur in latus, ſimulque nonnihil in priora, ac ſurſum.

Caput humeri leviſſime recipit (*c*), ſuſtinet, compoſitione mobili.

IX. Dorſi in parte ſuperiore ſpina eſt (*d*), migrans in ſummum humerum (*e*).

Spina à confinio ſummae baſis imaeque orae obliquae usque ad cervicem fere mediam è dorſo exſurgit per transverſum (*f*).

Juxta baſem oramque obliquam ſurgere incipit: inde in partem poſteriorem ſurgit magis magisque, eoque lateſcit (*g*).

Juxta cervicem ora per altitudinem terminatur ſinuata, ſupra-

que

(*w*) *Sceleti t.* II. E *ſuper. in ſcapulis.*

(*x*) *Oſſium t.* XVI. *ic.* I. & II. *juxta* b: & *ic.* IV. *circum* p.

(*y*) *Oſſium t.* XVI. *ic.* III. a.

(*z*) *Oſſium t.* XVI. *ic.* III. a.

(*a*) *Oſſium t.* XVI. *ic.* III. b: & *ic.* I. II. IV. b.

(*b*) *Oſſium t.* XVI. *ic.* III. a.

(*c*) *Sceleti t.* I. *inter* π & ϱ *in ſcapulis* & *humeris*. *Et t.* II. *inter* I & K *in ſcapulis* & *humeris*. *Et t.* III. *inter* 20 & D *in ſcapula* & *humero*.

(*d*) *Oſſium t.* XVI. *ic.* I. dd.

(*e*) *Oſſium t.* XVI. *ic.* I. e.

(*f*) *Oſſium t.* XVI. *ic.* I. dd.

(*g*) *Oſſium t.* XVI. *ic.* I. dd.

que procurrit proceſſu lato, quem ſummum humerum nominant (*h*).

Procurrit is longius ultra cervicem, multumque diſtat ab ea (*i*).

x. Spina ubi incipit, ſupra infraque ſinuata (*k*).

Dein curvat ſe ſurſum, continueque proceſſum aliquantum torquet, dirigens latitudinem ejus oblique deorſum cervicem verſus (*l*).

Supra inſigniter ſinuata (*m*), continueque proceſſus, verum minus (*n*). Infra gibba (*o*).

Proceſſusque falcatus eſt, à dorſo ſcapulae flectens ſe ſurſum ſupra articulum humeri, cui retro ſuperimminet (*p*).

Firmatque eum ab illa parte. Humerum, quum brachio nitimur, ſuſtinet.

xi. Non praetereunda forma reliqua.

Dorſo, in quod deſinit, ſpina depreſſior, leniterque gibba, lateribus veluti undulata (*q*).

Nempe juxta baſem dorſum latius eſt, inde paulatim anguſtius: rurſusque lateſcit, infra maxime: rurſusque deinde anguſtatur: rurſusque lateſcit, ſed magis, uſque ad ſummum humerum: qui lateſcit inde continue, ac contrahit ſe rurſus, ſed minus, extremoque deſinit hebetiore (*r*).

xii. Oraque dorſi ſpinae inferior primum ſinuata: inde, ubi dorſum latius, gibba: poſt ſinuata usque ad proceſſum: cujus inde ora gibba (*s*).

Ora ſpinae ſuperior primum ſinuata, ibi ubi inferior; inde uſque

(*h*) *Oſſium t.* XVI. *ic.* I. III. IV. d e.

(*i*) *Oſſium t.* XVI. *ic.* I. & IV. e.

(*k*) *Oſſium t.* XVI. *ic.* I. & IV. *principium* d.

(*l*) *Oſſium t.* XVI. *ic.* IV. dde.

(*m*) *Oſſium t.* XVI. *ic.* IV. d *infer.*

(*n*) *Oſſium t.* XVI. *ic.* II. & III. e.

(*o*) *Oſſium t.* XVI. *ic.* I. d *infer.*

(*p*) *Oſſium t.* XVI. *ic.* I. & III. e. *Et ſceleti t.* I. ξ *in ſcapulis. Et t.* II. G *in ſcapulis.*

(*q*) *Oſſium t.* XVI. *ic.* I. d *in dorſo.*

(*r*) *Oſſium t.* XVI. *ic.* I. d e t m.

(*s*) *Oſſium t.* XVI. *ic.* I. *infra* d *ſuper.* & m.

que ad proceſſum leniter gibba; qui inde ſinuatus (*t*).

Proceſſus extremum rectius (*v*).

XIII. Praeterea ſummus humerus cum clavicula committitur (*w*), ſinu cartilaginoſo leviſſimo, quem in ora ſuperiore juxta extremum habet, oblongum, ovatum, transverſum (*x*).

XIV. Ac cervix quoque proceſſum exigit, qui appellatur coracoïdeus (*y*).

In eum ſupra à parte ſinuata ſcapulae migrat tota (*z*).

Satis craſſus eſt, latior quam craſſior, aduncus, roſtro rectiore, latitudineque pertinet ad aduncitatem (*a*).

Ubi à cervice ſurgit, latior; inde curvando anguſtat ſe paulatim, donec roſtrum anguſtius ſit, in mucronem deſinens paulò latiorem, hebetemque (*b*).

XV. Surgit autem radix oblique eam in partem, ubi ſinus ſcapulae eſt, eoque inclinat ſe latitudine ſua (*c*).

Inde roſtrum, ut ſummus humerus, protenditur ultra cervicem, ſed, quam ille, minus: diſtatque id ab articulo humeri, ut ille, ſed minus; multoque anguſtius eſt (*d*).

Articuloque ſupra, ut ille retro, ſic ante praepoſitus: minus autem excelſus proceſſu illo extremo (*e*).

Sinumque dirigit in articulum, atque adeo & latitudinem (*f*).

Fir-

(*t*) *Oſſium t.* XVI. *ic.* I. *ſupra* d *ſuper.* & *ſecundam* tt.

(*v*) *Oſſium t.* XVI. *ic.* I. *extremum* e.

(*w*) *Sceleti t.* I. *inter* ξ & ι *in ſcapulis & claviculis. Et t.* II. *juxta* D *in ſcapulis & claviculis. Et t.* III. *inter* 22 & 23 *in ſcapula & clavicula.*

(*x*) *Oſſium t.* XVI. *ic.* II. & IV. f.

(*y*) *Oſſium t.* XVI. *ic.* II. III. IV. c.

(*z*) *Oſſium t.* XVI. *ic.* II. *infra* i.

(*a*) *Oſſium t.* XVI. *ic.* II. c.

(*b*) *Oſſium t.* XVI. *ic.* II. ick.

(*c*) *Oſſium t.* XVI. *ic.* III. & IV. c.

(*d*) *Oſſium t.* XVI. *ic.* II. III. IV. c.

(*e*) *Oſſium t.* XVI. *ic.* III. II. IV. c. *Et ſceleti t.* I. *v in ſcapulis.*

(*f*) *Oſſium t.* XVI. *ic.* III. c.

Firmatque eum, capiti humeri ab hac parte objectus obex, quo, ut excidat, prohibetur.

XVI. Craſſitudo fere ad hunc modum ſe habet.

Corpus ſcapulae tenue.

Orae craſſiores, ſupereminentes. Ora ſuperior baſisque tantummodo aliquanto craſſiores: multo craſſior, quae infra cervicem eſt. Multo cervix craſſior. Qua coracoïdeus tenuior. Corpore craſſior ſpina cum ſummo humero.

XVII. Aptatque ſe ad muſculos: à quibus occupatur prope tota.

XVIII. Dorſi quod infra ſpinam eſt, una cum ſpinae parte inferiore, leniter inaequabile eſt, ad radicem ſpinae ſinuatum, unde, ubi infra ex interiore parte eminentiae radiatae tres ſunt, ſinuatum, inter eas gibbum (*g*).

XIX. Spinae parti ſuperiori, quaeque ſupra eam eſt dorſi parti, eique inaequabili, partim gibbae, partim ſinuatae (*h*), ſupraſpinatus inſidet.

XX. Dorſum ſecundum oram, quae infra cervicem eſt, leniter eminet, parte ſatis lata (*i*).

Ea autem à cervice fere per duas tertias longitudinis depreſſior eſt (*k*): ubi teres minor affigitur.

XXI. Inde, ad angulum inferiorem, pars illa latior eſt, leniterque gibba (*l*). Ubi affigitur teres major.

XXII. Leniterque inaequabilis ſinuata corporis pars eſt (*m*): ubi ſubſcapularis inſidet.

XXIII.

(*g*) *Oſſium t.* XVI. *ic.* I. v d *infer.*
(*h*) *Oſſium t.* XVI. *ic.* I. u: & *ic.* IV. u d *infer.*
(*i*) *Oſſium t.* XVI. *ic.* I. s n.
(*k*) *Oſſium t.* XVI. *ic.* I. s.
(*l*) *Oſſium t.* XVI. *ic.* I. n.
(*m*) *Oſſium t.* XVI. *ic.* II. w.

XXIII. In eaque eminentiae radiatae quinque, à baſi, & ab angulo inferiore tendentes cervicem verſus (*n*). Quibus affiguntur faſciculi tendinei ſubſcapularis ejusdem.

Earum inferiores duae coëunt, vertunturque in eminentiam craſſam, oblongam, teretem, ad cervicem usque pertinentem (*o*).

Caeterum, ubi extrinſecus ſpina ſurgit, ſinuata profundius, itemque ad radicem cervicis (*p*).

Supra, quam ubi extrinſecus ſpina ſurgit, leniter inaequabilis, partim ſinuata, partim gibba (*q*).

Inter eminentias ſuperiores duas, ſupra gibba, infra ſinuata (*r*).

Inter eminentiam ſecundam & tertiam, tertiamque & quartam, ſinuata (*s*).

Inter eminentias inferiores duas depreſſior (*t*).

XXIV. Juxta partem illam corporis ſinuatam, ſupra, inque baſi, anguloque inferiore, eminentiae ſunt viſendae (*v*), quibus ſerratus magnus affigitur.

XXV. Cervix, qua ad ſinuatam ſcapulae partem eſt, ſupra cum radice coracoïdei ſinuata eſt (*w*): eoque circuitus quoque ſinus cartilaginoſi, qui ad articulum humeri pertinet, ſinuatus ibi (*x*).

Inſidet ſubſcapularis pars craſſior, ad os humeri tendens.

XXVI. Infra in cervice plaga inaequabilis eſt, fere triangularis

(*n*) *Oſſium t.* XVI. *ic.* II. o, o, o, o, o.
(*o*) *Oſſium t.* XVI. *ic.* II. o, o *infer.*
(*p*) *Oſſium t.* XVI. *ic.* II. *ſupra* w.
(*q*) *Oſſium t.* XVI. *ic.* II. *ſupra* o *ſuper.*
(*r*) *Oſſium t.* XVI. *ic.* II. *inter* o *ſuper. & ſecund.*
(*s*) *Oſſium t.* XVI. *ic.* II. *inter* o *ſecundam & tertiam, & tertiam & quartam.*
(*t*) *Oſſium t.* XVI. *ic.* II. *inter* o *inferiores duas.*
(*v*) *Oſſium t.* XVI. *ic.* II. r, r, r.
(*w*) *Oſſium t.* XVI. *ic.* II. *inter* i *&* b.
(*x*) *Oſſium t.* XVI. *ic.* III. a.

ris (*y*): cui longus cubiti extenſor affigitur.

XXVII. In ſuperiore parte cervicis extremae, juxta dorſum coracoïdei, nota eſt (*z*): cui affigitur bicipitis brachii caput longius.

XXVIII. Dorſum ſpinae circa mediam longitudinem inaequabile eſt (*a*), indeque ſecundum ejus oram ſuperiorem, ſummique humeri, nota eſt (*b*); ubi cucullaris affigitur.

XXIX. Secundum oram dorſi ſummi humeri, qua ad latus ſpectat, nota eſt (*c*), cui deltoïdes affigitur.

XXX. Principium coracoïdei ſupra, qua parte ad ſinuatam ſcapulae partem eſt, gibberum eſt & inaequabile (*d*). Ubi ligamenta affiguntur, quae claviculam ei laxe alligant.

XXXI. Juxtaque hanc partem eminentia parva in roſtro eſt (*e*): cui affigitur ſerratus anticus minor.

XXXII. Inque roſtri mucrone extremo nota eſt (*f*): cui coracobrachialis affigitur cum bicipitis brachii capite breviore.

XXXIII. In ora ſuperiore corporis, juxta radicem coracoïdei, lunula eſt (*g*): per quam vaſa ſanguifera nervusque penetrant.

XXXIV. Spinaque perforata eſt (*h*), penetrantibus vaſis.

(*y*) *Oſſium t.* XVI. *ic.* III. q.
(*z*) *Oſſium t.* XVI. *ic.* IV. p.
(*a*) *Oſſium t.* XVI. *ic.* I. d *in dorſo ſpinae.*
(*b*) *Oſſium t.* XVI. *ic.* I. & IV. tt.
(*c*) *Oſſium t.* XVI. *ic.* I. & IV. m.
(*d*) *Oſſium t.* XVI. *ic.* II. & IV. i.
(*e*) *Oſſium t.* XVI. *ic.* II. & IV. l.
(*f*) *Oſſium t.* XVI. *ic.* II. III. & IV. k.
(*g*) *Oſſium t.* XVI. *ic.* II. & IV. g.
(*h*) *Oſſium t.* XVI. *ic.* I. & IV. h.

C A-

CAPUT XCIII.

De clavicula.

I. Clavicula oblonga eſt, & gracilis, extremis partibus ſpongioſa (*i*).

Poniturque in jugulo, transverſa inter ſternum proceſſumque ſcapulae, qui ſummus humerus appellatur (*k*).

II. Incipit capite per circuitum triangulari, lateribus angulisque rotundis, baſi ſuperiore (*l*).

Id à primò veluti retuſum eſt (*m*), planitie obliqua, modicè inclinata in priora (*n*).

Cujus planitiei pars prior cartilaginoſa eſt (*o*), poſt eam leniter ſinuata (*p*).

In ſinu ſummi ſterni (*q*) planities innititur, intercedente orbe cartilagineo tenui, mobilique: cum quo committitur (*r*) parte cartilaginoſa, articulo quoquoverſus ſatis obſequente.

III. A quo capite transverſa in latus modiceque poſteriora verſus ſupra proceſſum coracoïdeum ad ſummum humerum usque protenditur (*s*).

Ejus-

(*i*) *Oſſium t.* XV. *ic.* I. II. III. IV. V.

(*k*) *Sceleti t.* I. ζη ι *in claviculis. Et t.* II. C C C C, C C C *in claviculis. Et t.* III. 23 *in clavicula.*

(*l*) *Oſſium t.* XV. *ic.* I. II. III. IV. V. *circum* a.

(*m*) *Oſſium t.* XV. *ic.* V.

(*n*) *Oſſium t.* XV. *ic.* III. *circum* a.

(*o*) *Oſſium t.* XV. *ic.* V. a.

(*p*) *Oſſium t.* XV. *ic.* V. *à latere* a.

(*q*) Vide ſupra cap. XVII. §. XIV.

(*r*) *Sceleti t.* I. θ *in claviculis.*

(*s*) *Sceleti t.* I. ηζι *in claviculis.*

Ejusque ſinui (*t*) leviſſime inſidet (*v*), extremo oblongo, ovato, transverſo (*w*), cartilaginoſo, cartilagine hîc in naturam ligamenti verſa, ſupercurrente membrana tenui tectam. Ex quo ſimiliter junctura obſequens.

IV. Suſtentaculum ſuperioris ſcapulae partis eſt, quam à pectore coſtisque protendit in latus, ut liberior ex eo humeri mobilitas ſit.

Quo & pectus, dorſumque, redduntur latiora.

Et ſcapula hoc ſuo fulcro & in pectore innititur, & cum ſtabilitate mobilis eſt.

Prohibetur per id, ut tota vaga ſit: conceditur, ut ſurſum agatur maxime, & deorſum, tum quoque inſigniter retrorſum, in priora minimum.

Nimirum fulcrum, capite in ſinu pectoris mobile, inclinatur per longitudinem ſuam eas cum ſcapula in partes, ut aut transverſum ſit, aut tendat ſurſum, aut magis retrorſum, antrorſumve.

V. Eſt vero inſigniter incurva.

Et primum ab oſſe pectoris per plus quam dimidiam longitudinem ſuam, usque quo ad proceſſum coracoïdeum appropinquat, à priori parte gibba eſt, à poſteriore ſinuata (*x*).

Eoque pectori figura eſt quodammodo ſimilis (*y*), diſtatque à coſtis, neque mox in eas incurrit retrorſum acta, tranſitumque muſculis concedit, axillamque petentibus vaſis, ac nervis.

VI. Deinde rurſus contrario modo extremum ſe ſummum hu-

me-

(*t*) Vide ſupra cap. XCII. §. XIII.

(*v*) *Sceleti t.* I. *u in claviculis. Et t.* II. D *in claviculis.*

(*w*) *Oſſium t.* XV. *ic.* II. *&* III. b.

(*x*) *Oſſium t.* XV. *ic.* I. *&* II.

(*y*) *Sceleti t.* I. *ζ*, *ι in claviculis.*

merum verſus curvat in priora, ſinuata à priori, gibba à parte poſteriore (*z*).

Eoque convenit cum eo ad ſuſtinendum apte, dirigens partem ſuam cartilaginoſam extremam oblique in priora, ut ille ſuam in poſteriora (*a*).

VII. Praeterea aliquantum quoque per longitudinem intra partem ſuperiorem & inferiorem incurva eſt, ſupra gibba, infra ſinuata, ibique à capite primo maxime (*b*).

VIII. Qua ſe primum intra partem priorem & poſteriorem curvat, craſſior, & quodammodo teres: à capite autem primum ſenſim gracilior.

Qua curvat iterum, inde aptat ſe ad formam ſummi humeri, tenuior, praeſertim parte priore, totaque planior, latitudine ab altera parte ſurſum, ab altera deorſum directa (*c*).

IX. Prior pars, à capite fere usquequo gibba eſt, depreſſior eſt, & inaequabilis (*d*): ubi pectoralis affigitur.

X. Eadem pars prior, ubi ſinuata, notam habet in ora ſuperiore, etiam tuberculatam (*e*): ubi deltoïdes affigitur.

XI. Quae contra eſt à poſteriore parte gibba pars, notam habet leviorem (*f*): cui cucullaris affigitur.

XII. Supra juxta caput eminentia per longitudinem eſt (*g*): cui cleidomaſtoïdeus affigitur.

XIII. Infra juxta caput ſcrobs oblonga, inaequabilis (*h*): cui ligamentum affigitur connectens cum cartilagine coſtae ſummae.

XIV.

(*z*) *Oſſium t.* XV. *ic.* I. *&* II.

(*a*) *Sceleti t.* I. *κ in claviculis & ſcapulis.*

(*b*) *Oſſium t.* XV. *ic.* III. *&* IV. *Et ſceleti t.* I. *η ζ ι in claviculis.*

(*c*) *Oſſium t.* XV. *ic.* I. II. III. *&* IV. *Et ſceleti t.* I. *η ζ ι in claviculis.*

(*d*) *Oſſium t.* XV. *ic.* III. c.

(*e*) *Oſſium t.* XV. *ic.* III. *&* I. d.

(*f*) *Oſſium t.* XV. *ic.* I. *&* IV. i.

(*g*) *Oſſium t.* XV. *ic.* I. e.

(*h*) *Oſſium t.* XV. *ic.* II. *&* III. h.

XIV. Poſt infra leniter per longitudinem ſinuata (*i*): ubi affigitur ſubclavius.

XV. Poſt in parte extrema latiore infra tubercula ſunt (*k*): quibus ligamenta affiguntur, per quae cum proceſſu coracoïdeo laxe connectitur.

XVI. In parte inferiore eademque poſteriore, ibi ubi antrorſum recurvare ſe incipit, foramen eſt (*l*), aliis geminum, per quod vaſa ad medullam penetrant.

Introitus eſt canaliculi inde per os oblique tendentis extremum illud verſus, quo ſcapula ſuſtinetur.

CAPUT XCIV.

De oſſe humeri.

I. A ſcapula os humeri eſt (*m*), oblongum, fereque rectum, craſſum, fereque teres, ac valens, extremis magis ſpongioſum (*n*).

Reſpondet femori, ſed praeter alia hoc differens, quod brevius eſt, & tenuius.

II. A primo caput eſt craſſum, fere rotundum (*o*).

Diſtinctum in partes duas: cartilaginoſam (*p*), & tubera (*q*).

III.

(*i*) *Oſſium t.* XV. *ic.* II. k.

(*k*) *Oſſium t.* XV. *ic.* II. *&* III. f, g.

(*l*) *Oſſium t.* XV. *ic.* II. *infra* k d.

(*m*) *Sceleti t.* I. e—b *in humeris. Et t.* II. K—P *in brachiis. Et t.* III. A—H *in brachiis.*

(*n*) *Oſſium t.* XVII. *ic.* I. II. III. IV. V. VI.

(*o*) *Oſſium t.* XVII. *ic.* I. II. III. IV. V. aghiklmn.

(*p*) *Oſſium t.* XVII. *ic.* I. II. III. IV. V. a.

(*q*) *Oſſium t.* XVII. *ic.* I. II. III. IV. V. ghiklmn.

III. Cartilaginoſa major eſt, & poſterior (*r*).

Semigloboſa eſt, centrumque circuitus retrorſum ſurſumque dirigit (*s*) in ſinum ſcapulae (*t*).

Cui leviſſime inſidet, parte ſui (*v*): quippe multo major.

Sic fit articulus libere mobilis in partem omnem.

Qui ſupra circummunitus, atque coërcitus eſt ſepto prominente, quod conſtat ex ſummo humero, clavicula, & proceſſu coracoïdeo (*w*). Per quod etiam inniti corpus in humero firmiter poteſt.

IV. Ante hanc tubera duo (*x*): utrumque gibbum, praeſertim ſupra.

Circuitusque ſuperior rotundus, fere ut parti cartilaginoſae, cui aſſident (*y*).

V. Exterius alterum, idemque multo majus (*z*).

Muſculi affiguntur tres: ubi notae ſunt continuae.

Prima in ſummo (*a*): cui ſupraſpinatus.

Altera juxta illius partem poſteriorem, in deſcenſu, eaque maxima (*b*): cui infraſpinatus.

Tertia infra illam in latere exteriore (*c*): cui teres minor.

VI. Alterum interius, & minus (*d*).

Ei

(*r*) *Oſſium t.* XVII. *ic.* I. II. III. IV. V. a.

(*s*) *Oſſium t.* XVII. *ic.* I. II. III. IV. a.

(*t*) Vide ſupra cap. XCII. §. VIII.

(*v*) *Sceleti t.* I. *inter* ϱ *&* π *in ſcapulis & humeris. Et t.* II. *inter* K *&* I *in ſcapulis & brachiis. Et t.* III. *inter* D *&* 20 *in brachio & ſcapula.*

(*w*) *Sceleti t.* I. ξιν *in claviculis & ſcapulis. Et t.* II. G *in ſcapulis. Et t.* III. 22 23 *in ſcapula & clavicula.*

(*x*) *Oſſium t.* XVII. *ic.* I. II. III. IV. V. ghiklm.

(*y*) *Oſſium t.* XVII. *ic.* I. II. III. IV. him.

(*z*) *Oſſium t.* XVII. *ic.* I. II. III. V. ghik.

(*a*) *Oſſium t.* XVII. *ic.* I. III. V. h.

(*b*) *Oſſium t.* XVII. *ic.* II. III. V. i.

(*c*) *Oſſium t.* XVII. *ic.* II. III. k.

(*d*) *Oſſium t.* XVII. *ic.* I. III. IV. V. lm.

Ei unus affigitur ſubſcapularis: cujus in eo nota ſatis magna, qua parte ſpectat latus interius (*e*).

VII. Interque ea ſinus, ſemicanali ſimilis (*f*): qui tendinem bicipitis brachii continet.

Is autem ſinus inter partem cartilaginoſam & tuber majus incipit: ubi levis eſt (*g*).

Inter tubera profundior, deorſum aliquantum excurrit, tendens nonnihil oblique retrorſum, & paulatim evaneſcens (*h*).

VIII. A capite illo humerus primum paulatim inſigniterque gracileſcit, quam partem collum vocant: à quo fere usque ad medium par ſibi ſatis craſſitudine. Eaque pars tota veluti teres eſt (*i*).

Inde intra latus interius & exterius gracileſcit (*k*): intra partem priorem & poſteriorem lateſcit (*l*).

Infraque partim ad articulum cubiti pertinet (*m*), partim in condylos deſinit (*n*).

IX. Committitur autem cum oſſe cubiti utroque.

Cum ulna (*o*) per rotulam quandam, in quam infra migrat fere medius (*p*).

Ea cartilaginoſa eſt, intraque partem interiorem & exteriorem orbiculata, ſic autem, ut ab interiore parte in inferiorem retrorſum

(*e*) *Oſſium t.* XVII. *ic.* I. III. IV. V. m.

(*f*) *Oſſium t.* XVII. *ic.* I. III. V. n.

(*g*) *Oſſium t.* XVII. *ic.* V. *inter* a & i h.

(*h*) *Oſſium t.* XVII. *ic.* I. & III. n.

(*i*) *Oſſium t.* XVII. *ic.* I. II. III. IV.

(*k*) *Oſſium t.* XVII. *ic.* III. & IV.

(*l*) *Oſſium t.* XVII. *ic.* I. & II.

(*m*) *Oſſium t.* XVII. *ic.* I. d c b: & *ic.* II. d b.

(*n*) *Oſſium t.* XVII. *ic.* I. & II. o p, q r.

(*o*) *Sceleti t.* I. *inter* ✝ & d *in humeris & cubitis. Et t.* II. *inter* N & R *in brachiis. Et t.* III. *inter* H & K *in brachio dextro*, & *inter* E & I *in ſiniſtro.*

(*p*) *Oſſium t.* XVII. *ic.* I. II. VI. d.

ſum (*q*), indeque per exteriorem antrorſum (*r*) nonnihil obliqua ſit.

Circuitus ſinuatus: ſed latera, qua ſinum ſpectant, gibba (*s*), praeter exteriorem prioris partem.

Laterum poſterius latius, plenius, magis gibbum, magis eminet (*t*).

Prius ex interiore parte infraque, ob appoſitum radii articulum, anguſtum, minusque eminens (*v*).

Verum à parte exteriore prius illud latius, latitudine ſimile poſteriori, fereque leniter ſinuatum, ut ſinus rotulae ibi ex eo latior ſit (*w*).

X. Latus autem prius ante parte interiore atque inferiore contra capitulum eſt, cum quo radius committitur: ibique cum eo, cumque orbita cartilaginoſum eſt (*x*). Atque ea parte committitur cum circuitu capitis radii (*y*).

Parte autem exteriore, inde ubi ſupra capitulum illud eſt, exſtat parum, rectaque (*z*).

XI. Latus poſterius retro exſtat inſigniter rectaque, ut in rotula trochleae (*a*).

XII. Mox ſupra rotulam ſinus utrimque eſt, hoc eſt, alter in parte exteriore (*b*), alter in interiore (*c*), diſcriminante eos oſſe tenui, ac ſolidiore, praeſertimque tenui mox ſupra mediam rotulam.

Ce-

(*q*) *Oſſium t.* XVII. *ic.* I. d.
(*r*) *Oſſium t.* XVII. *ic.* II. & VI. d.
(*s*) *Oſſium t.* XVII. *ic.* I. II. VI. d.
(*t*) *Oſſium t.* XVII. *ic.* I. II. VI. d.
(*v*) *Oſſium t.* XVII. *ic.* I. II. VI. d.
(*w*) *Oſſium t.* XVII. *ic.* II. & VI. d.
(*x*) *Oſſium t.* XVII. *ic.* I. VI. c.
(*y*) *Sceleti t.* I. *inter* ♃ & k *in humero & cubito dextris.*
(*z*) *Oſſium t.* XVII. *ic.* VI. *infra* c: & *ic.* II. d.
(*a*) *Oſſium t.* XVII. *ic.* IV. *inter* b & d *infer:* & *ic.* VI. II. I. d.
(*b*) *Oſſium t.* XVII. *ic.* II. f.
(*c*) *Oſſium t.* XVII. *ic.* I. e.

Cedunt ulnae proceſſibus, eosque, cubitus quum extenditur, flectiturque inſigniter, recipiunt. Exterior olecranum (*d*), ob id multo major & profundior (*e*): interior acumen verticis inferioris capitis ulnae.

XIII. Dein ad priora rotulae ex interiore parte capitulum eminet cartilaginoſum (*f*), cum quo radii vertex committitur (*g*).

Continuum rotulae, cum eaque cartilaginoſum eſt (*h*).

Gibbum, ovatum, ſecundum rotulam rectius, ſecundum longitudinem humeri longius, pertinensque ad ejus imum (*i*).

XIV. Mox quoque ſupra illud, ſed tantummodo in parte interiore, fere lenis ſinus eſt (*k*), quo capiti radii, quum cubitus maxime flectitur, cedit, recipiens illud.

XV. Capitulo rotulaeque proceſſus aſtant: prior alter, qui capitulo (*l*): alter poſterior, qui rotulae (*m*): condylos vocant.

XVI. Prior minor (*n*), parum eminet, extremo, quod in priora dirigit, depreſſior & inaequabilis (*o*), ubi muſculi affiguntur.

XVII. Poſterior acuminatus, eminet in poſteriora (*p*).

Pars ejus interior infra inaequabilis eſt (*q*), ubi muſculi affiguntur.

XVIII.

(*d*) *Sceleti t.* II. *inter* N *&* R *in brachiis.*
(*e*) *Oſſium t.* XVII. *ic.* II. f.
(*f*) *Oſſium t.* XVII. *ic.* I. II. VI. b.
(*g*) *Sceleti t.* I. *inter* ω *&* i, *& inter* ω *&* k *in humeris & cubitis. Et t.* II. *inter* O *&* W, *& inter* O *&* X *in brachiis. Et t.* III. *inter* E *&* O *in brachio ſiniſtro, & inter* F *&* O *in dextro.*
(*h*) *Oſſium t.* XVII. *ic.* I. II. VI. b.
(*i*) *Oſſium t.* XVII. *ic.* I. *&* VI. b.
(*k*) *Oſſium t.* XVII. *ic.* I. *ſupra* b.
(*l*) *Oſſium t.* XVII. *ic.* I. II. III. VI. q r.
(*m*) *Oſſium t.* XVII. *ic.* I. II. IV. VI. o p.
(*n*) *Oſſium t.* XVII. *ic.* I. II. III. VI. q r.
(*o*) *Oſſium t.* XVII. *ic.* I. II. III. VI. r.
(*p*) *Oſſium t.* XVII. *ic.* I. II. IV. VI. o p.
(*q*) *Oſſium t.* XVII. *ic.* I. IV. p.

XVIII. Truncus autem humeri à capite ſuperiore rectior, medius fere paulatim, ſed modice curvatur introrſum, eo magis, quo cubito propior (*r*): tanquam ſi aptet ſe ad amplexum.

Similiter flectit ſe modice à medio in priora (*s*).

XIX. Fereque triangularis eſt.

Latus unum exterius (*t*). Duo reliqua interiora (*v*): prius alterum (*w*), alterum poſterius (*x*).

XX. Exterius à cartilaginoſa capitis parte, proximoque tubere majore, pertinet usque ad ſinum, qui ſupra rotulam eſt, & ab ejus lateribus in condylos (*y*).

Supra leniter gibbum: infra depreſſius (*z*).

XXI. Interiorum prius à tubere majore capitis pertinet in condyli prioris partem interiorem, & ad capitulum cartilaginoſum (*a*).

Supra rectius, primumque rotundius, deinde depreſſius: infra depreſſum, ſinuatum (*b*).

XXII. Interiorum poſterius à tubere minore capitis, proximaque parte cartilaginoſa, pertinet in partem interiorem condyli poſterioris (*c*).

Hoc fere rotundius, circa mediam longitudinem depreſſius (*d*).

XXIII. Angulique rotundi ſunt, & fere hebetes. Excipienda prioris pars inferior, quae acutior (*e*).

A primo rectiores ſunt (*f*).

Prior autem infra à medio ſinuatus (*g*).

Poſte-

(*r*) *Oſſium t.* XVII. *ic.* III. IV.
(*s*) *Oſſium t.* XVII. *ic.* I. & II.
(*t*) *Oſſium t.* XVII. *ic.* II.
(*v*) *Oſſium t.* XVII. *ic.* I.
(*w*) *Oſſium t.* XVII. *ic.* III.
(*x*) *Oſſium t.* XVII. *ic.* IV.
(*y*) *Oſſium t.* XVII. *ic.* II.
(*z*) *Oſſium t.* XVII. *ic.* II.
(*a*) *Oſſium t.* XVII. *ic.* I. & III.
(*b*) *Oſſium t.* XVII. *ic.* I. & III.
(*c*) *Oſſium t.* XVII. *ic.* I. & IV.
(*d*) *Oſſium t.* XVII. *ic.* I. & IV.
(*e*) *Oſſium t.* XVII. *ic.* III. y.
(*f*) *Oſſium t.* XVII. *ic.* I. II. III. IV.
(*g*) *Oſſium t.* XVII. *ic.* I. II. *ſupra* q.

Poſterior à medio primum gibbus, dein infra inſigniter ſinuatus (*h*).

Interior à media longitudine flectit ſe nonnihil retrorſum, ante ſinuatus (*i*).

XXIV. Supra, infra ſinum, qui inter tubera capitis eſt, truncus cum angulo interiore inaequabilis eſt (*k*). Ubi pectoralis affigitur, & latiſſimus dorſi.

XXV. Inde, aliquantum infra mediam longitudinem usque, angulus ille interior eminet, & inaequabilis eſt (*l*). Ubi deltoïdes affigitur.

XXVI. Cujus è regione in parte priore eminentia ſimilis eſt (*m*): cui deltoïdes quoque affigitur.

Ea ſupra in angulo priore incipiens, inde per latus prius oblique deorſum tendit, infraque fere convenit cum eminentia modo dicta anguli interioris (*n*).

XXVII. Deinde in ſuperiore parte anguli prioris notae quaedam (*o*): ubi affigitur brevis cubitum extendens.

XXVIII. In eodem angulo priore circa mediam longitudinem ſinus eſt obliquus, tendens deorſum, ab exteriore latere in interius (*p*). Per quem arteria, vena, & nervus procedunt.

XXIX. Secundum ejusdem illius anguli prioris oram interiorem nota eſt infra, ſupra condylum (*q*). Ubi affigitur radialis externus longior.

XXX. Mox ſupra notam illam angulus inaequabilis eſt (*r*): unde ſupinator longus incipit.

XXXI.

(*h*) *Oſſium t.* XVII. *ic.* I. II. *ſupra* o.
(*i*) *Oſſium t.* XVII. *ic.* I.
(*k*) *Oſſium t.* XVII. *ic.* I. III. t t.
(*l*) *Oſſium t.* XVII. *ic.* I. III. u.
(*m*) *Oſſium t.* XVII. *ic.* III. v.
(*n*) *Oſſium t.* XVII. *ic.* III. v.
(*o*) *Oſſium t.* XVII. *ic.* II. x x.
(*p*) *Oſſium t.* XVII. *ic.* II. α.
(*q*) *Oſſium t.* XVII. *ic.* III. y.
(*r*) *Oſſium t.* XVII. *ic.* III. *ſupra* y.

XXXI. Dein circa mediam longitudinem lateris exterioris eminentia levis eſt, oblonga, obliqua (*s*): aliaque infra, juxta condylum priorem, eaque recta (*t*). Ubi affigitur brachialis externus.

XXXII. In angulo poſteriore, circa mediam longitudinem ejus, nota oblonga, rectaque (*v*). Cui coracobrachialis affigitur.

XXXIII. Supraque juxta angulum illum poſteriorem nota eſt in latere poſteriore, oblonga, rectaque, atque inaequabilis (*w*). Cui affigitur teres major.

XXXIV. Circum ſinus interiores, qui ulnam radiumque flexo cubito recipiunt, nota inaequabilis (*x*). Ubi ligamentum affigitur, articulum continens.

XXXV. Nota quoque circum ſinum exteriorem (*y*), qui extenſo cubito ulnam recipit. Ubi ſimiliter ligamentum affigitur, quod articulum continet.

XXXVI. In dorſo condyli poſterioris fere ſinus lenis, oblongus, ſecundum longitudinem humeri tendens (*z*). Inſidet nervus inſignis, ab humero procedens ad cubitum.

XXXVII. Foramen denique in latere poſteriore eſt, juxta angulum poſteriorem, paulo infra longitudinem mediam, mox infra notam, cui coracobrachialis affigitur (*a*).

Tendit ab eo canaliculus deorſum in capacitatem, quae medullam continet, iterque eſt vaſorum ad medullam penetrantium.

(*s*) *Oſſium t.* XVII. *ic.* II. z *ſuper.*
(*t*) *Oſſium t.* XVII. *ic.* II. z *infer.*
(*v*) *Oſſium t.* XVII. *ic.* IV. w.
(*w*) *Oſſium t.* XVII. *ic.* IV. s.
(*x*) *Oſſium t.* XVII. *ic.* I. ββ.
(*y*) *Oſſium t.* XVII. *ic.* II. ββ.
(*z*) *Oſſium t.* XVII. *ic.* II. *juxta* o.
(*a*) *Oſſium t.* XVII. *ic.* I. & IV. γ.

CAPUT XCV.

De cubito.

Ab humero cubitus (*b*), qui brevior, conſtatque ex oſſibus duobus, ulna (*c*), & radio (*d*), iisque gracilioribus.

CAPUT XCVI.

De ulna.

I. Ulna reſpondet tibiae, oblonga, gracilis, extremis aliquantum ſpongioſa (*e*), poſitu poſterior (*f*).

II. Parte ſuperiore plenior eſt (*g*), duobus quaſi verticibus exſtantibus (*h*), quorum alter excelſior eſt, idemque exterior (*i*).

Fit hoc, quod ſupra ex parte interiore ſinuata per longitudinem tota eſt, ſinu lunato, inſigni, ſemicirculari majore (*k*).

Principium oſſis vertex ſuperior eſt (*l*): imus ſinus, inferior (*m*). Quod

(*b*) *Sceleti t.* I. c — q *in cubitis. Et t.* II. Q — β *in brachiis. Et t.* III. I — S *in brachiis.*

(*c*) *Sceleti t.* I. c — g *in cubitis. Et t.* II. Q — T *in brachiis. Et t.* III. I — M *in brachiis.*

(*d*) *Sceleti t.* I. h — q *in cubitis. Et t.* II. V — β *in brachiis. Et t.* III. N — S *in brachiis.*

(*e*) *Oſſium t.* XVIII. *ic.* I. II. III. IV. V. VI.

(*f*) *Sceleti t.* I. c — g *in cubitis. Et t.* II. Q — T *in brachiis. Et t.* III. I — M *in brachiis.*

(*g*) *Oſſium t.* XVIII. *ic.* I. II. III. IV.

(*h*) *Oſſium t.* XVIII. *ic.* V. l m a, &c.

(*i*) *Oſſium t.* XVIII. *ic.* V. l m a.

(*k*) *Oſſium t.* XVIII. *ic.* I. III. IV. b c.

(*l*) *Oſſium t.* XVIII. *ic.* V. l m a.

(*m*) *Oſſium t.* XVIII. *ic.* V. c.

Quod ſupra inferiorem eminet, id proceſſum refert unciformem, quem olecranum nominant (*n*): atque is patellae reſpondet.

III. Sinus ad rotulam humeri (*o*) convenit, eamque recipit (*p*).

Cum ea autem non committitur totus, ſed partibus cartilaginoſis duabus (*q*), diſcrimine ſeparatis tenui (*r*): quod nonnihil depreſſius, mediumque anguſtius, ante retroque lateſcit.

IV. Partium cartilaginoſarum inferior altera (*s*), qui ſummus vertex inferior. Altera ſuperior (*t*), in parte interiore olecrani.

Utraque lata, circuitu rotundior (*v*): niſi quod inferioris circuitus tum juxta olecranum, tum in parte priore, ob radii articulum, leniter ſinuatus eſt (*w*).

Caeterum ſinibus exceſſibusque contrariae ſunt rotulae, recipientes, receptaeque viciſſim, apteque convenientes.

Nimirum per lunae longitudinem ſinus circa medium eminent ex transverſo gibbi, excurruntque ibi, prominentque cornubus extremis (*x*): ubi rotula ſinuata eſt.

Latera latiora (*y*), ut rotulae latera.

Utrique latus poſterius latius, & non modo per longitudinem, ſed etiam ex transverſo ſinuatum (*z*); ut rotulae latus poſterius gibbum.

Su-

(*n*) *Oſſium t.* XVIII. *ic.* I. II. III. IV. V. a.

(*o*) Vide ſupra cap. XCIV. §. IX.

(*p*) *Sceleti t.* I. *inter* d & ♆ *in humeris & cubitis. Et t.* II. *inter* R & N *in brachiis. Et t.* III. *inter* I & H *in brachio dextro.*

(*q*) *Oſſium t.* XVIII. *ic.* I. III. IV. c, b.

(*r*) *Oſſium t.* XVIII. *ic.* I. a.

(*s*) *Oſſium t.* XVIII. *ic.* I. III. IV. V. c.

(*t*) *Oſſium t.* XVIII. *ic.* I. III. IV. b.

(*v*) *Oſſium t.* XVIII. *ic.* I. b, & *ic.* V. c.

(*w*) *Oſſium t.* XVIII. *ic.* V. c.

(*x*) *Oſſium t.* XVIII. *ic.* I. b, c: & *ic.* V. c.

(*y*) *Oſſium t.* XVIII. *ic.* I. b, c: & *ic.* V. c.

(*z*) *Oſſium t.* XVIII. *ic.* I. IV. V. b, c.

Superiori latus prius per longitudinem quidem ſinus ſinuatum, ex transverſo autem leniter gibbum (*a*); ut rotulae lateris prioris pars exterior ſinuata eſt.

Inferiori latus prius anguſtius eſt, perque longitudinem ſinus ſinuatum; atque ex transverſo quoque leniter (*b*); ut rotulae lateris prioris pars inferior, interiorque, gibbae ſunt.

v. Per quem articulum ulna in interiorem partem flectitur, in exteriorem extenditur, ſinu ſuo lunato circum humeri rotulam verſa.

Flectitur donec ſinus illius lunati extremum cornu inferius in ſinum humeri interiorem, qui ſupra rotulam eſt, receptum, fundo ejus occurrat.

Extenditur donec ab humero rectior ſit, nondum tamen recta (*c*), ultra non permittente cornu ſuperiore: quod tunc in ſinum humeri, qui ab exteriore parte ſupra rotulam eſt, admiſſum (*d*), ejus in fundum innititur.

Nec concedit mobilitatem aliam.

Quum recta eſt, ſurgit ab humero aliquantum in priora, angulum cum eo efficiens hebetem (*e*). Quum flectitur, obviam venit humero paulatim rectius.

vi. Accedit autem ſinus alius à parte priore, ſtatim infra verticem inferiorem, cum quo continue cartilaginoſus eſt (*f*).

Levis, circuitu, ubi vertici continuus, leniter ſinuatus, caeterum rotundior, oblongus, transverſus, per transverſum ſinuatus (*g*).

Cir-

(*a*) *Oſſium t.* XVIII. *ic.* I. III. b.
(*b*) *Oſſium t.* XVIII. *ic.* I. III. V. c.
(*c*) *Sceleti t.* III.
(*d*) *Sceleti t.* II.
(*e*) *Sceleti t.* I. & II. *in brachio dextro.*
(*f*) *Oſſium t.* XVIII. *ic.* III. I. V. d.
(*g*) *Oſſium t.* XVIII. *ic.* III. d.

Circuitum capitis radii recipit (*h*), articulo mobili.

VII. Ab hoc principio gracileſcit ulna primum inſigniter, dein lentius, nec niſi extremo rurſus paulatim intumeſcit (*i*).

Deſinitque in capitulum (*k*), & proceſſum (*l*).

VIII. Capitulum in parte interiore, ex transverſo oblongum, orbiculatumque; ſupra circuitu gibbo, infra retuſum (*m*).

IX. Id interiore parte cartilaginoſum eſt (*n*), eaque oblique ponitur, ut in interiora nutet deorſum (*o*).

Recipiturque per ſinum lateralem radii extremi (*p*), articulo mobili.

X. Eidem capitulo pars ima retuſa perque interiorem circuitum cartilaginoſa eſt, leniterque gibba (*q*): de reliquo leniter ſinuata, & inaequabilis (*r*).

Cartilaginoſa committitur cum ligamento quodam cartilagineo, quod à proximo radio ſubter eam tendit.

Parti ſinuatae affigitur ligamentum, quod cartilago illa in fine emittit.

XI. Proceſſus ad capituli partem exteriorem eſt, ſenſim graci-

li-

(*h*) *Sceleti t.* I. *inter* d & k, & *inter* d & i *in humeris & cubitis. Et t.* II. *inter* R & X, & *inter* R & W *in brachiis. Et t.* III. *inter* I & O *in brachio ſiniſtro.*

(*i*) *Oſſium t.* XVIII. *ic.* I. II. III. IV.

(*k*) *Oſſium t.* XVIII. *ic.* I. II. III. IV. e.

(*l*) *Oſſium t.* XVIII. *ic.* I. II. III. IV. h.

(*m*) *Oſſium t.* XVIII. *ic.* I. II. III. IV. VI. e.

(*n*) *Oſſium t.* XVIII. *ic.* I. III. IV. VI. e.

(*o*) *Oſſium t.* XVIII. *ic.* I. III. IV. c.

(*p*) *Sceleti t.* I. *inter* f & m *in cubito dextro. Et t.* II. *inter* S & ß *in brachio dextro.*

(*q*) *Oſſium t.* XVIII. *ic.* VI. f.

(*r*) *Oſſium t.* XVIII. *ic.* VI. *inter* f & h.

lior, brevisque, ultraque illud procurrens deorſum, ſtyli in ſpeciem (*s*).

XII. Nunc de reliqua forma.

Truncus ſupra in exteriore parte leniter ab olecrano gibbus, ab interiore inſigniter à vertice inferiore ſinuatus: poſt intra partem exteriorem & interiorem fere rectior; interiore infra leniter ſinuatus (*t*).

Intra partem priorem & poſteriorem veluti leniter undulatus: ſupra poſteriore parte ſinuatus, priore gibbus; inde fere à medio leniter gibbus poſteriore, ſinuatus priore (*v*).

XIII. Olecranum craſſum eſt (*w*), extrinſecus gibbum vertice (*x*), parteque poſteriore (*y*): dorſo depreſſius, cujus planities deorſum excurrit mucrone (*z*).

XIV. In vertice notae inaequabiles (*a*), ubi triceps brachii affigitur.

XV. Truncus triangularis.

Laterum unum poſterius (*b*): alterum prius (*c*): tertium interius (*d*).

XVI. Poſterius à radice olecrani, verticisque humilioris, pertinet in proceſſum ſtyliformem (*e*).

Supra modice ſinuatum, inde depreſſius, infra gibbum (*f*).

Superiori parti, fere per duas tertias longitudinis, profundus digitorum flexor adjacet, affigiturque.

XVII.

(*s*) *Oſſium t.* XVIII. *ic.* I. II. III. IV. VI. h.

(*t*) *Oſſium t.* XVIII. *ic.* III. & IV.

(*v*) *Oſſium t.* XVIII. *ic.* I. & II.

(*w*) *Oſſium t.* XVIII. *ic.* II. III. IV. V. a.

(*x*) *Oſſium t.* XVIII. *ic.* V. a m l: & *ic.* II. III. IV. m l.

(*y*) *Oſſium t.* XVIII. *ic.* IV. a.

(*z*) *Oſſium t.* XVIII. *ic.* II. a.

(*a*) *Oſſium t.* XVIII. *ic.* V. l m.

(*b*) *Oſſium t.* XVIII. *ic.* II. & IV.

(*c*) *Oſſium t.* XVIII. *ic.* III.

(*d*) *Oſſium t.* XVIII. *ic.* I.

(*e*) *Oſſium t.* XVIII. *ic.* II. IV.

(*f*) *Oſſium t.* XVIII. *ic.* II. & IV.

XVII. Prius à latere priore olecrani pertinet in proceſſum ſtyliformem, proximumque capitulum (*g*).

Supra inaequabile, ſinuatum primum, parteque interiore (*h*); exteriore gibbum (*i*), ubi anconeus affigitur.

Inde depreſſius, infra rotundius (*k*).

XVIII. Notis hoc à parte interiore per longitudinem diſtinctum duabus, oblongis, fere ſinuatis.

Superior altera, eaque minor (*l*): cui affigitur, inſidetque abductor pollicis longus.

Altera inferior, & major (*m*): cui extenſor major, & indicator.

XIX. In eodem infra inter ſtylum capitulumque ſinus eſt (*n*): per quem tendo ulnaris externi tendit ad manum.

XX. Interius à vertice humiliore, proximoque ſinu cartilaginoſo transverſo, pertinet ad capitulum inferius (*o*).

Fere ſinuatum eſt, praeterquam infra, ubi rotundius (*p*).

Ejus parti ſinuatae (*q*) profundus affigitur, inſidetque: praeterquam ſupra, infra ſinum transverſum.

XXI. Infra verticem humiliorem hoc latus depreſſius eſt, admodum inaequabile, plaga quaſi triangulari, deorſum verſus paulatim anguſtiore (*r*).

Ubi brachialis internus affigitur.

XXII. Ex angulis prior infra à ſinu transverſo juxta ejus partem exteriorem incipiens, pertinet ad capitulum inferius (*s*).

Prin-

(*g*) *Oſſium t.* XVIII. *ic.* III.
(*h*) *Oſſium t.* XVIII. *ic.* III.
(*i*) *Oſſium t.* XVIII. *ic.* III. k.
(*k*) *Oſſium t.* XVIII. *ic.* III.
(*l*) *Oſſium t.* XVIII. *ic.* III. o.
(*m*) *Oſſium t.* XVIII. *ic.* III. p.
(*n*) *Oſſium t.* XVIII. *ic.* III. i.
(*o*) *Oſſium t.* XVIII. *ic.* I.
(*p*) *Oſſium t.* XVIII. *ic.* I.
(*q*) *Oſſium t.* XVIII. *ic.* I. rr.
(*r*) *Oſſium t.* XVIII. *ic.* I. & IV. n.
(*s*) *Oſſium t.* XVIII. *ic.* I. & III. qgg.

Principium inaequabile eſt, excurritque inde eminentia per latus prius (*t*): ubi ſupinator brevis affigitur.

Poſt eminet acutus (*v*), quam vocant ſpinam; cui affigitur ligamentum inter ulnam radiumque medium.

Infra hanc hebes, ſenſim evaneſcit (*w*).

XXIII. Angulus poſterior à poſteriore parte imae planitiei inaequabilis lateris interioris pertinet ad poſteriorem partem ſtyli, juxta capitulum inferius (*x*).

Rotundior, hebesque (*y*), inſidente affixoque profundo.

Infra autem primum eminentior, craſſiorque, atque inaequabilis; dein acutior (*z*): ubi pronator quadratus affigitur.

XXIV. Angulus exterior ab imo mucrone, qui ab olecrani dorſo excurrit, pertinet in ſtyli partem priorem (*a*).

Hebetior primum, inde acutus diu, infra rurſus hebeſcit, fitque rotundior (*b*).

XXV. In latere interiore foramen eſt (*c*), introitus canaliculi, qui per os ſurſum tendens, pertinet ad capacitatem quae medullam continet: ad quam per eum vaſa penetrant.

Circa tertiam partem longitudinis eſt à vertice humiliore ad imum capitulum inferius.

(*t*) *Oſſium t.* XVIII. *ic.* I. *&* III. q.

(*v*) *Oſſium t.* XVIII. *ic.* I. *&* III. g g.

(*w*) *Oſſium t.* XVIII. *ic.* I. *infra* g *infer.*

(*x*) *Oſſium t.* XVIII. *ic.* IV.

(*y*) *Oſſium t.* XVIII. *ic.* IV.

(*z*) *Oſſium t.* XVIII. *ic.* IV. s s.

(*a*) *Oſſium t.* XVIII. *ic.* II.

(*b*) *Oſſium t.* XVIII. *ic.* II.

(*c*) *Oſſium t.* XVIII. *ic.* I. *infra* g *ſuper.*

CAPUT XCVII.

De radio.

I. Ut tibiae fibula, ſic ulnae radius additamentum eſt, ſed mobile.

Oblongus (*d*): ulna aliquanto brevior.

Gracilis (*e*): ulna majorem partem craſſior.

Porrectus ſecundum ulnam, poſitu prior (*f*).

Extremis aliquantum ſpongioſus (*g*).

II. Qua parte incipit, caput eſt breve, ovatum circuitu, intra partem exteriorem & interiorem longius (*h*): cui vertex retuſus, cartilaginoſus, modice ſinuatus (*i*).

Eoque vertice capitulum humeri, quod juxta rotulam eſt (*k*), leniter recipit (*l*).

Ex quo articulo fit, ut radius ulnam, quum flectimus eam, extendimusque, commode ſequatur.

Praetereaque ad humerum in partem utramque quaſi circum axem ſuam convertitur: & quidem ulna ad humerum ſive immota, ſive dum movetur: eademque vel recta, vel utcunque flexa.

III.

(*d*) *Oſſium t.* XIX. *ic.* I. II. III. IV.

(*e*) *Oſſium t.* XIX. *ic.* I. II. III. IV.

(*f*) *Sceleti t.* I. h—q *in cubitis. Et t.* II. V—β *in brachiis. Et t.* III. N—S *in brachiis.*

(*g*) *Oſſium t.* XIX. *ic.* I. II. III. IV.

(*h*) *Oſſium t.* XIX. *ic.* I. II. III. IV. V. a b c d.

(*i*) *Oſſium t.* XIX. *ic.* V. c.

(*k*) Vide ſupra cap. XCIV. §. XIII.

(*l*) *Sceleti t.* I. *inter* k *&* ω, *& inter* i *&* ω *in cubitis. Et t.* II. *inter* X *&* O, *& inter* W *&* O *in brachiis. Et t.* III. *inter* O *&* E *in brachio ſiniſtro, & inter* O *&* F *in dextro.*

III. Ora autem verticis à parte poſteriore per circuitus partem dimidiam depreſſior eſt (*m*), committiturque (*n*) cum priore parte lateris prioris rotulae humeri (*o*), juxta capitulum, quod vertex ille recipit.

IV. Ab hac orae parte tota circuitus capitis continue cartilaginoſus eſt, per altitudinem depreſſior, media longitudine latior, inde paulatim anguſtior cornubus, anguſtans ſe à parte inferiore (*p*).

Hac circuitus parte committitur (*q*) cum ſinu transverſo ulnae (*r*), in eoque convertitur.

V. Et à cornubus extremis reliquus quoque circuitus juxta verticem quodammodo cartilaginoſus eſt (*s*). Committiturque cum ligamento articulum continente, ſic ut converſio facilis ſit.

VI. A capite eminentiore procedens truncus, primum ulnam verſus nonnihil tendit (*t*): quam partem collum nominant (*v*).

Mox autem ab ulna eadem paulatim modiceque leniter incurvus recedit, rurſumque medius eam verſus paulatim ſe recurvat, donec cum ea infra conveniat (*w*).

Itaque poſt collum à parte ulnae per longitudinem ſinuatus eſt, adverſa gibbus (*x*).

VII. Ubi infra cum ulna convenit, circuitum capituli ejus (*y*) le-

(*m*) *Oſſium t.* XIX. *ic.* V. d.

(*n*) *Sceleti t.* I. *inter* k & ✝, & *inter* i & ✝ *in humeris & cubitis.*

(*o*) Vide ſupra cap. XCIV. §. X.

(*p*) *Oſſium t.* XIX. *ic.* I. & IV. a.

(*q*) *Sceleti t.* I. *inter* k & d, & *inter* i & d *in cubitis. Et t.* II. *inter* X & R, & *inter* W & R *in brachiis. Et t.* III. *inter* O & I *in brachio ſiniſtro.*

(*r*) Vide ſupra cap. XCVI. §. VI.

(*s*) *Oſſium t.* XIX. *ic.* II. & III. b.

(*t*) *Sceleti t.* I. k l *in cubito dextro. Et t.* II. W V *in brachio dextro.*

(*v*) *Oſſium t.* XIX. *ic.* I. II. III. IV.

(*w*) *Sceleti t.* I. l h m *in cubito dextro. Et t.* II. W V *in brachio dextro.*

(*x*) *Oſſium t.* XIX. *ic.* I. & II.

(*y*) Vide ſupra cap. XCVI. §. IX.

leviter recipit (z) ſinu cartilaginoſo, levi, oblongo, transverſo, quem in poſteriore parte, qua ulnam ſpectat, juxta imum habet, retrorſum atque oblique ſurſum ſpectantem (*a*).

Per hunc articulum converti extremus circum ulnae capitulum in utramque partem poteſt.

VIII. Perque commiſſuras illas cum ulna humeroque, & per formam incurvam, quam diximus, convertimus eum circum capitulum ulnae in utramque partem ſemiorbiculatim, convertente ſe capite ad humerum ulnamque, quaſi circum axem ſuam.

Eoque radium tum recta ſecundum priorem ulnae partem protendimus (*b*), tum convertimus (*c*).

Quum autem convertimus, convertitur parte ſuperiore, & tamen eodem in loco quaſi fixus manet: inde quo propior manui, eo convertitur paulatim magis magisque oblique circum ulnam immotam.

IX. Infra autem deſinit in ſinum ampliorem (*d*).

Hic oblongus, longitudine jacente inter partem priorem & poſteriorem (*e*).

Parte priore acutior, inde ulnam verſus paulatim latior, deſinitque ad oram ſinus transverſi (*f*).

Poſitus ejus obliquus eſt, ut per longitudinem ſpectet deorſum & retrorſum, per latitudinem deorſum & modice introrſum (*g*).

X.

(*z*) *Sceleti t.* I. *inter* m & f *in cubito dextro. Et t.* II. *inter* β & S *in brachio dextro.*

(*a*) *Oſſium t.* XIX. *ic.* II. & IV. e.

(*b*) *Sceleti t.* I. k l h m *in cubito dextro. Et t.* II. W V *in brachio dextro.*

(*c*) *Sceleti t.* I. i h n o p q *in cubito ſiniſtro. Et t.* II. W V V *in brachio ſiniſtro.*

(*d*) *Oſſium t.* XIX. *ic.* VI.

(*e*) *Oſſium t.* XIX. *ic.* VI.

(*f*) *Oſſium t.* XIX. *ic.* VI.

(*g*) *Oſſium t.* XIX. *ic.* IV. f g.

x. Diſtinctus autem in ſinus cartilaginoſos duos, priorem & poſteriorem: qui ſe contingunt partem maximam, cartilagine, ubi ſe contingunt, continua (*h*).

XI. Prior longior, veluti triangularis, ante acutior, inde lateribus leniter rotundis latior, ſine ſimiliter rotundo (*i*).

Committitur cum naviculari carpi (*k*).

XII. Poſterior per longitudinem extremi brevior, oris terminantibus gibbis: per latitudinem longior, oris leniter ſinuatis (*l*).

Committitur cum lunato carpi (*m*).

XIII. Qua ſinus poſterior cum transverſo, qui ulnae capitulum recipiens in parte poſteriore eſt, conveniret, ibi cartilago, qua incruſtantur, in ipſo angulo coïtus eorum in ligamentum vertitur cartilagineum (*n*).

Quod inde in triangularem quaſi formam inſigniter anguſtatum, imo ulnae capitulo ultra oram cartilaginoſam affigitur.

Retinetque radium extremum, & tamen circum ulnam verti ſinit.

Interjectumque inter imum ulnae capitulum carpique lunatum & triquetrum, committitur cum iis.

XIV. Collum à capite primum gracilius, forma, ſicuti illud, ovatum eſt (*o*).

XV. In parte autem interiore infra tuber per longitudinem habet ovatum (*p*).

Cu-

(*h*) *Oſſium t.* XIX. *ic.* IV. & VI. fg.
(*i*) *Oſſium t.* XIX. *ic.* VI. f.
(*k*) *Sceleti t.* I. *inter* m & s, & *inter* n & s *in cubitis & manibus. Et t.* II. *inter* Z & ϑ *in brachio & manu dextr. Et t.* III. *inter* R S & T *in brachio manuque ſiniſt.*
(*l*) *Oſſium t.* XIX. *ic.* VI. g.
(*m*) *Sceleti t.* I. *inter* m & w *in cubito & manu dextr. Et. t.* II. *inter* * & ζ *in brachio & manu dextr.*
(*n*) *Oſſium t.* XIX. *ic.* IV. w.
(*o*) *Oſſium t.* XIX. *ic.* I. II. III. IV.
(*p*) *Oſſium t.* XIX. *ic.* I. st.

Cujus pars poſterior inaequabilis eſt, ſcabraque (*q*): affigiturque ei tendo bicipitis brachii.

Mox ante hanc prior aequabilis eſt, & veluti cartilaginoſa (*r*): ad quam tendo ille manu prona applicatur.

XVI. Inde truncus intra partem exteriorem & interiorem fere paulatim nonnihil tenuior, infra rurſus craſſeſcit, extremo maxime (*s*).

Intra partem priorem & poſteriorem modice primum lateſcit per tertiam longitudinis partem: inde fere per alteram anguſtatur: poſt quam lateſcit, infra magis (*t*), ut extremum latius ſit, quam craſſius.

XVII. Per longitudinem, praeterquam parte poſteriore, qua ulnae obverſus, teretior eſt (*v*): infra autem ex interiore parte depreſſior, leniterque ſinuatus (*w*).

Verum à parte ulnae ſupra à tubere exacuitur, infra retunditur (*x*).

XVIII. Acumen illud à tubere hebes, non diu poſt acutum (*y*). Ubi ligamentum affigitur inter cubiti oſſa medium.

XIX. Secundum acumen ab utraque parte ſinus viſendus eſt (*z*).

Interior longior, & latior (*a*): cui inſidet flexor pollicis longus.

Exterior brevior, anguſtior (*b*): cui pollicis abductor longus.

XX. Quae infra acumen eſt obtuſa pars (*c*) inter ſinus illos extremos incipit, acutaque primum, ſenſim modice lateſcit, infra-

(*q*) *Oſſium t.* XIX. *ic.* I. IV. s.
(*r*) *Oſſium t.* XIX. *ic.* I. t.
(*s*) *Oſſium t.* XIX. *ic.* III. & IV.
(*t*) *Oſſium t.* XIX. *ic.* I. & II.
(*v*) *Oſſium t.* XIX. *ic.* I. II. III. V.
(*w*) *Oſſium t.* XIX *ic.* I.
(*x*) *Oſſium t.* XIX. *ic.* IV.
(*y*) *Oſſium t.* XIX. *ic.* IV. nn.
(*z*) *Oſſium t.* XIX. *ic.* IV. uu, & v.
(*a*) *Oſſium t.* XIX. *ic.* IV. & I. uu.
(*b*) *Oſſium t.* XIX. *ic.* IV. & II.
(*c*) *Oſſium t.* XIX. *ic.* IV. p *infer.*

ſtaque fit ſinus transverſus (*d*), qui cum capitulo ulnae committitur.

Supra quem fere leniter ſinuata eſt (*e*), affigiturque pronator quadratus.

XXI. Trunci pars ſuperior cum colli proxima leniter inaequabilis eſt à parte priore, &, qua proximae ei ſunt, exteriore, atque interiore (*f*).

Ubi ſupinator brevis affigitur.

XXII. Juxta hanc partem, circa mediam longitudinem oſſis, in latere exteriore, ubi gibbum eſt, nota eſt per longitudinem ejus oblonga, leniter inaequabilis (*g*).

Cui pronator teres affigitur.

XXIII. In latere interiore infra nota eſt (*h*): cui affigitur pronator quadratus.

XXIV. Infra in extremo à parte priore per exteriorem totam ſeries eſt ſinuum per longitudinem oſſis tendentium, quos eminentiae terminant, diſterminantque (*i*).

XXV. Sinuum primus in parte priore, ſatis latus, deſcendendo tendit oblique introrſum (*k*).

Continet tendinem abductoris longi pollicis, & extenſoris minoris.

Ejus principio, quod ſubſcabrum (*l*), tendo affigitur ſupinatoris longi.

XXVI.

(*d*) *Oſſium t.* XIX. *ic.* IV. e.
(*e*) *Oſſium t.* XIX. *ic.* IV. *ſupra* e.
(*f*) *Oſſium t.* XIX. *ic.* III. II. I. q. IV. p *ſuperior.*
(*g*) *Oſſium t.* XIX. *ic.* III. o.
(*h*) *Oſſium t.* XIX. *ic.* I. p: & *ic.*
(*i*) *Oſſium t.* XIX. *ic.* III. & II. h l m i k.
(*k*) *Oſſium t.* XIX. *ic.* III. & I. h.
(*l*) *Oſſium t.* XIX. *ic.* III. r.

XXVI. Juxta hunc in parte exteriore ſecundus, multo latior, tendens deorſum (*m*).

Continet tendines radialium externorum.

Leviter diſtinguitur in duos: priorem (*n*), qui continet tendinem longioris: poſteriorem (*o*), qui brevioris.

XXVII. Juxta hunc tertius, ſupra acutus, inde lateſcens (*p*), infra migrat in duos, priorem, & poſteriorem.

XXVIII. Quorum prior anguſtior, profundus, obliquus, tendens nonnihil in priora (*q*).

Continet tendinem extenſoris majoris pollicis.

XXIX. Poſterior poſtremus eſt, caeteris latior, tendens deorſum (*r*).

Continet tendines extenſoris digitorum communis, auricularis, indicatoris.

XXX. Eminentiarum ratio haec.

Sinum priorem ab interiore parte terminat eminentia parva, acuminata, acuta (*s*).

Eundem à ſecundo diſtinguit ſatis longa, craſſa, gibba, infra in mucronem deſinens, qui eſt pars prior extremi radii (*t*).

Secundum à tertio ſatis longa, ſatis craſſa, gibba, infra ſurgens in acumen, rurſusque deſidens, atque inde gracilor (*v*).

Secundum diſtinguit levis, gibba, ſatis lata (*w*).

Ter-

(*m*) *Oſſium t.* XIX. *ic.* III. & II. *ſupra* l m.

(*n*) *Oſſium t.* XIX. *ic.* III. & II. l.

(*o*) *Oſſium t.* XIX. *ic.* III. & II. m.

(*p*) *Oſſium t.* XIX. *ic.* II. *ſupra* i k.

(*q*) *Oſſium t.* XIX. *ic.* II. i.

(*r*) *Oſſium t.* XIX. *ic.* II. k.

(*s*) *Oſſium t.* XIX. *ic.* III. & I. *juxta* h.

(*t*) *Oſſium t.* XIX. *ic.* III. *inter* h & l.

(*v*) *Oſſium t.* XIX. *ic.* III. *inter* m & k: & *ic.* II. *inter* m & i.

(*w*) *Oſſium t.* XIX. *ic.* III. & II. *inter* l & m.

Tertium à parte poſteriore ſupra terminat ora exterior obtuſae partis poſterioris, quae infra acumen eſt: continueque infra acute nonnihil eminens ora exterior ſinus transverſi, qui ulnae capitulum recipit (*x*).

Hunc tertium infra à priori parte diſtinguit eminentia brevis, gracilis, acuminata, obliqua (*y*).

XXXI. Infra autem ex interiore parte ſecundum extremi ſinus cartilaginoſi partem priorem depreſſus eſt, modice ſinuatus, forma triangulari, ante per altitudinem latior, inde ſenſim anguſtatus (*z*): ubi ligamenta carpi adhaerent.

XXXII. Supra circa partem tertiam longitudinis foramen eſt (*a*) in confinio partis prioris & interioris, inter notam ſupinatoris brevis & ſinum cui flexor pollicis longus inſidet.

Canaliculus ab eo tendit ſurſum ad medullam, iterque eſt vaſorum ad eam penetrantium.

CAPUT XCVIII.

De manu.

I. Cubito extremo, hoc eſt, ulnae radioque infra adjuncta manus eſt (*b*).

Con-

(*x*) *Oſſium t.* XIX. *ic.* II. *inter* k *&* p e.
(*y*) *Oſſium t.* XIX. *ic.* II. *inter* i *&* k.
(*z*) *Oſſium t.* XIX. *ic.* I. *inter* h *&* f.
(*a*) *Oſſium t.* XIX. *ic.* I. *è regione* n *ſuper.*
(*b*) *Sceleti t.* I. r — α *in manibus.* *Et t.* II. γ — f *in manibus.* *Et t.* III. T — Π *in manibus.*

Conſtat ex carpo (*c*), metacarpo (*d*), digitis (*e*).

A cubito carpus eſt, ab hoc metacarpus, ab hoc digiti.

C A P U T XCIX.

De carpo.

I. Carpus (*f*) magnam habet à tarſo, cui alioqui reſpondet, diſſimilitudinem.

Ejus oſſa octo ſunt, parva, multiformia: quorum tamen unum, nempe ſubrotundum, ad carpum re quidem vera non pertinet.

Eaque in duos ordines componuntur. Primus à cubito eſt (*g*): à primo ſecundus (*h*).

II. Ad utrumque oſſa pertinent quatuor.

Ad primum naviculare (*i*), lunatum (*k*) triquetrum (*l*), ſubrotundum (*m*).

Ad

(*c*) *Sceleti t.* I. r — F *in manibus. Et t.* II. γ — ο *in manibus. Et t.* III. T — f *in manibus.*

(*d*) *Sceleti t.* I. GHP — T *in manibus. Et t.* II. πϱχ — Δ *in manibus. Et t.* III. ghn — r *in manibus.*

(*e*) *Sceleti t.* I. I — OV — α *in manibus. Et t.* II. σ — φ. Θ — f *in manibus. Et t.* III. i — m s — Ξ *in manibus.*

(*f*) *Sceleti t.* I. r — F *in manibus. Et t.* II. γ — ο *in manibus. Et t.* III. T — f *in manibus.*

(*g*) *Sceleti t.* I. r — y *in manibus. Et t.* II. γ — ι *in manibus. Et t.* III. T — Z *in manibus.*

(*h*) *Sceleti t.* I. z — F *in manibus. Et t.* II. κ — ο *in manibus. Et t.* III. a — f *in manibus.*

(*i*) *Sceleti t.* I. rs, rst *in manibus. Et t.* II. γδε, γ *in manibus. Et t.* III. TV, T *in manibus.*

(*k*) *Sceleti t.* I. uw, u *in manibus. Et t.* II. ζ, ζ *in manibus. Et t.* III. W, W *in manibus.*

(*l*) *Sceleti t.* I. x, x *in manibus. Et t.* II. ηθ, η *in manibus. Et t.* III. XY *in manu dextra.*

(*m*) *Sceleti t.* I. y *in manu dextra. Et t.* II. ι, ι *in manibus. Et t.* III. Z, Z *in manibus.*

Ad ſecundum, multangulum majus (*n*), & minus (*o*), capitatum (*p*), cuneiforme (*q*).

CAPUT C.

De oſſe naviculari carpi.

I. Naviculari quaedam naviculae forma: oblongum, altera parte gibbum, altera concavum, praeterquam extremis (*r*).

Extremo altero latius, rotundumque: ab eo latere altero toto ovatum, altero quoque partem maximam, ſed juxta extremum alterum ſinuatum: deſinitque in mucronem hebetem (*s*).

II. Ponitur in ſumma manu, à parte priore, ubi pollex (*t*).

Ponitur oblique, longitudine ſua à ſummo in priora deorſum tendens (*v*).

Pars gibba partim ſuperior eſt (*w*) partim exterior (*x*): concava inferior (*y*).

Ex-

(*n*) *Sceleti t.* I. F, F *in manibus. Et t.* II. *o*, *o in manibus. Et t.* III. a, a *in manibus.*

(*o*) *Sceleti t.* I. E, E *in manibus. Et t.* II. ξ, ξ *in manibus. Et t.* III. b, b *in manibus.*

(*p*) *Sceleti t.* I. CD, CD *in manibus. Et t.* II. μ ν, μ *in manibus. Et t.* III. c, cc *in manibus.*

(*q*) *Sceleti t.* I. z—B *in manibus. Et t.* II. κλ, κλ *in manibus. Et t.* III. def, d *in manibus.*

(*r*) *Oſſium t.* XX. *ic.* III. & IV.

(*s*) *Oſſium t.* XX. *ic.* I. II. III. IV.

(*t*) *Sceleti t.* I rs, rst *in manibus. Et t.* II. γδε, γ *in manibus. Et t.* III. TV, T *in manibus. Et hiſtoriae muſculorum icone* III. 8 9 10 11. *Et ic.* IV. 1 2 3 4 5.

(*v*) *Sceleti t.* I. sr *in manu dextra. Et t.* II. δγε *in manu dextra. Et hiſtor. muſcul. ic.* III. 9 10 8 11. *Et ic.* IV. 2 5 1 4 3.

(*w*) *Oſſium t.* XX. *ic.* I. & II. a.

(*x*) *Oſſium t.* XX. *ic.* II. bb.

(*y*) *Oſſium t.* XX. *ic.* I. c.

Extremum rotundum ſuperius (*z*).

Circuitus ovata pars exterior (*a*): partim ovata, partim ſinuata, interior (*b*).

Mucro infra ſurgit in priora introrſum (*c*).

III. Gibba pars diſtincta in cartilaginoſas duas: ſuperiorem (*d*), & inferiorem (*e*).

Tenue inter eas diſcrimen ſinuatum eſt: quod à ſuperiore parte lateris exterioris oblique pertinet in mucronem extremum (*f*).

IV. Cartilaginoſarum ſuperior major eſt, capitulo ſimilis, quaſi triangularis, gibba in extremo latiore, indeque incurvis ſe lateribus contrahens in mucronem hebetem (*g*).

Surſum antrorſumque oblique directa (*h*).

Reſpondet imi radii ſinui priori (*i*), per eumque recipitur (*k*).

V. Inferior aſſimilis quoque capitulo, & triangularis, poſitu autem contrario: quippe vertex ſuperior, baſis inferior (*l*).

Dirigitur deorſum in priora (*m*).

Reſpondet ſinui, qui ex multangulis fit, recipiturque per eum (*n*).

Le-

(*z*) *Oſſium t.* XX. *ic.* I. *circa* d.

(*a*) *Oſſium t.* XX. *ic.* II. *inter* a & bb.

(*b*) *Oſſium t.* XX. *ic.* I. *inter* adb.

(*c*) *Oſſium t.* XX. *ic.* I. *inter* a & b.

(*d*) *Oſſium t.* XX. *ic.* II. a.

(*e*) *Oſſium t.* XX. *ic.* II. bb.

(*f*) *Oſſium t.* XX. *ic.* II. *inter* a & b b.

(*g*) *Oſſium t.* XX. *ic.* III. a.

(*h*) *Oſſium t.* XX. *ic.* I. & II. a.

(*i*) Vide ſupra cap. XCVII. §. XI.

(*k*) *Sceleti t.* I. *inter* s & m, & *inter* s & o *in cubitis & manibus. Et t.* II. *inter* δ & Z *in manu & brachio dextr. Et t.* III. *inter* T & R S *in manu ſiniſtra.*

(*l*) *Oſſium t.* XX. *ic.* II. bb.

(*m*) *Oſſium t.* XX. *ic.* II. bb.

(*n*) *Sceleti t.* I. *inter* r & F E, & *inter* t & F E *in manibus. Et t.* II. *inter* ε & o ξ *in manu dextra. Et t.* III. *inter* V & ab *in manu ſiniſtra. Et hiſtoriae muſculorum ic.* III. *inter* II & 15 19. *Et ic.* IV. *inter* 3 & 31 27 28. *Et oſſium t.* XXXIV. *ic.* III. z α *cum* o q.

Leniter autem diſtincta in partes duas, priorem & poſteriorem (*o*): quarum altera recipitur per multangulum majus (*p*): altera per minus (*q*).

VI. Pars ſinuata cartilaginoſa tota eſt, per longitudinem oſſis ovata (*r*).

Cartilago in circuitu oſſis exteriore continua cartilagini capituli inferioris (*s*).

Sinus dirigitur oblique deorſum retrorſumque (*t*).

Recipit priorem capitis oſſis capitati partem (*v*).

VII. Inter ſuperiorem ſinus partem proximamque, quae ſupra eſt, principii hujus oſſis oram gibbam, planities eſt inter haec lunata, cornubus deorſum directis, ſatis lata, cartilaginoſa (*w*).

Cujus cartilago infra continuata cartilagini ſinus (*x*).

Dirigitur retrorſum & oblique deorſum (*y*).

Cum lunato committitur (*z*).

VIII. Caeterum circuitus parte ſuperiore interioreque inae-

qua-

(*o*) *Oſſium t.* XX. *ic.* II. b, b.

(*p*) *Sceleti t.* I. *inter* r & F, & *inter* t & F *in manibus. Et t.* II. *inter* ε & o *in manu dextra. Et t.* III. *inter* V & a *in manu ſiniſtra. Et hiſtor. muſcul. ic.* III. *inter* 11 & 15. *Et ic.* IV. *inter* 3 & 31. *Et oſſium t.* XXXIV. *ic.* III. z *cum* o.

(*q*) *Sceleti t.* I. *inter* r & E, & *inter* t & E *in manibus. Et t.* II. *inter* ε & ξ *in manu dextra. Et t.* III. *inter* V & b *in manu ſiniſtra. Et hiſtor. muſcul. ic.* III. *inter* 11 & 19. *Et ic.* IV. *inter* 3 & 27, 28. *Et oſſium t.* XXXIV. *ic.* III. α *cum* q.

(*r*) *Oſſium t.* XX. *ic.* IV. c.

(*s*) *Oſſium t.* XX. *ic.* IV. *inter* c & b.

(*t*) *Oſſium t.* XX. *ic.* I. & II. c.

(*v*) *Sceleti t.* I. *inter* r & D *in manibus. Et t.* II. *inter* γ & ν *in manu dextra. Et t.* III. *inter* V & c *in manu ſiniſtra. Et hiſtor. muſcul. ic.* III. *inter* 9 & 21. *Et ic.* IV. *inter* 4 & 22. *Et oſſium t.* XXXIV. *ic.* III. β *recipit* u.

(*w*) *Oſſium t.* XX. *ic.* IV. d.

(*x*) *Oſſium t.* XX. *ic.* IV. *inter* d & c.

(*y*) *Oſſium t.* XX. *ic.* I. d.

(*z*) *Sceleti t.* I. *inter* r & u *in manibus. Et t.* II. *inter* δ & ζ *in manu dextra. Et t.* III. *inter* T & W *in manu dextra. Et hiſtor. muſcul. ic.* III. *inter* 8 & 7. *Et ic.* IV. *inter* 5 & 8. *Et oſſium t.* XXXIV. *ic.* III. *inter* β & γ.

quabilis eſt, ſicuti & mucro (*a*). Inaequabile quoque diſcrimen inter capitula (*b*). Ubi affixa ligamenta quae continent.

CAPUT CI.

De oſſe lunato carpi.

I. Lunatum lunam creſcentem refert, naviculari minus (*c*).

II. Ponitur in ſumma manu, medium inter naviculare & triquetrum (*d*).

Lunatumque eſt intra partem exteriorem & interiorem (*e*), gibba parte ſuperiore (*f*), ſinuata inferiore (*g*).

III. Vertex totus modice gibbus eſt, & cartilaginoſus (*h*).

Idem triangularis angulis rotundis, latere uno anteriore, altero exteriore, tertio interiore (*i*).

Recipitur (*k*) per ſinum poſteriorem imi radii (*l*).

Praetereaque committitur cum ligamento, à ſinu illo ad ulnam deducto.

IV. Infra nil niſi ſinus cartilaginoſus eſt, oblongus & anguſtior,

(*a*) *Oſſium t.* XX. *ic.* I. *inter* adcb: & *ic.* III. *infra* a: & *ic.* IV. *ſupra* b.

(*b*) Vide ſupra §. III.

(*c*) *Oſſium t.* XX. *ic.* V. VI. VII. VIII. IX.

(*d*) *Sceleti t.* I. u w, u *in manibus. Et t.* II. ζ, ζ *in manibus Et t.* III. W *in manu dextra. Et hiſtoriae muſculorum ic.* III. 5 6 7. *Et ic.* IV. 6 7 8 9 10.

(*e*) *Oſſium t.* XX. *ic.* VII.

(*f*) *Oſſium t.* XX. *ic.* VII. V. VI. e.

(*g*) *Oſſium t.* XX. *ic.* VII. VI. h.

(*h*) *Oſſium t.* XX. *ic.* VIII. V. VI. e.

(*i*) *Oſſium t.* XX. *ic.* VIII. e.

(*k*) *Sceleti t.* I. *inter* w & m, & *inter* u & p q *in cubitis* & *manibus. Et t.* II. *inter* ζ & α *in brachiis* & *manibus.*

(*l*) Vide ſupra cap. XCVII. §. XII.

or, per longitudinem lunatus, pertinensque ab exteriore parte in interiorem (*m*).

Is per longitudinem diſtinctus in partes duas (*n*): quarum prior longior latiorque (*o*), recipit caput capitati (*p*): poſterior (*q*), partem cuneiformis (*r*).

V. Priori parte depreſſum eſt (*s*), antrorſum & oblique ſurſum directum (*t*).

Ubi circuitus lunatus ſuperior inaequabilis (*v*).

Intra quem planities eſt cartilaginoſa, lunata, cornubus deorſum tendentibus (*w*).

Cartilago continuata cartilagini ſinus (*x*).

Committitur (*y*) planities cum planitie lunata navicularis (*z*).

VI. Poſteriore quoque parte depreſſum eſt (*a*), dirigiturque retrorſum ac deorſum (*b*).

Ejusque circuitus lunatus ſuperior inaequabilis, & fere gibbus (*c*).

In-

(*m*) *Oſſium t.* XX. *ic.* IX. VI. VII. h i.

(*n*) *Oſſium t.* XX. *ic.* IX. & VI. h, i.

(*o*) *Oſſium t.* XX. *ic.* IX. VI. VII. h.

(*p*) *Sceleti t.* I. *inter* u & C, & *inter* u & D *in manibus.* *Et t.* II. *inter* ζ & ν *in manu dextra.* *Et hiſt. muſcul. ic.* III. *inter* ϛ & 20. *Et ic.* IV. *inter* 9 & 22. *Et oſſium t.* XXXIV. *ic.* III. γ *recipit* v.

(*q*) *Oſſium t.* XX. *ic.* IX. VI. i.

(*r*) *Sceleti t.* I. *inter* u & A *ſuper. in manu dextra.* *Et t.* II. *inter* ζ & λ *in manu dextra.* *Et hiſtor. muſcul. ic.* III. *inter* ϛ & 26. *Et ic.* IV. *inter* 6 & 18. *Et oſſium t.* XXXIV. *ic.* III. γ *recipit* y.

(*s*) *Oſſium t.* XX. *ic.* VII. VI. f.

(*t*) *Oſſium t.* XX. *ic.* VI. f.

(*v*) *Oſſium t.* XX. *ic.* VII. f.

(*w*) *Oſſium t.* XX. *ic.* VII. f.

(*x*) *Oſſium t.* XX. *ic.* VII. *inter* f & h.

(*y*) *Sceleti t.* I. *inter* u & r *in manibus.* *Et t.* II. *inter* ζ & δ *in manu dextra.* *Et t.* III. *inter* W & T *in manu dextra.* *Et hiſtor. muſcul. ic.* III. *inter* ϛ & 9. *Et ic.* IV. *inter* 8 & ϛ. *Et oſſium t.* XXXIV. *ic.* III. *inter* γ & β.

(*z*) Vide ſupra cap. C. §. VII.

(*a*) *Oſſium t.* XX. *ic.* VI. IX. g.

(*b*) *Oſſium t.* XX. *ic.* VI. g.

(*c*) *Oſſium t.* XX. *ic.* IX. & VI. g.

Intraque eum planities eſt cartilaginoſa amplior, leviſſime gibba, caeterum lunata quoque, cornubusque deorſum directis, ſed brevioribus (*d*).

Cartilago continua cartilagini ſinus (*e*).

Committitur cum baſi triquetri (*f*).

VII. Pars interior modice gibba & inaequabilis, à vertice deorſum verſus aliquantum anguſtata, lateribus rectioribus, infra rotundior, tenditque oblique deorſum in priora (*g*).

VIII. Pars exterior ſimilis, ſed anguſtior & brevior (*h*).

IX. A parte priore anguſtatur in poſteriorem (*i*).

A parte interiore in exteriorem fit ſenſim tenuior (*k*).

Itemque à vertice intra priorem & poſteriorem (*l*).

X. Quibus partibus inaequabile eſt, iis ligamenta adhaerent, quae continent.

C A P U T CII.

De oſſe triquetro carpi.

I. Triquetrum lunato minus eſt.

Oblongum, ad longitudinis rationem craſſum, per eam

(*d*) *Oſſium t.* XX. *ic.* IX. g.

(*e*) *Oſſium t.* XX. *ic.* IX. *inter* g *&* i.

(*f*) *Sceleti t.* I. *inter* u *&* x *in manibus.* *Et t.* II. *inter* ? *&* ? *in manu dextra.* *Et t.* III. *inter* W *&* X *in manu dextra.* *Et hiſtor. muſcul. ic.* III. *inter* 6 *&* 4. *Et ic.* IV. *inter* 10 *&* 13. *Et oſſium t.* XXXIV. *ic.* III. *inter* γ *&* δ.

(*g*) *Oſſium t.* XX. *ic.* V. *infra* e.

(*h*) *Oſſium t.* XX. *ic.* VI. *infra* e.

(*i*) *Oſſium t.* XX. *ic.* VIII. *ab* ? *per* e.

(*k*) *Oſſium t.* XX. *ic.* V. VI.

(*l*) *Oſſium t.* XX. *ic.* V. VI.

eam triquetrum, ſenſim nonnihil gracilius, baſi depreſſum (*m*).

II. Ponitur in parte poſteriore ſummae manus, ubi nimirum digitus auricularis eſt: poniturque oblique, à baſi vergens retrorſum & deorſum (*n*).

Laterum unum ſuperius eſt (*o*): alterum inferius (*p*), tertium interius (*q*). Simul autem oblique extrorſum directum ſuperius, & inferius.

III. Baſis cartilaginoſa eſt prope tota, & leniter ſinuata (*r*).
Circuitus cartilaginis rotundior eſt, infra autem ſinuatus (*s*).
Dirigitur ea oblique in priora, ſurſum (*t*).
Committitur (*v*) cum planitie poſteriore lunati (*w*).

IV. Latus ſuperius per longitudinem gibbum eſt, perque tranſverſum (*x*).

In eo ſupra, non longe à baſi, eminentia eſt cartilaginoſa, rotunda, leniter gibba, directa ſurſum & extrorſum (*y*): qua committitur cum ligamento cartilaginoſo, quod ab extremo radio ſub ulnae capitulum deduci, radiumque ibi continere diximus (*z*).

Reliquum lateris inaequabile eſt, tuberculatum, ſinuatum (*a*).

V.

(*m*) *Oſſium t.* XX. *ic.* X. XI. XII. XIII.

(*n*) *Sceleti t.* I. x *in manibus. Et t.* II. *n in manibus. Et t.* III. X Y *in manu dextra. Et hiſtor. muſculorum ic.* III. 2 3 4. *Et ic.* IV. 11 12 13 14 15.

(*o*) *Oſſium t.* XX. *ic.* XI.

(*p*) *Oſſium t.* XX. *ic.* XIII.

(*q*) *Oſſium t.* XX. *ic.* X.

(*r*) *Oſſium t.* XX. *ic.* XII. k.

(*s*) *Oſſium t.* XX. *ic.* XII. k.

(*t*) *Oſſium t.* XX. *ic.* X. & XI. k.

(*v*) *Sceleti t.* I. *inter* x & u *in manibus. Et t.* II. *inter n & ζ in manu dextra. Et t.* III. *inter* X & W *in manu dextra. Et hiſt. muſcul. ic.* III. *inter* 4 & 6. *Et ic.* IV. *inter* 13 & 10. *Et oſſium t.* XXXIV. *ic.* III. *inter δ & γ.*

(*w*) Vide ſupra cap. CI. §. VI.

(*x*) *Oſſium t.* XX. *ic.* XI.

(*y*) *Oſſium t.* XX. *ic.* XI. n.

(*z*) Vide ſupra cap. XCVII. §. XIII.

(*a*) *Oſſium t.* XX. *ic.* XI. *circum* n.

v. Latus inferius latius eſt, &, praeter partem imam, mucronemque, cartilaginoſum (*b*).

Pars cartilaginoſa ſinuata eſt, diſtinctaque in duas, interiorem & exteriorem, diſcrimine gibbo continuatas: quarum interior major, ſinuata: exterior ſecundum latus ſuperius, id eſt dorſum manus, oblonga, anguſta, ſupra ſinuata, infra gibba (*c*). Circuitu juxta baſem recta: poſt incurva, ad partem exteriorem gibba, ad interiorem ſinuata, ſenſimque anguſtata in finem rotundiorem (*d*).

Ea cum cuneiformi committitur (*e*).

vi. Latus interius depreſſius (*f*).

Juxta baſem inaequabile, tuberculatum, medium ſinuatum (*g*).

Inde usque ad mucronem capitulum leniter eminet, circuitu ovatum, longitudine ſua tendens oblique deorſum antrorſumque, cartilaginoſum, leniter gibbum (*h*): cum quo ſubrotundum committitur (*i*).

Quod autem praeter partes cartilaginoſas eſt, ei affiguntur, quae continent ligamenta.

(*b*) *Oſſium t.* xx. *ic.* xiii.
(*c*) *Oſſium t.* xx. *ic.* xiii. l.
(*d*) *Oſſium t.* xx. *ic.* xiii. l.
(*e*) *Sceleti t.* i. *inter* x *&* A *ſuperiorem in manibus. Et t.* ii. *inter* η *&* λ *in manibus. Et t.* iii. *inter* Y *&* e *in manu dextra. Et hiſt. muſcul. ic.* iii. *inter* 2 *&* 23. *Et ic.* iv. *inter* 14 15 *&* 18. *Et oſſium t.* xxxiv. *ic.* iii. δ *cum* y.
(*f*) *Oſſium t.* xx. *ic.* x.
(*g*) *Oſſium t.* xx. *ic.* x. *ſupra* m.
(*h*) *Oſſium t.* xx. *ic.* x. m.
(*i*) *Sceleti t.* i. *inter* x *&* y *in manu dextra. Et t.* ii. *inter* η *&* ι *in manu ſiniſtra. Et t.* iii. *inter* Y *&* Z *in manu dextra. Et hiſtor. muſcul. ic.* iii. *inter* 2 *&* 1. *Et oſſium t.* xxxiv. *ic.* iii. *inter* δ *&* N.

CAPUT CIII.

De oſſe ſubrotundo carpi.

I. Subrotundum minimum, fere ovatum (*k*).

II. Triquetro interiore in parte aſſidet poſitu obliquo, per longitudinem à ſumma manu tendens deorſum in priora (*l*).

III. Qua parte contra triquetrum eſt (*m*), ibi parte majore, eaque ſuperiore, planities eſt cartilaginoſa, leniter ſinuata, ovata per longitudinem oſſis (*n*).

Eaque cum triquetro (*o*) committitur (*p*).

IV. Inde in partem interiorem eminet (*q*), gibbum, & inaequabile (*r*).

V. Carpo extra ordinem appoſitum eſt, aſſidens patellae in modum, aut ſeſamoïdei.

Cujus uſum praebet ulnari interno, poſitum porrectumque inter ejus tendinem ligamentumque ad os metacarpi digiti auricularis pertinens: quorum ille ei ſupra affigitur, hoc infra.

(*k*) *Oſſium t.* XX. *ic.* XIV. XV. XVI. XVII.

(*l*) *Sceleti t.* I. y *in manu dextra.* *Et t.* II. *ı in manu ſiniſtra.* *Et t.* III. Z *in manu dextra.* *Et hiſtor. muſculorum ic.* III. I.

(*m*) *Oſſium t.* XX. *ic.* XV.

(*n*) *Oſſium t.* XX. *ic.* XV. o.

(*o*) Vide ſupra cap. CII. § VI.

(*p*) *Sceleti t.* III. *inter* Z & Y *in manu dextra.* *Et oſſium t.* XXXIV. *ic.* III. *inter* N & ꝺ.

(*q*) *Sceleti t.* I. y *in manu dextra.* *Et t.* III. Z *in manu dextra.* *Et hiſtor. muſcul. ic.* III. I.

(*r*) *Oſſium t.* XX. *ic.* XIV. XVI. XVII.

C A-

CAPUT CIV.

De oſſe multangulo carpi majore.

I. Primum ordinis ſecundi, quod multangulum majus nominamus, parvum eſt, forma irregulari, tanquam tamen ſi caput craſſius anguloſumque migraret in roſtrum tenuius, anguloſum & ipſum (*s*).

Ab ampliore capitis principio lateribus ad extremum roſtrum usque continetur quatuor.

Latera tria latiora, ſuperius (*t*), inferius (*v*), exterius (*w*): interius anguſtius (*x*).

II. Ponitur in parte priore manus, ubi pollex (*y*).

Sic autem oblique, ut caput in parte priore ſit, ab eoque roſtrum tendat deorſum retrorſumque atque extrorſum (*z*): latusque ſuperius dirigatur oblique retrorſum (*a*); inferius oblique antrorſum (*b*); exterius oblique antrorſum (*c*); interius oblique retrorſum (*d*).

III. Principium capitis amplius, per altitudinem depreſſius, intra partem exteriorem & interiorem gibbum (*e*), praeter tuber-

(*s*) *Oſſium t.* XX. *ic.* XVIII. XIX. XX. XXI.

(*t*) *Oſſium t.* XX. *ic.* XX.

(*v*) *Oſſium t.* XX. *ic.* XXI.

(*w*) *Oſſium t.* XX. *ic.* XIX.

(*x*) *Oſſium t.* XX. *ic.* XVIII.

(*y*) *Sceleti t.* I. F *in manibus. Et t.* II. o *in manibus. Et t.* III. a *in manu ſiniſtra. Et hiſtoriae muſculorum ic.* III. 12 13 14 15 16. *Et ic.* IV. 30 31 32.

(*z*) *Oſſium t.* XX. *ic.* XVIII. XIX.

(*a*) *Oſſium t.* XX. *ic.* XIX. p q.

(*b*) *Oſſium t.* XX. *ic.* XVIII. r.

(*c*) *Hiſtoriae muſcul. ic.* IV. 30.

(*d*) *Hiſtoriae muſcul. ic.* III. *circa* 16.

(*e*) *Oſſium t.* XX. *ic.* XVIII. XIX. XXI. *ſupra* r: & *ic.* XX. *ſupra* p.

bercula duo, exterius atque interius, inter quae ſinuatum eſt (*f*): eorumque exterius caput à latere exteriore diſcriminat, interius ad ſinum radialis interni pertinet (*g*).

IV. In principio lateris ſuperioris, ubi illud ad caput pertinet, planities eſt cartilaginoſa, leniter ſinuata, circuitu rotundo, infra rectiore (*h*).

Dirigitur oblique ſurſum retrorſumque (*i*).

Recipit (*k*) partem priorem capituli inferioris oſſis navicularis (*l*).

V. Inde lateris ejusdem pars, qua ad roſtrum pertinet, cartilaginoſa eſt, longior quam latior, per longitudinem modice ſinuata, per latitudinem leniter gibba (*m*).

Circuitus pars ſuperior brevior, & modice ſinuata: exterior primum leniter ſinuata, dein gibba: interior longior, gibba primum, dein ſinuata, extremum rectius (*n*), aliis gibbum.

Supra ab ima planitie ſupradicta (*o*) incipit, ubi cartilago utriusque continua (*p*).

Obliqua, ut planities illa: ſed minus directa ſurſum, magis retrorſum (*q*).

Committitur cum multangulo minore (*r*).

VI.

(*f*) *Oſſium t.* XX. *ic.* XXI. *ſupra* r.
(*g*) Vide infra §. X.
(*h*) *Oſſium t.* XX. *ic.* XX. p.
(*i*) *Oſſium t.* XX. *ic.* XIX. p.
(*k*) *Sceleti t.* I. *inter* F *&* r *in manibus. Et t.* II. *inter* o *&* γ *in manibus. Et t.* III. *inter* a *&* V *in manu ſiniſtra. Et hiſtor. muſcul. ic.* III. *inter* 15 *&* 11. *Et ic.* IV. *inter* 31 *&* 3. *Et oſſium t.* XXXIV. *ic.* III. o *recipit* z.
(*l*) Vide ſupra cap. C. §. V.
(*m*) *Oſſium t.* XX. *ic.* XX. q.
(*n*) *Oſſium t.* XX. *ic.* XX. q.
(*o*) Vide ſupra §. IV.
(*p*) *Oſſium t.* XX. *ic.* XX. *inter* p *&* q.
(*q*) *Oſſium t.* XX. *ic.* XIX. q.
(*r*) *Sceleti t.* I. *inter* F *&* E *in manibus. Et t.* II. *inter* o *&* ξ *in manibus. Et t.* III. *inter* a *&* b *in manu ſiniſtra. Et hiſtor. muſcul. ic.* IV. *inter* 30 *&* 26. *Et ic.* III. *inter* 16 *&* 17. *Et oſſium t.* XXXIV. *ic.* III. *inter* F o *&* G q: *& ic.* II. *inter* F *&* p.

VI. Hujus ad imum mucronem, qua is juxta dorſum manus eſt, planities exigua eſt, continue cartilaginoſa (*s*).

Circuitus ubi cum mucrone illo convenit, rectior, caeterum rotundus (*t*).

Dirigitur deorſum atque retrorſum (*v*).

Committiturque cum metacarpo indicis (*w*).

VII. Quod his opponitur capitis roſtrique latus inferius (*x*), amplius eſt, & cartilaginoſum (*y*).

Dirigitur deorſum oblique antrorſum (*z*).

Rotundius circuitu, generaliter quaſi ovatum, perque longitudinem lateris longius, per eandem ſinuatum, per latitudinem gibbum, quadam orbitae rotulae ſimilitudine (*a*), cujus extremae prominentes orae ſic ponuntur, ut altera prior ſit eademque ſuperior, altera poſterior eademque inferior (*b*).

Cum quo metacarpus pollicis committitur (*c*).

VIII. Latus exterius, qua parte ad caput pertinet, amplius; inde per roſtrum paulatim anguſtius, rurſusque aliquanto latius (*d*).

Praeterque tuberculum, quo diſcriminatur à capite (*e*), inaequabile, tuberculatum, ſinuatumque (*f*).

IX.

(*s*) *Oſſium t.* XX. *ic.* XX. s.

(*t*) *Oſſium t.* XX. *ic.* XX. XVIII. s.

(*v*) *Oſſium t.* XX. *ic.* XVIII. s.

(*w*) *Sceleti t.* I. *inter* F & P *in manu ſiniſtra. Et t.* II. *inter* o & χ *in manu dextra. Et t.* III. *inter* a & n *in manu ſiniſtra. Et hiſtor. muſcul. ic.* IV. *inter* 30 & 41. *Et oſſium t.* XXXIV. *ic.* II. n *cum* e.

(*x*) *Oſſium t.* XX. *ic.* XXI.

(*y*) *Oſſium t.* XX. *ic.* XXI. r.

(*z*) *Oſſium t.* XX. *ic.* XVIII. r.

(*a*) *Oſſium t.* XX. *ic.* XXI. r.

(*b*) *Oſſium t.* XX. *ic.* XVIII. r.

(*c*) *Sceleti t.* I. *inter* F & G *in manibus. Et t.* II. *inter* o & π *in manibus. Et. t.* III. *inter* a & g *in manu ſiniſtra. Et hiſtor. muſcul. ic.* III. *inter* 13 & 61. *Et ic.* IV. *inter* 32 & 34. *Et oſſium t.* XXXIV. *ic.* II. m *cum* d.

(*d*) *Oſſium t.* XX. *ic.* XIX.

(*e*) Vide ſupra §. III.

(*f*) *Oſſium t.* XX. *ic.* XIX.

IX. Amplius quoque latus interius qua parte ad caput pertinet; indeque per roſtrum paulatim quoque anguſtatur, ſed inſignius, rurſusque lateſcit: idemque inaequabile eſt (*g*).

X. In interiore autem hoc latere ſinus in capite proximoque roſtro eſt oblongus, eminentibus oris profundus, ſemicanali ſimilis, per longitudinem oſſis porrectus (*h*).

Qui tendinem radialis interni continet, & regit.

XI. Extremum roſtrum hebes, & inaequabile (*i*).

XII. Partibusque inaequabilibus ligamenta adhaerent, quae continent.

CAPUT CV.

De oſſe multangulo minore carpi.

I. Multangulum minus quodammodo aduncum eſt, oſtenditque capitis ſpeciem, & proceſſus (*k*).

Caput fere ovatum, altero extremo in mucronem deſinens (*l*).

Proceſſus craſſus, anguloſus (*m*).

II. Ponitur pone multangulum majus (*n*).

Ubi

(*g*) *Oſſium t.* XX. *ic.* XVIII.

(*h*) *Oſſium t.* XX. *ic.* XVIII. t.

(*i*) *Oſſium t.* XX *ic.* XVIII. XIX. XX. XXI.

(*k*) *Oſſium t.* XX. *ic.* XXII. XXIII. XXIV. XXV. XXVI.

(*l*) *Oſſium t.* XX. *ic.* XXII. *infra* w u: & *ic.* XXIII. XXIV. XXV. XXVI.

(*m*) *Oſſium t.* XX. *ic.* XXII. w u: & *ic.* XXIII. w u x: & *ic* XXIV. v x: & *ic.* XXV. u w v: & *ic.* XXVI. v x.

(*n*) *Sceleti t.* I. E, E *in manibus.* *Et t.* II. ξ, ξ *in manibus.* *Et t.* III. b, b *in manibus.* *Et hiſtoriae muſculorum ic.* IV. 26 27 28 29. *Et ic.* III. 17 18 19.

Ubi caput in dorſo manus eſt (*o*). Ab eo proceſſus tendit ad manum interiorem (*p*), & gracilior capite, & generaliter ſenſim nonnihil gracilior (*q*).

Proceſſus latera ſunt quinque: unum ſuperius (*r*); alterum prius (*s*); tertium poſterius (*t*); quartum inferius (*v*); quintum inter prius & inferius (*w*).

III. Caput in dorſo manus gibbum eſt, & obliquum, tendens à mucrone ſuo deorſum in poſteriora (*x*).

IV. Latus ſuperius dirigitur nonnihil oblique retrorſum (*y*).

Cartilaginoſum, cartilagine continuata cartilagini lateris prioris, & poſterioris (*z*).

Leniter ſinuatum, quadrangulare, ora exteriore & interiore leniter gibbis, priore & poſteriore leniter ſinuatis (*a*).

Committitur (*b*) cum parte poſteriore capituli inferioris oſſis navicularis (*c*).

V. Prius dirigitur antrorſum atque oblique deorſum (*d*).

Car-

(*o*) *Sceleti t.* I. E *in manu ſiniſtra. Et t.* II. ξ *in manu dextra. Et t.* III. b *in manu ſiniſtra. Et hiſtor. muſcul. ic.* IV. 26 27 28 29.

(*p*) *Sceleti t.* I. E *in manu dextra. Et hiſtor. muſcul. ic.* III. 17 18 19.

(*q*) *Oſſium t.* XX. *ic.* XXII. XXIII. XXIV. XXV. XXVI.

(*r*) *Oſſium t.* XX. *ic.* XXII. XXIII. XXV. w.

(*s*) *Oſſium t.* XX. *ic.* XXIV. XXV. XXVI. v.

(*t*) *Oſſium t.* XX. *ic.* XXIII. XXV. u.

(*v*) *Oſſium t.* XX. *ic.* XXIII. XXIV. XXVI. x.

(*w*) *Oſſium t.* XX. *ic.* XXIV. XXVI. *inter* v *&* x.

(*x*) *Oſſium t.* XX. *ic.* XXII. *infra* wu.

(*y*) *Oſſium t.* XX. *ic.* XXII. *&* XXIII. w.

(*z*) *Oſſium t.* XX. *ic.* XXII. XXIII. XXV. w.

(*a*) *Oſſium t.* XX. *ic.* XXV. w.

(*b*) *Sceleti t.* I. *inter* E *&* r *in manibus. Et t.* II. *inter* ξ *&* ε *in manu dextra. Et t.* III. *inter* b *&* V *in manu ſiniſtra. Et hiſtor. muſcul. ic.* IV. *inter* 27 28 *&* 3. *Et ic.* III. *inter* 19 *&* 8. *Et oſſium t.* XXXIV. *ic.* III. q *cum* α.

(*c*) Vide ſupra cap. c. §. v.

(*d*) *Oſſium t.* XX. *ic.* XXIV. XXV. V.

Cartilaginoſum eſt (*e*), continuaque cartilago cartilagini lateris ſuperioris (*f*), &, juxta caput, inferioris (*g*).

Reſpondet autem lateri ſuperiori roſtri multanguli majoris (*h*), cum quo committitur (*i*).

Itaque per longitudinem modice gibbum, per latitudinem ſinuatum (*k*).

Et veluti triangulare: oraque ſuperior brevior, modiceque ſinuata: exterior primum leniter ſinuata, mox modice gibba: inferior, quae ad partem interiorem quoque pertinet, longior, gibba ad partem interiorem, dein ſinuata, poſt rectior (*l*).

VI. Poſterius dirigitur retrorſum (*m*), & cum capitato committitur (*n*).

Cartilaginoſum (*o*), continuaque cartilago cartilagini lateris ſuperioris (*p*) & inferioris (*q*).

Inter partem exteriorem & interiorem ſinuatum, fere quadrangulare; inter partem exteriorem & interiorem longius, ad interiorem manus partem latius, ibique à primo fere gibbum circuitu, inde ſinuatis ſe lateribus anguſtat, quorum inferius excurrit ſu-

(*e*) *Oſſium t.* XX. *ic.* XXIV. XXV. XXVI. V.

(*f*) *Oſſium t.* XX. *ic.* XXV. *inter* v & w.

(*g*) *Oſſium t.* XX. *ic.* XXIV. XXVI. *inter* v & x.

(*h*) Vide ſupra cap. CIV. §. V.

(*i*) *Sceleti t.* I. *inter* E & F *in manibus. Et t.* II. *inter* ξ & o *in manu dextra. Et t.* III. *inter* b & a *in manu ſiniſtra. Et hiſtor. muſcul. ic.* IV. *inter* 26 & 30. *Et ic.* III. *inter* 17 & 16. *Et oſſium t.* XXXIV. *ic.* III. *inter* G q & F o: & *ic.* II. *inter* p & F.

(*k*) *Oſſium t.* XX. *ic.* XXIV. V.

(*l*) *Oſſium t.* XX. *ic.* XXIV. V.

(*m*) *Oſſium t.* XX. *ic.* XXIII. u.

(*n*) *Sceleti t.* I. *inter* E & C *in manibus. Et t.* II. *inter* ξ & μ *in manu dextra. Et t.* III. *inter* b & c *in manu ſiniſtra. Et hiſtoriae muſculorum ic.* IV. *inter* 28 & 25. *Et ic.* III. *inter* 17 & 20. *Et oſſium t.* XXXIV. *ic.* III. *inter* q & u: & *ic.* II. *inter* p & r.

(*o*) *Oſſium t.* XX. *ic.* XXIII. u.

(*p*) *Oſſium t.* XX. *ic.* XXIII. *inter* u & w.

(*q*) *Oſſium t.* XX. *ic.* XXIII. *inter* u & x.

ſuperiore longius, conjungente, terminanteque ora obliqua (*r*).

VII. Inferius deorſum dirigitur (*s*).

Hoc caeteris & longius, & latius, longitudine pertinens à parte exteriore in interiorem (*t*).

Cartilaginoſum (*v*), ac continuum cartilagine cartilagini lateris poſterioris (*w*), & prioris juxta caput (*x*).

Intra partem exteriorem & interiorem juxta eas modice gibbum, medium ſinuatum: intra priorem & poſteriorem gibbum (*y*).

Quodammodo triangulare, vertice ad partem interiorem, baſi ad exteriorem (*z*).

Trianguli latus poſterius inſigniter ſinuatum: prius, & exterius, gibba (*a*). Inque partes exterius fere aequaliter diſtinctum duas, utrasque gibbas: quarum altera terminat partem poſteriorem, altera priorem (*b*).

Metacarpi indicis partem maximam ſuſtinet (*c*).

VIII. Latus denique quintum, quod inter inferius & prius eſt, aliquantum demum à capite incipit, continuaturque mucroni extremo (*d*).

Anguſtum eſt, à primo acutius, mucronem verſus paulatim la-

(*r*) *Oſſium t.* XX. *ic.* XXIII. u.

(*s*) *Oſſium t.* XX. *ic.* XXIII. & XXIV. x.

(*t*) *Oſſium t.* XX. *ic.* XXVI. x.

(*v*) *Oſſium t.* XX. *ic.* XXVI. x.

(*w*) *Oſſium t.* XX. *ic.* XXIII. *inter* x & u.

(*x*) *Oſſium t.* XX. *ic.* XXIV. XXVI. *inter* x & v.

(*y*) *Oſſium t.* XX. *ic.* XXVI. x.

(*z*) *Oſſium t.* XX. *ic.* XXVI. x.

(*a*) *Oſſium t.* XX. *ic.* XXVI. x.

(*b*) *Oſſium t.* XX. *ic.* XXVI. x.

(*c*) *Sceleti t.* I. *inter* E & P *in manibus. Et t.* II. *inter* ξ & χ *in manu dextra. Et t.* III. *inter* b & n *in manu ſiniſtra. Et hiſtor. muſcul. ic.* IV. *inter* 26 & 41 42. *Et ic.* III. *inter* 18 & 44. *Et oſſium t.* XXXIV. *ic.* II. p *ſuſtinet* f.

(*d*) *Oſſium t.* XX. *ic.* XXIV. *inter* x & v.

latius, dirigiturque deorſum & oblique antrorſum, leniter inaequabile (*e*).

IX. Mucro extremus (*f*) intra quinque latera fere quinquangulus, modice gibbus & inaequabilis, pertinet ad partem interiorem manus (*g*).

X. Iis autem partibus, quae praeter cartilaginoſas ſunt, ligamenta affiguntur, quae continent.

CAPUT CVI.

De oſſe capitato carpi.

I. Capitatum caeteris majus, oblongum, craſſum (*h*). Truncum habet, & caput viſendum.

Truncus triangularis (*i*): caput fere quadrangulare (*k*).

A capite craſſeſcit (*l*): craſſeſcit intra partem exteriorem & interiorem magis (*m*), quam intra priorem & poſteriorem (*n*); in exteriorem maxime (*o*).

Ubi deſinit, infra depreſſius, & quaſi triangulare (*p*).

II.

(*e*) *Oſſium t.* XX. *ic.* XXIV. *inter* V *&* X.

(*f*) *Oſſium t.* XX. *ic.* XXIII. XXIV. XXVI.

(*g*) *Sceleti t.* I. E *in manu dextra. Et hiſtoriae muſculorum ic.* III. 17.

(*h*) *Oſſium t.* XX. *ic.* XXVII. XXVIII. XXIX. XXX. XXXI.

(*i*) *Oſſium t.* XX. *ic.* XXVII. XXVIII.

(*k*) *Oſſium t.* XX. *ic.* XXVII. *α β γ*: *& ic.* XXVIII. *α β*.

(*l*) *Oſſium t.* XX. *ic.* XXVII. XXVIII. XXIX. XXX.

(*m*) *Oſſium t.* XX. *ic.* XXIX. *&* XXX.

(*n*) *Oſſium t.* XX. *ic.* XXVII. XXVIII.

(*o*) *Oſſium t.* XX. *ic.* XXIX. XXX.

(*p*) *Oſſium t.* XX. *ic.* XXXI. *γ δ*.

II. Ponitur poſt multangulum minus (*q*).

Caput ſuperius eſt (*r*). Inde trunci latus unum exterius eſt (*s*), alterum prius (*t*), tertium poſterius (*v*): inter quae nimirum ab exteriore parte manus in interiorem anguſtatur (*w*).

III. Caput cartilaginoſum, & praeter partem poſteriorem rotundius (*x*).

Committiturque cum ſinu lunati (*y*), & navicularis (*z*).

Parte ſuperiore, quae intra exteriorem & interiorem maxime gibba (*a*), cum lunato (*b*).

Priore, quae diſtincta ab illa (*c*), cum naviculari (*d*).

IV. Pars autem capitis poſterior una cum latere illo corporis depreſſior eſt, & per longitudinem modice ſinuata (*e*).

Cum eaque pars anguſtior lateris, quae ad dorſum manus eſt, cartilaginoſa eſt (*f*).

Com-

(*q*) *Sceleti t.* I. C D *in manibus. Et t.* II. μ ν *in manu dextra. Et t.* III. c *in manu ſiniſtra. Et hiſtor. muſcul. ic.* IV. 21 22 23 24 25. *Et ic.* III. 20 21 21 22.

(*r*) *Oſſium t.* XX. *ic.* XXVII. XXVIII. XXIX. XXX. α β.

(*s*) *Oſſium t.* XX. *ic.* XXVIII. *infra* α β.

(*t*) *Oſſium t.* XX. *ic.* XXX. XXVIII. z.

(*v*) *Oſſium t.* XX. *ic.* XXIX. y, & *infra* α: & *ic.* XXVII. y.

(*w*) *Oſſium t.* XX. *ic.* XXVII.

(*x*) *Oſſium t.* XX. *ic.* XXVII. XXVIII. XXIX. XXX. α β.

(*y*) Vide ſupra cap. CI. §. IV.

(*z*) Vide ſupra cap. C. §. VI.

(*a*) *Oſſium t.* XX. *ic.* XXVII. XXVIII. XXIX. XXX. α.

(*b*) *Sceleti t.* I. *inter* C & u *in manibus. Et t.* II. *inter* μ & ζ *in manu dextra. Et hiſtoriae muſculorum ic.* IV. *inter* 22 & 9. *Et ic.* III. *inter* 21 21 & 5. *Et oſſium t.* XXXIV. *ic.* III. V *cum* γ.

(*c*) *Oſſium t.* XX. *ic.* XXVII. XXVIII. XXX. β.

(*d*) *Sceleti t.* I. *inter* D & r *in manibus. Et t.* II. *inter* ν & γ *in manu dextra. Et hiſtor. muſcul. ic.* IV. *inter* 22 & 4. *Et ic.* III. *inter* 21 & 9. *Et oſſium t.* XXXIV. *ic.* II. u *cum* β.

(*e*) *Oſſium t.* XX. *ic.* XXIX. y, & *infra* α.

(*f*) *Oſſium t.* XX. *ic.* XXIX. y.

Committitur iis partibus cum parte priore cuneiformis (*g*).

v. Latus autem illud à capite lateſcit, in exteriorem partem maxime, ubi veluti mucrone excurrit deorſum (*h*).

Praeterque partem cartilaginoſam ſupradictam (*i*) inaequabile eſt (*k*).

vi. Latus prius breve eſt, anguſtum, & à capite nonnihil lateſcit (*l*).

Partim inaequabile eſt, nimirum juxta partem interiorem (*m*).

De caetero cartilaginoſum (*n*).

vii. Pars cartilaginoſa juxta dorſum manus ponitur (*o*), ſupra continuata cartilaginoſae capitis (*p*); infra, cartilaginoſae imae (*q*).

Leniter recipitur (*r*) per latus poſterius multanguli minoris (*s*).

Cui reſpondet, inter partem exteriorem & interiorem gibba longiorque, ad interiorem manus partem latior: & circuitu fere gibba à primo, inde ſinuatis lateribus anguſtat ſe, excurritque inferius ſuperiore longius, terminaturque ora obliqua (*t*).

VIII.

(*g*) *Sceleti t.* I. *inter* C *&* Z *in manibus. Et t.* II. *inter* ν μ *&* λ κ *in manu dextra. Et hiſtor. muſcul. ic.* IV. *inter* 23 *&* 20. *Et ic.* III. *inter* 20 *&* 23. *Et oſſium t.* XXXIV. *ic.* III. *inter* v H *&* y I: *& ic.* II. *inter* H t *&* I w.

(*h*) *Oſſium t.* XX. *ic.* XXIX.

(*i*) Vide ſupra §. IV.

(*k*) *Oſſium t.* XX. *ic.* XXIX. *à latere* y.

(*l*) *Oſſium t.* XX. *ic.* XXX.

(*m*) *Oſſium t.* XX. *ic.* XXX. *&* XXVII. *juxta* z.

(*n*) *Oſſium t.* XX. *ic.* XXX. & XXVII. Z.

(*o*) *Oſſium t.* XX. *ic.* XXX. Z.

(*p*) *Oſſium t.* XX. *ic.* XXX. *inter* z *&* β.

(*q*) *Oſſium t.* XX. *ic.* XXX. *inter* z *&* γ.

(*r*) *Sceleti t.* I. *inter* C *&* E *in manibus. Et t.* II. *inter* μ *&* ξ *in manu dextra. Et hiſtor. muſcul. ic.* IV. *inter* 25 *&* 28 29. *Et ic.* III. *inter* 20 *&* 17. *Et oſſium t.* XXXIV. *ic.* III. *inter* u *&* q: *& ic.* II. *inter* r *&* p.

(*s*) Vide ſupra cap. CV. §. VI.

(*t*) *Oſſium t.* XX. *ic.* XXX. Z.

viii. Angulus interior, in quem latus prius & poſterius conveniunt, craſſus, gibbus, inaequabilis (*v*).

Ad manus partem interiorem eſt (*w*).

ix. Látus exterius à capite ſinuatum, deinde gibbum, & inaequabile (*x*).

A capite fere ſenſim latius, infra terminatur ora obliqua, leniter gibba, in poſteriora deſcendente; in quam partem intra oram poſteriorem & inferiorem excurrit mucrone (*y*).

In dorſo manus eſt (*z*).

x. Infra planities inaequabilis eſt, cartilaginoſa, triangularis, ut truncus: circuitusque latera gibba ſunt, quorum unum exterius, alterum prius, tertium poſterius (*a*).

Dirigitur deorſum (*b*).

Diſtincta autem in partes duas (*c*), priorem & poſteriorem, diſcrimine gibbo continuatas.

xi. Prior ſecundum oram priorem, oblonga, anguſta, fere ovata, leniter ſinuata, directaque oblique antrorſum (*d*): eaque continua cartilagini lateris prioris (*e*).

Committitur cum metacarpo indicis (*f*).

xii.

(*v*) *Oſſium t.* xx. *ic.* xxvii. *infra* α.

(*w*) *Sceleti t.* i. C *in manu dextra. Et hiſtoriae muſculorum ic.* iii. 20.

(*x*) *Oſſium t.* xx. *ic.* xxviii. *infra* α: & *ic.* xxx. *infra* β.

(*y*) *Oſſium t.* xx. *ic.* xxviii. *infra* α.

(*z*) *Sceleti t.* i. C *in manu ſiniſtra. Et t.* ii. μ *in manu dextra. Et t.* iii. c *in manu ſiniſtra. Et hiſtor. muſcul. ic.* iv. 21.

(*a*) *Oſſium t.* xx. *ic.* xxxi. γ δ.

(*b*) *Oſſium t.* xx. *ic.* xxvii. xxviii. xxix. δ, & xxx. γ.

(*c*) *Oſſium t.* xx. *ic.* xxxi. γ, δ.

(*d*) *Oſſium t.* xx. *ic.* xxxi. xxx. γ.

(*e*) *Oſſium t.* xx. *ic.* xxx. *inter* γ & z.

(*f*) *Sceleti t.* i. *inter* C & P *in manu dextra. Et hiſtor. muſcul. ic.* iii. *inter* 20 & 44 45. *Et oſſium t.* xxxiv. *ic.* ii. r *cum* g.

XII. Poſterior longe major, triangularis, circuitu ſecundum partem priorem ſinuata, ad dorſum manus latusque poſterius gibba (*g*).

Infra ſecundum partem exteriorem, quae in dorſo manus eſt, gibba, dein in interiorem leniter ſinuata (*h*).

Qua committitur cum metacarpo digiti medii (*i*).

XIII. Aliis ultimus angulus exterior infra planities cartilaginoſa parva eſt, deorſum & oblique retrorſum directa (*k*).

Committiturque cum metacarpo annularis (*l*).

XIV. Partibusque, quae praeter cartilaginoſas ſunt, adhaerent ligamenta continentia.

CAPUT CVII.

De oſſe cuneiformi carpi.

I. Hoc capitato aliquanto minus, ſimileque cuneo brevi, baſi craſſa (*m*).

II. Ponitur poſt capitatum, in poſteriore parte manus (*n*). Acuta pars ſuperior: baſis inferior (*o*).

La-

(*g*) *Oſſium t.* XX. *ic.* XXXI. δ.

(*h*) *Oſſium t.* XX. *ic.* XXXI. δ.

(*i*) *Sceleti t.* I. *inter* C & Q *in manibus. Et t.* II. *inter* μ & ψ *in manu dextra. Et hiſtor. muſcul. ic.* IV. *inter* 24 & 45. *Et ic.* III. *inter* 22 & 39. *Et oſſium t.* XXXIV. *ic.* II. s *cum* h.

(*k*) *Oſſium t.* XXXIV. *ic.* II. t.

(*l*) *Oſſium t.* XXXIV. *ic.* II. t *cum* i.

(*m*) *Oſſium t.* XX. *ic.* XXXII. XXXIII. XXXIV. XXXV. XXXVI.

(*n*) *Sceleti t.* I. z A A B, z *in manibus. Et t.* II. κ λ *in manibus. Et t.* III. d e f *in manu dextra. Et hiſtor. muſcul. ic.* IV. 17 18 19 20. *Et ic.* III. 23 23 24 25 26 26 27.

(*o*) *Oſſium t.* XX. *ic.* XXXII. XXXIII. XXXIV. XXXV.

Laterum obliquorum alterum prius (*p*), alterum poſterius (*q*): prius rectius (*r*).

Rectorum exterius alterum (*s*), alterum interius (*t*): eaque triangularia.

III. Latus prius depreſſius, perque altitudinem modice gibbum (*v*).

Supra cartilaginoſum eſt, circuitu rotundiore (*w*): indeque continue cartilaginoſum ſecundum oram quae juxta dorſum manus eſt (*x*).

Eaque parte committitur (*y*) cum reſpondente parte capitati (*z*).

Caeterum inaequabile (*a*).

IV. Latus poſterius ſupra cartilaginoſum totum eſt: excurritque cartilago deorſum, tanquam cornu, ſic ut libera ibi ab ea ſit pars lateris interior, angulusque exterior (*b*).

Pars autem illa lateris interior leniter ſinuata eſt: angulus eminet (*c*).

V. Gibba eſt pars cartilaginoſa, diſtinctaque in partes duas, interiorem & exteriorem, diſcrimine ſinuato continuatas: quarum in-

(*p*) *Oſſium t.* XX. *ic.* XXXV.
(*q*) *Oſſium t.* XX. *ic.* XXXIV.
(*r*) *Oſſium t.* XX. *ic.* XXXII. & XXXIII.
(*s*) *Oſſium t.* XX. *ic.* XXXIII.
(*t*) *Oſſium t.* XX. *ic.* XXXII.
(*v*) *Oſſium t.* XX. *ic.* XXXV. ε, & *infra* ε.
(*w*) *Oſſium t.* XX. *ic.* XXXV. ε *pars ſuperior.*
(*x*) *Oſſium t.* XX. *ic.* XXXV. ε *pars inferior.*
(*y*) *Sceleti t.* I. *inter* Z & C *in manibus. Et t.* II. *inter* κλ & μν *in manu dextra. Et hiſtoriae muſculorum ic.* IV. *inter* 20 & 23. *Et ic.* III. *inter* 23 & 20. *Et oſſium t.* XXXIV. *ic.* III. *inter* y I & v H: & *ic.* II. *inter* I w & H t.
(*z*) Vide ſupra cap. CVI. §. IV.
(*a*) *Oſſium t.* XX. *ic.* XXXV. *infra* ε.
(*b*) *Oſſium t.* XX. *ic.* XXXIV. ηζ.
(*c*) *Oſſium t.* XX. *ic.* XXXIV. *ab utraque latere* ζ.

interior major, gibba: exterior ſecundum partem exteriorem, id eſt dorſum manus, oblonga, anguſta, ſupra gibba, infra ſinuata (*d*).

Parte majore (*e*) cum triquetro (*f*) committitur (*g*). Superiore (*h*) committitur (*i*) cum lunato (*k*).

VI. Circuitus acutae partis, in quam latera illa obliqua ſupra deſinunt, gibbus eſt, juxta manus internam partem rotundior, inde in externam declivis (*l*). Nempe reſpondet formae capitis capitati, ad quod pertinet (*m*).

Quo in circuitu continuae ſunt partes cartilaginoſae laterum obliquorum (*n*).

VII. Latus exterius leniter gibbum, & inaequabile eſt (*o*), pertinetque ad dorſum manus (*p*).

VIII. Latus interius anguſtius & depreſſius (*q*), pertinet ad manus interiora (*r*).

IX. Interius autem illud infra juxta partem poſteriorem migrat in proceſſum (*s*).

Is

(*d*) *Oſſium t.* XX. *ic.* XXXIV. *η ζ.*

(*e*) *Oſſium t.* XX. *ic.* XXXIV. *ζ.*

(*f*) Vide ſupra cap. CII. §. V.

(*g*) *Sceleti t.* I. *inter* Z *&* X *in manibus. Et t.* II. *inter λ & η in manibus. Et t.* III. *inter* e *&* XY *in manu dextra. Et hiſtor. muſcul. ic.* IV. *inter* 18 *&* 14 15. *Et ic.* III. *inter* 23 *&* 2. *Et oſſium t.* XXXIV. *ic.* III. y *cum δ.*

(*h*) *Oſſium t.* XX. *ic.* XXXIV. *η.*

(*i*) *Sceleti t.* I. *inter* A *ſuper. &* u *in manu dextra. Et t.* II. *inter λ & ζ in manu dextra. Et hiſtor. muſcul. ic.* IV. *inter* 18 *&* 6. *Et ic.* III. *inter* 26 *ſuper. &* 5. *Et oſſium t.* XXXIV. *ic.* III. y *cum γ.*

(*k*) Vide ſupra cap. CI. §. IV.

(*l*) *Oſſium t.* XX. *ic.* XXXII. XXXIII. XXXIV. XXXV.

(*m*) *Oſſium t.* XXXIV. *ic.* III. y.

(*n*) *Oſſium t.* XX. *ic.* XXXII. XXXIII.

(*o*) *Oſſium t.* XX. *ic.* XXXIII. *infra ζ.*

(*p*) *Sceleti t.* I. Z *in manu ſiniſtra. Et t.* II. *κ in manu dextra. Et hiſtor. muſcul. ic.* IV. 17.

(*q*) *Oſſium t.* XX. *ic.* XXXII.

(*r*) *Sceleti t.* I. Z *in manu dextra. Et hiſtor. muſcul. ic.* III. 23 23.

(*s*) *Oſſium t.* XX. *ic.* XXXII. XXXIV. XXXV. XXXVI. *κ.*

Is in interiora eminet deſcendens modice (*t*), per longitudinem aduncus, ante ſinuatus, retro gibbus, ſatis latus, directa latitudine antrorſum & retrorſum, primum aliquantum anguſtans ſe, mox lateſcens leniter, extremo rotundato (*v*).

Sinum carpi terminat (*w*).

x. Supereſt hujus oſſis pars inferior, quae tota cartilaginoſa eſt (*x*).

Longius ibi intra partem priorem & poſteriorem, quam latius intra exteriorem & interiorem, circuitu generaliter rotundo (*y*).

Intra partem exteriorem & interiorem ſinuatum. Intra priorem & poſteriorem fere gibbum, circa medium maxime (*z*): eoque diſtinctum in partes duas, priorem (*a*), & poſteriorem (*b*), quarum prior oblique antrorſum directa eſt, poſterior retrorſum.

Prior poſteriore minor, diſterminanturque termino rotundo, à parte prioris cavo, ab altera gibbo, caetero circuitu rotundiores (*c*).

Prior ad partem exteriorem gibba, inde ſinuata (*d*).

Poſterior intra partem exteriorem & interiorem ſinuata, intra priorem & poſteriorem gibba (*e*).

Quae committuntur cum metacarpi oſſibus duobus: prior cum illo,

(*t*) *Oſſium t.* XX. *ic.* XXXII. XXXIV. XXXV. *κ*.

(*v*) *Oſſium t.* XX. *ic.* XXXIV. XXXV. *κ*.

(*w*) *Sceleti t.* I. B *in manu dextra. Et t.* II. λ *in manu ſiniſtra. Et. hiſtor. muſcul. ic.* III. 25.

(*x*) *Oſſium t.* XX. *ic.* XXXVI. θ ι.

(*y*) *Oſſium t.* XX. *ic.* XXXVI. θ, ι.

(*z*) *Oſſium t.* XX. *ic.* XXXVI. θ ι.

(*a*) *Oſſium t.* XX. *ic.* XXXVI. θ.

(*b*) *Oſſium t.* XX. *ic.* XXXVI. ι.

(*c*) *Oſſium t.* XX. *ic.* XXXVI. θ, ι.

(*d*) *Oſſium t.* XX. *ic.* XXXVI. θ.

(*e*) *Oſſium t.* XX. *ic.* XXXVI. ι.

illo, quod annularis eſt (*f*); poſterior cum illo, quod auricularis (*g*).

XI. Denique hujus quoque partibus, quae cartilaginoſae non ſunt, adhaerent quae continent ligamenta.

CAPUT CVIII.

De metacarpo.

I. A carpo, non ſecus atque à tarſo, oſſa quinque ad digitos procedunt, alia poſita juxta alia: è quibus metacarpus eſt (*h*).

Ea quoque oblonga, ſed ad longitudinis rationem craſſa: extremaque utrimque capita craſſiora truncis, magisque ſpongioſa (*i*).

II. Metacarpi autem partes duae ſunt: quarum altera ad manum, quam proprie vocare poſſumus, pertinet (*k*), altera ad pollicem (*l*).

(*f*) *Sceleti t.* I. *inter* z & R *in manibus. Et t.* II. *inter* κ & ω *in manu dextra. Et hiſtor. muſcul. ic.* IV. *inter* 17 & 48. *Et ic.* III. *inter* 24 & 34. *Et oſſium t.* XXXIV. *ic.* II. w *cum* k.

(*g*) *Sceleti t.* I. *inter* A *infer.* & S *in manu dextra. Et t.* II. *inter* κ & Γ *in manibus. Et hiſtor. muſcul. ic.* IV. *inter* 19 & 49. *Et ic.* III. *inter* 27 & 29. *Et oſſium t.* XXXIV. *ic.* II. x *cum* l.

(*h*) *Sceleti t.* I. GHP — T *in manibus. Et t.* II. π ϱ χ — Δ *in manibus. Et t.* III. g h n — r *in manibus.*

(*i*) *Oſſium t.* XXI. *ic.* I — IV, VII — X, XIII — XVI, XIX — XXII, XXV — XXVIII.

(*k*) *Sceleti t.* I. P — T *in manibus. Et t.* II. χ — Δ *in manibus. Et t.* III. n — r *in manibus.*

(*l*) *Sceleti t.* I. GH *in manibus. Et t.* II. π ϱ *in manibus. Et t.* III. gh *in manibus.*

CAPUT CIX.

De metacarpo manus.

I. Metacarpi manus oſſa ſunt quatuor (*m*).

Eorum primum & ſecundum, hoc eſt indicis & medii, fere ſunt longitudine aequalia inter ſe, ſecundo aliquanto breviore (*n*): tertium (*o*) ſecundo brevius, tertio quartum (*p*).

Prima duo craſſiora, quam poſtrema (*q*).

Communia quoque his alia, alia propria ſingulis.

II. Communia.

Capitibus incipiunt angulofis, inaequabilibus (*r*).

Vertex capitibus cartilaginoſus (*s*): quo committuntur cum carpo (*t*), articulo obſequente.

III. Ab iis paulatim gracileſcunt, rurſusque paulatim inſigniterque craſſeſcunt, donec in capita deſinant ſatis magna (*v*).

Per longitudinem intra partem priorem & poſteriorem recta (*w*).

Per

(*m*) *Sceleti t.* I. P, Q, R, S *in manibus. Et t.* II. χ, ψ, ω, Γ *in manibus. Et t.* III. n, p, q, r *in manibus.*

(*n*) *Oſſium t.* XXI. *ic.* VII—X. & XIII—XVI.

(*o*) *Confer ic.* XIX—XXII. *cum* XIII—XVI.

(*p*) *Confer ic.* XXV—XXVIII. *cum* XIX—XXII.

(*q*) *Oſſium t.* XXI. *ic.* VII—XII, XIII—XVIII, XIX—XXIV, XXV—XXX.

(*r*) *Oſſium t.* XXI. *ic.* VII. VIII. IX. X: XIII. XIV. XV. XVI: XIX. XX. XXI. XXII: XXV. XXVI. XXVII. XXVIII.

(*s*) *Oſſium t.* XXI. *ic.* XI. XVII. XXIII. XXIX.

(*t*) *Sceleti t.* I. II. III. *Et hiſtoriae muſculorum ic.* III. & IV.

(*v*) *Oſſium t.* XXI. *ic.* VII. VIII. IX. X: XIII. XIV. XV. XVI: XIX. XX. XXI. XXII: XXV. XXVI. XXVII. XXVIII.

(*w*) *Oſſium t.* XXI. *ic.* VII. VIII: XIII. XIV: XIX. XX: XXV. XXVI.

Per eandem intra exteriorem & interiorem leniter gibba extrinſecus, ex interiore parte, ubi ad volam ſunt, ſinuata, & quidem magis (*x*).

Forma generaliter tereti ſimilia (*y*), ſed ad dorſum manus depreſſiora (*z*), caeterumque aptata ad muſculos adjectos.

IV. Capita inferiora admodum gibba ſunt, lateribus depreſſis, & ſinuatis (*a*).

V. Eadem ab exteriore manus parte per imum in interiorem orbiculata, & cartilaginoſa ſunt (*b*).

Perque hunc tractum ſenſim usque ad imum lateſcunt, indeque magis (*c*).

Perque interiorem partem ſurſum excurrunt utrimque mucrone, juxta priorem partem altero, altero juxta poſteriorem (*d*): inter quos finis ſinuatus eſt.

Parte hac orbiculata digitos ſuſtinent (*e*), articulis mobilibus.

VI. Eadem juxta exteriorem partem tum ante tum retro deſi-

(*x*) *Oſſium t.* XXI. *ic.* IX. X: XV. XVI: XXI. XXII: XXVII. XXVIII.

(*y*) *Oſſium t.* XXI. *ic.* VII. VIII. IX. X: XIII. XIV. XV. XVI: XIX. XX. XXI. XXII: XXV. XXVI. XXVII. XXVIII.

(*z*) *Oſſium t.* XXI. *ic.* VIII. XIV. XX. XXVI.

(*a*) *Oſſium t.* XXI. *ic.* VII. VIII. IX. X. XII: XIII. XIV. XV. XVI. XVIII: XIX. XX. XXI. XXII. XXIV: XXV. XXVI. XXVII. XXVIII. XXX.

(*b*) *Oſſium t.* XXI. *ic.* VII. VIII. IX. X. XII: XIII. XIV. XV. XVI. XVIII: XIX. XX. XXI. XXII. XXIV: XXV. XXVI. XXVII. XXVIII. XXX. h.

(*c*) *Oſſium t.* XXI. *ic.* XII. XVIII. XXIV. XXX. h.

(*d*) *Oſſium t.* XXI. *ic.* VII. XIII. XIX. XXV. h.

(*e*) *Sceleti t.* I. *inter* P *&* X, *&* Q *&* Y, *&* R *&* Z, *&* S *&* Г *in manibus. Et t.* II. *inter* χ *&* Π, *&* ψ *&* Ξ, *&* ω *&* Λ, *&* Γ *&* Θ *in manibus. Et t.* III. *inter* p *&* u, *&* q *&* t, *&* r *&* s *in manu dextra: & inter* n o *&* v *in ſiniſtra. Et hiſtor. muſcul. ic.* III. *inter* 46 *&* 49, *&* 42 *&* 49, *&* 37 *&* 49, *&* 31 *&* 49.

ſinunt in tuberculum, extremo depreſſiore directoque deorſum, ſed oblique, illic in priora, hic in poſteriora (*f*).

Affiguntur ligamenta lateralia, per quae digiti alligantur.

CAPUT CX.

De metacarpo indicis.

I. Metacarpo autem indicis (*g*) propria haec.

Caput ſuperius quaſi triangulare eſt (*h*): latusque unum exterius, alterum prius idemque interius, tertium poſterius.

Gibba ſunt, ſed poſterius minus.

II. Vertex cartilaginoſus inaequabilis eſt (*i*), exſtantibus cacuminibus duobus: acuminato altero, juxta angulum priorem (*k*); altero ſecundum latus poſterius lato (*l*).

III. Inter cacumina ſinuatus intra partem priorem & poſteriorem, intra exteriorem & interiorem leniter ſinuatus juxta utramque, medius gibbus (*m*).

Quo ſinu committitur (*n*) cum latere inferiore multanguli minoris (*o*), articulo vix mobili.

IV.

(*f*) *Oſſium t.* XXI. *ic.* IX. X: XV. XVI: XXI. XXII: XXVII. XXVIII. n.

(*g*) *Oſſium t.* XXI. *ic.* VII — XII.

(*h*) *Oſſium t.* XXI. *ic.* XI.

(*i*) *Oſſium t.* XXI. *ic.* XI. i k l.

(*k*) *Oſſium t.* XXI. *ic.* XI. i.

(*l*) *Oſſium t.* XXI. *ic.* XI. l.

(*m*) *Oſſium t.* XXI. *ic.* XI. & VII. k.

(*n*) *Sceleti t.* I. *inter* P & E *in manibus. Et t.* II. *inter* χ & ξ *in manu dextra. Et t.* III. *inter* n & b *in manu ſiniſtra. Et hiſtoriae muſculorum ic.* IV. *inter* 41 42 & 26. *Et ic.* III *inter* 44 & 18. *Et oſſium t.* XXXIV. *ic.* II. f *cum* p.

(*o*) Vide ſupra cap. CV. §. VII.

IV. In interiore parte cacuminis prioris ſinus eſt exiguus, cum vertice reliquo cartilaginoſus, circuitu ſupra ad verticem rectiore, deinde rotundo (*p*).

Directus oblique ſurſum antrorſumque (*q*).

Committitur (*r*) cum extremo roſtro multanguli majoris (*s*).

V. Poſterior pars cacuminis poſterioris leniter gibba eſt, fereque per latitudinem ejus ovata, ac cum vertice cartilaginoſa (*t*).

Committitur (*v*) cum parte illa capitati imi, quae ſecundum oram ejus priorem eſt (*w*).

VI. Caput poſteriore in latere ſupra ſecundum oram leniter prominulum eſt, totumque cartilaginoſum (*x*), continue cum cartilagine verticis (*y*).

Eaque parte cum reſpondente lateris prioris capitis ſuperioris metacarpi medii committitur (*z*).

Per longitudinem, hoc eſt, inter partem exteriorem & interiorem gibba eſt, caeterum depreſſior (*a*).

Circuitu ſupra rectior, infra ſinuata media, inde tum in interiorem partem, tum in exteriorem gibba, ut infra procurrat par-

(*p*) *Oſſium t.* XXI. *ic.* XI. i.

(*q*) *Oſſium t.* XXI. *ic.* VII. i.

(*r*) *Sceleti t.* I. *inter* P & F *in manu ſiniſtra. Et t.* II. *inter* χ & o *in manu dextra. Et t.* III. *inter* n & a *in manu ſiniſtra. Et hiſtor. muſcul. ic* IV. *inter* 41 & 30. *Et oſſium t.* XXXIV. *ic.* II. e *cum* n.

(*s*) Vide ſupra cap. CIV. §. VI.

(*t*) *Oſſium t.* XXI. *ic.* XI. VII. IX. l.

(*v*) *Sceleti t.* I. *inter* P & C *in manu dextra. Et hiſtor. muſcul. ic.* III. *inter* 44 45 & 20. *Et oſſium t.* XXXIV. *ic.* II. g *cum* r.

(*w*) Vide ſupra cap. CVI. §. XI.

(*x*) *Oſſium t.* XXI. *ic.* IX. & VIII. m.

(*y*) *Oſſium t.* XXI. *ic.* IX. *inter* m & l.

(*z*) *Sceleti t.* I. *inter* P & Q *in manu dextra. Et t.* II. *inter* χ & ✓ *in manu dextra. Et hiſtor. muſcul. ic.* IV. *inter* 43 & 44. *Et ic.* III. *inter* 45 & 41. *Et oſſium t.* XXXIV. *ic.* II. *inter* g & h.

(*a*) *Oſſium t.* XXI. *ic.* IX. m.

partibus duabus, ubi finiuntur gibbis; quarum quae ad interiorem partem eſt, major eſt (*b*).

vii. Trunco à priori parte (*c*) inſidet interoſſeus prior indicis.

Ea parte pertinet quoque ad partem interiorem (*d*), & ſupra etiam ad exteriorem (*e*).

Supra ex transverſo gibba, infra depreſſior (*f*).

viii. Parte poſteriore depreſſior eſt (*g*), inſidetque interoſſeus indicis poſterior.

ix. Eademque ſupra juxta partem exteriorem, cum ea depreſſior eſt (*h*): ubi inſidet caput tenuius interoſſei prioris digiti medii.

x. Ex interiore parte trunci pars depreſſior prior poſteriorque, quibus interoſſei inſident, maximam partem non niſi acuta ſpina diſcriminantur, ubi contingunt ſe inter ſe per longitudinem mediam. Verum ab extrema inter easdem ſpina lateſcit, ſupra in caput ſuperius, infra in inferius, ſupra teretior, infra depresſior (*i*).

xi. Idem ab exteriore parte depreſſior, infraque latior, ſurſum inter adjacentem depreſſiorem partem priorem & poſteriorem, quibus interoſſei inſident, anguſtior & anguſtior, in fine rurſus aliquantum lateſcens (*k*).

xii. Interiore in parte radicis capitis ſuperioris tuberculum eſt

(*b*) *Oſſium t.* xxi. *ic.* ix. m.
(*c*) *Oſſium t.* xxi. *ic.* x. o.
(*d*) *Oſſium t.* xxi. *ic.* vii. o.
(*e*) *Oſſium t.* xxi. *ic.* viii. o.
(*f*) *Oſſium t.* xxi. *ic.* x. o.
(*g*) *Oſſium t.* xxi. *ic.* ix. vii. viii. p.
(*h*) *Oſſium t.* xxi. *ic.* viii. & ix. q.
(*i*) *Oſſium t.* xxi. *ic.* vii. *inter* o & p.
(*k*) *Oſſium t.* xxi. *ic.* viii. *inter* o & q.

eſt transverſum, & inaequabile (*l*): cui tendo radialis interni affigitur.

XIII. Caput idem à priori eademque exteriore parte triangulare & depreſſius, ſupra in mucronem deſinens, qui eſt verticis cacumen prius: eaque pars obliqua eſt, in poſteriorem introrſum acclivis (*m*).

Ubi affigitur tendo radialis externi longioris.

XIV. Caeterum inaequabili neque cartilaginoſae capitis ejusdem parti affiguntur ligamenta continentia.

CAPUT CXI.

De metacarpo digiti medii.

I. Metacarpo digiti medii (*n*) propria.

Caput ſuperius quadrangulare (*o*).

Latus unum exterius, ad dorſum manus: alterum interius: tertium prius: quartum poſterius.

Intra prius & poſterius ab exteriore in interius ſenſim aliquantum tenuius (*p*).

Exterius (*q*), & interius (*r*) leniter gibba, & inaequabilia.

Prius (*s*), & poſterius (*t*), depreſſa, leniter ſinuata, & partim cartilaginoſa, partim inaequabilia.

II.

(*l*) *Oſſium t.* XXI. *ic.* VII. r.
(*m*) *Oſſium t.* XXI. *ic.* X. & VIII. s.
(*n*) *Oſſium t.* XXI. *ic.* XIII — XVIII.
(*o*) *Oſſium t.* XXI. *ic.* XIII — XVII.
(*p*) *Oſſium t.* XXI. *ic.* XVII.
(*q*) *Oſſium t.* XXI. *ic.* XIV.
(*r*) *Oſſium t.* XXI. *ic.* XIII.
(*s*) *Oſſium t.* XXI. *ic.* XVI.
(*t*) *Oſſium t.* XXI. *ic.* XV.

II. Vertex cartilaginoſus depreſſior eſt, niſi quod angulus inſigniter ſupereminet, qui ad dorſum manus à priori parte eſt, mucronis ſpecie (*v*).

Vertex ſecundum dorſum manus ſinuatus, inde in interiorem partem leniter gibbus (*w*).

Committitur (*x*) cum parte majore capitati imi (*y*), articulo parum mobili.

III. Laterum prius ſecundum oram ſuperiorem cartilaginoſum eſt (*z*), continue cum vertice (*a*): intra partem exteriorem & interiorem ſinuatum, de reliquo depreſſius (*b*).

Circuitus partis hujus ſupra ſinuatus, infra medius diviſus in partes duas, quarum circuitus rotundus, ea, quae ad partem internam eſt, majore (*c*).

Committitur (*d*) cum parte cartilaginoſa lateris poſterioris capitis ſuperioris metacarpi indicis (*e*), quae reſpondet.

IV. In latere poſteriore ſupra ſinus eminentes cartilaginoſosque habet duos, intervallo modico, eoque ſinuato, ſeparatos: alterum ad partem exteriorem, alterum ad interiorem, quorum hic major eſt (*f*).

Ovati ſunt, ac longiore parte jacent ſecundum longitudinem oſſis (*g*).

Per-

(*v*) *Oſſium t.* XXI. *ic.* XVII. XIII. XIV. XV. XVI. t.

(*w*) *Oſſium t.* XXI. *ic.* XVII. t.

(*x*) *Sceleti t.* I. *inter* Q & C *in manibus.* *Et t.* II. *inter* ♃ & μ *in manu dextra.* *Et hiſtoriae muſculorum ic.* IV. *inter* 45 & 24. *Et ic.* III. *inter* 39 & 22. *Et oſſium t.* XXXIV. *ic.* II. h *cum* s.

(*y*) Vide ſupra cap. CVI. §. XII.

(*z*) *Oſſium t.* XXI. *ic.* XVI. & XIII. u.

(*a*) *Oſſium t.* XXI. *ic.* XIII. *inter* u & t.

(*b*) *Oſſium t.* XXI. *ic.* XVI. u.

(*c*) *Oſſium t.* XXI. *ic.* XVI. u.

(*d*) *Sceleti t.* I. *inter* Q & P *in manibus.* *Et t.* II. *inter* ♃ & χ *in manu dextra.* *Et hiſtor. muſcul. ic.* IV. *inter* 44 & 43. *Et ic.* III. *inter* 41 & 45. *Et oſſium t.* XXXIV. *ic.* II. *inter* h & g.

(*e*) Vide ſupra cap. CX. §. VI.

(*f*) *Oſſium t.* XXI. *ic.* XV. v, v.

(*g*) *Oſſium t.* XXI. *ic.* XV. v, v.

Perque ſinuatam lateris formam alter in alterum nonnihil obliquus eſt, ut exterior dirigatur aliquantum introrſum, interior extrorſum (*h*).

Committuntur cum capitulis, quae in latere priore ſunt capitis ſuperioris metacarpi annularis (*i*).

V. Trunci parti priori inſidet caput craſſius interoſſei prioris digiti medii.

Eaque pars, ſicuti in metacarpo indicis, ad interiorem quoque pertinet, ſupraque etiam ad exteriorem (*k*).

Ac ſupra ſimiliter gibba ex transverſo, infra depreſſior (*l*).

VI. Pars poſterior ſedes eſt capitis craſſioris interoſſei poſterioris digiti medii.

Depreſſior haec, ſupra flectit ſe quoque in partem externam (*m*).

VII. Trunci ejusdem pars interior (*n*) exteriorque (*o*) reſpondent partibus iisdem metacarpi indicis (*p*).

VIII. In capite ſuperiore extrinſecus ad radicem mucronis nota inaequabilis eſt (*q*): ubi tendo radialis externi brevioris affigitur.

Caeterum inaequabili parti capitis illius ligamenta adhaerent, quae continent.

(*h*) *Oſſium t.* XXI. *ic.* XV. V, V.

(*i*) *Sceleti t.* I. *inter* Q & R *in manibus. Et t.* II. *inter* ♀ & ω *in manu dextra. Et t.* III. *inter* p & q *in manu dextra. Et hiſtor. muſcul. ic.* IV. *inter* 46 & 47. *Et ic.* III. *inter* 40 & 36. *Et oſſium t.* XXXIV. *ic.* II. *inter* h & i.

(*k*) *Oſſium t.* XXI. *ic.* XVI. XIII. XIV. W.

(*l*) *Oſſium t.* XXI. *ic.* XVI. W.

(*m*) *Oſſium t.* XXI. *ic.* XV. XIV. X.

(*n*) *Oſſium t.* XXI. *ic.* XIII. *inter* W & X.

(*o*) *Oſſium t.* XXI. *ic.* XIV. *inter* W & X.

(*p*) Vide ſupra cap. CX. §. X. & XI.

(*q*) *Oſſium t.* XXI. *ic.* XIV. & XVI. Y.

CA-

CAPUT CXII.

De metacarpo digiti annularis.

I. Propria metacarpo digiti annularis (*r*).

Caput ſuperius quadrangulare (*s*).

Latera: exterius, interius, prius, poſterius.

Ab exteriore in interius fit ſenſim aliquantum tenuius (*t*).

Exterius ad dorſum manus eſt (*v*), interius ad partem interiorem (*w*): utrumque depreſſum, inaequabile (*x*).

Prius ab exteriore parte in interiorem modice gibbum (*y*), poſterius ſinuatum (*z*): utrumque ex parte cartilaginoſum, de reliquo inaequabile.

II. Verticis pars major, eaque poſterior, cartilaginoſa eſt (*a*).

Lata, effigie lunae creſcentis, ſinu in ora poſteriore, ab exteriore parte in interiorem per longitudinem primum ſinuata, dein gibba (*b*).

Ponitur oblique, directa retrorſum (*c*).

Committitur (*d*) cum parte priore imi cuneiformis (*e*), articulo mobiliore. Quae

(*r*) *Oſſium t.* XXI. *ic.* XIX—XXIV.

(*s*) *Oſſium t.* XXI. *ic.* XXIII.

(*t*) *Oſſium t.* XXI. *ic.* XXIII.

(*v*) *Sceleti t.* I. R *in manu ſiniſtra. Et t.* II. ω *in manu dextra. Et hiſtor. muſcul. ic.* IV. 47 48.

(*w*) *Sceleti t.* I. R *in manu dextra. Et hiſtor. muſcul. ic.* III. 34 35 36.

(*x*) *Exterius, oſſium t.* XXI. *ic.* XX. *Interius, ic.* XIX.

(*y*) *Oſſium t.* XXI. *ic.* XXII. *circum* α α.

(*z*) *Oſſium t.* XXI. *ic.* XXI. *circum* β.

(*a*) *Oſſium t.* XXI. *ic.* XXIII. Z.

(*b*) *Oſſium t.* XXI. *ic.* XXIII. Z.

(*c*) *Oſſium t.* XXI. *ic.* XIX. XX. Z.

(*d*) *Sceleti t.* I. *inter* R *&* Z *in manibus. Et t.* II. *inter* ω *&* ϰ *in manu dextra. Et hiſtor. muſcul. ic.* IV. *inter* 48 *&* 17. *Et ic.* III. *inter* 34 *&* 24. *Et oſſium t.* XXXIV. *ic.* II. k *cum* W.

(*e*) Vide ſupra cap. CVII. §. X.

Quae praeterea eſt pars prior, inaequabilis eſt (*f*).

III. In latere priore ſupra tubercula ſunt duo (*g*), exterius, & interius.

Similia inter ſe, ſed interius majus, diſcrimine ſeparata tenui, ſinuatoque (*h*).

Ovata ſunt, ſuaque longitudine porrecta ſecundum longitudinem oſſis (*i*).

Extremo cartilaginoſa, leniter gibba (*k*).

Dirigunt id antrorſum, ſed ſimul nonnihil oblique: exterius extrorſum, interius introrſum (*l*).

Committuntur (*m*) cum finibus lateris poſterioris capitis ſuperioris metacarpi medii (*n*).

IV. Aliis committitur (*o*) quoque cum capitato (*p*), parte cartilaginoſa parva, quae eſt ſupra tuberculum cartilaginoſum exterius lateris prioris hujus capitis (*q*): obliqua, ſurſum antrorſumque directa, cum tuberculo illo, cumque vertice (*r*) cartilaginoſa, tuberculi continuatio.

Aliis ibi quoque ſimilis, ſed minor, ſupra tuberculum cartilaginoſum interius.

V. In latere poſteriore ſinus cartilaginoſus eſt, longior quam latior (*s*), cartilagine continuatus cartilagini verticis (*t*).

Ab

(*f*) *Oſſium t.* XXI. *ic.* XXIII. *inter* z & α α.

(*g*) *Oſſium t.* XXI. *ic.* XXII. α, α.

(*h*) *Oſſium t.* XXI. *ic.* XXII. α, α.

(*i*) *Oſſium t.* XXI. *ic.* XXII. α, α.

(*k*) *Oſſium t.* XXI. *ic.* XXII. α, α.

(*l*) *Oſſium t.* XXI. *ic.* XXII. α, α.

(*m*) *Sceleti t.* I. *inter* R & Q *in manibus. Et t.* II. *inter* ω & ♃ *in manu dextra. Et t.* III. *inter* q & p *in manu dextra. Et hiſtor. muſcul. ic.* IV *inter* 47 & 46. *Et ic.* III. *inter* 36 & 40. *Et oſſium t.* XXXIV. *ic.* II. *inter* i & h.

(*n*) Vide ſupra cap. CXI. §. IV.

(*o*) *Oſſium t.* XXXIV. *ic.* II. i *cum* t.

(*p*) Vide ſupra cap. CVI. §. XIII.

(*q*) *Oſſium t.* XXXIV. *ic.* II. i.

(*r*) *Oſſium t.* XXXIV. *ic.* II. *inter* i & k.

(*s*) *Oſſium t.* XXI. *ic.* XXI. β.

(*t*) *Oſſium t.* XXI. *ic.* XXI. *inter* β & z.

Ab exteriore parte in interiorem longitudine oblique ſurſum pertinet, & ſinuatus eſt, circuitu juxta verticem rectior, leniter autem ſinuatus juxta partem exteriorem, poſt in interiorem leniter gibbus: à vertice rotundus (*v*).

Committitur cum parte cartilaginoſa lateris prioris capitis ſuperioris metacarpi auricularis (*w*).

VI. Inſidet parti priori trunci caput tenuius interoſſei poſterioris digiti medii.

Locus depreſſior eſt (*x*), ſupraque in partem pertinet exteriorem, ubi gibbus (*y*).

VII. Juxta eum, parti interiori, ſimiliter depreſſae (*z*), inſidet interoſſeus prior annularis.

VIII. Lateri poſteriori inſidet caput craſſius interoſſei poſterioris annularis.

Locus ille infra depreſſior, ſupra rotundior, ubi pertinet in latus externum (*a*).

IX. Idem truncus tum ex interiore (*b*), tum ab exteriore parte (*c*) partibus reſpondet iisdem metacarpi indicis (*d*).

X. Atque inaequabili capitis ſuperioris parti ligamenta, quae continent, adhaerent.

(*v*) *Oſſium t.* XXI. *ic.* XXI. β.

(*w*) *Sceleti t.* I. *inter* R & S *in manu dextra. Et t.* II. *inter* ω & τ *in manu dextra. Et t.* III. *inter* q & r *in manu dextra. Et hiſtor. muſcul. ic.* IV. *inter* 48 & 49. *Et ic.* III. *inter* 35 & 30. *Et oſſium t.* XXXIV. *ic.* II. *inter* k & l.

(*x*) *Oſſium t.* XXI. *ic.* XXII. ε.

(*y*) *Oſſium t.* XXI. *ic.* XX. ε.

(*z*) *Oſſium t.* XXI. *ic.* XXII. & XIX. γ.

(*a*) *Oſſium t.* XXI. *ic.* XXI. XIX. XX. δ.

(*b*) *Oſſium t.* XXI. *ic.* XIX. *inter* γ & δ.

(*c*) *Oſſium t.* XXI. *ic.* XX. *inter* ε & δ.

(*d*) Vide ſupra cap. CX. §. X. & XI.

CAPUT CXIII.

De metacarpo digiti auricularis.

I. Huic propria (*e*).

Caput ſuperius quaſi triangulare, ab exteriore parte in interiorem prioremque anguſtatum (*f*).

Latus unum prius, à quo exterius & interius retro conveniunt in mucronem hebetem (*g*).

Prius depreſſius, ſupra cartilaginoſum, caeterum inaequabile (*h*).

Exterius quoque depreſſius (*i*), interius gibbum (*k*): utrumque cum mucrone inaequabile.

II. Vertex cartilaginoſus circuitu capiti reſpondet (*l*), inter partem priorem & poſteriorem ſinuatus (*m*), inter exteriorem & interiorem gibbus (*n*).

Ponitur oblique, directus antrorſum (*o*).

Committitur (*p*) cum parte poſteriore cuneiformis imi (*q*), articulo laxius mobili.

III.

(*e*) *Oſſium t.* XXI. *ic.* XXV — XXX.

(*f*) *Oſſium t.* XXI. *ic.* XXIX. ζλ.

(*g*) *Oſſium t.* XXI. *ic.* XXIX. λ.

(*h*) *Oſſium t.* XXI. *ic.* XXVIII. *circum* η.

(*i*) *Oſſium t.* XXI. *ic.* XXVI. *inter* η & λ.

(*k*) *Oſſium t.* XXI. *ic.* XXV. *infra* ζ.

(*l*) *Oſſium t.* XXI. *ic.* XXIX. ζ.

(*m*) *Oſſium t.* XXI. *ic.* XXV. & XXVI. ζ.

(*n*) *Oſſium t.* XXI. *ic.* XXVIII. ζ.

(*o*) *Oſſium t.* XXI. *ic.* XXV. XXVI. ζ.

(*p*) *Sceleti t.* I. *inter* S & A *infer. in manu dextra. Et t.* II. *inter* Γ & *n in manibus. Et t.* III. *inter* r & d *in manu dextra. Et hiſtor. muſcul. ic.* IV. *inter* 49 & 19. *Et ic.* III. *inter* 29 & 27. *Et oſſium t.* XXXIV. *ic.* II. l *cum* x.

(*q*) Vide ſupra cap. CVII. §. X.

III. Lateris prioris pars ſuperior cartilaginoſa eſt, continuataque cartilagini verticis (r), lata, fere ovata, per longitudinem leniter gibba (s).

Oblique ponitur, longitudine ab exteriore parte in interiorem ſurſum pertinens (t).

Committitur (v) cum ſinu lateris poſterioris capitis ſuperioris metacarpi annularis (w).

IV. Priori trunci parti inſidet caput tenuius interoſſei poſterioris annularis.

Is locus depreſſus eſt (x): ſupraque ad partem exteriorem pertinet, ubi gibbus (y).

V. Secundum locum illum in parte interiore ſedes interoſſei auricularis eſt: quae pars depreſſa (z).

VI. Latus poſterius rotundius, magisque inaequabile (a).

Inſidet adductor metacarpi hujus.

VII. Interius (b) atque exterius (c) partibus iisdem metacarpi indicis reſpondent (d).

VIII. Mucroni (e), in quem caput ſuperius retro deſinere diximus (f), tendo affigitur ulnaris externi.

Ejus-

(r) *Oſſium t.* XXI. *ic.* XXVIII. & XXVI. *inter* η & ζ.

(s) *Oſſium t.* XXI. *ic.* XXVIII. η.

(t) *Oſſium t.* XXI. *ic.* XXVIII. η.

(v) *Sceleti t.* I. *inter* S & R *in manu dextra. Et t.* II. *inter* Γ & ω *in manu dextra. Et t.* III. *inter* r & q *in manu dextra. Et hiſtor. muſcul. ic.* IV. *inter* 49 & 48. *Et ic.* III. *inter* 30 & 35. *Et oſſium t.* XXXIV. *ic.* II. *inter* l & k.

(w) Vide ſupra cap. CXII. §. V.

(x) *Oſſium t.* XXI. *ic.* XXVIII. ι.

(y) *Oſſium t.* XXI. *ic.* XXVI. ι.

(z) *Oſſium t.* XXI. *ic.* XXVIII. & XXV. θ.

(a) *Oſſium t.* XXI. *ic.* XXVII. XXV. XXVI. κ.

(b) *Oſſium t.* XXI. *ic.* XXV. *inter* θ & κ.

(c) *Oſſium t.* XXI. *ic.* XXVI. *inter* ι & κ.

(d) Vide ſupra cap. CX. §. X. & XI.

(e) *Oſſium t.* XXI. *ic.* XXV. XXVI. XXVII. XXIX. λ.

(f) Supra §. I.

Ejusdemque capitis inaequabili parti affiguntur ligamenta, quae continent.

C A P U T CXIV.

De metacarpo pollicis.

I. Verum pollici metacarpi os tantummodo unum (*g*), idque brevius, ſed latius trunco, capitibus minus eminentibus, & alioqui differens.

Annumeramus autem oſſibus metacarpi, ad quem revera pertinet: quippe ponitur in compacta manus parte, ut illa: à carpo procedit, ut illa: infraque in caput deſinit, in ſimilitudinem capitis illorum formatum. Neque obſtat, quod cum carpo articulo committitur mobiliore: id enim pollicem poſtulare oſtendemus.

II. Ponitur à parte priore metacarpi manus: & quidem oblique, ut pars, quae exteriori ejus reſpondet, exterior ſit eademque prior; quae interiori, ea ſit interior eademque poſterior; quae priori, ea ſit prior eademque interior; quae poſteriori, ea poſterior & eadem exterior (*h*).

Recte autem facturi videmur, ſi quae manui reſpondent, eas partes iiſdem nominibus appellabimus.

III. Hujus caput ſuperius fere rotundum eſt per circuitum, ex interiore parte acuminatum (*i*).

Ver-

(*g*) *Oſſium t.* XXI. *ic.* I. II. III. IV. V. VI.

(*h*) *Sceleti t.* I. G H *in manibus. Et t.* II. π, ק ϱ *in manibus. Et t.* III. g, g h *in manibus. Et hiſtoriae muſculorum ic.* III. 60 61 62 63. *Et ic.* IV. 33 34.

(*i*) *Oſſium t.* XXI. *ic.* I. II. III. IV. V.

Vertex cartilaginoſus, ovatus, intra partem priorem & poſteriorem longior, ab exteriore in interiorem modice ſinuatus, à priori in poſteriorem inſigniter gibbus (*k*): eoque orbitam rotulae refert, cujus orae extremae prominentes ſic ponuntur, ut altera exterior ſit, altera interior (*l*).

Committitur (*m*) cum cartilaginoſa parte inferiore multanguli majoris (*n*), partim recipiens eam, qua parte ſinuatus; partim per eandem receptus, qua parte gibbus.

Qua recipit, tum in partem interiorem, tum in exteriorem flectitur.

Qua recipitur, flectitur tum in priorem, tum in poſteriorem.

Poteſt quoque nonnihil converti.

IV. Inde truncus exteriore parte rectus, interiore inſigniter ſinuatus (*o*): ſic ut inter eas per ſinuatam fiat primum tenuior, poſt rurſus paulatim craſſior, ſed minus.

Inter partem priorem & poſteriorem primum à capite ſuperiore aliquantum anguſtior, mox ſenſim aliquantum latior (*p*).

V. Definit in caput inferius, circuitu fere quadrangulare, intra partem priorem & poſteriorem aliquanto longius quam intra exteriorem & interiorem, angulis rotundioribus (*q*).

VI. Infra cartilaginoſum, depreſſius, inter partem exteriorem & interiorem gibbum, inter priorem & poſteriorem minus (*r*).

Ea-

(*k*) *Oſſium t.* XXI. *ic.* V. c.

(*l*) *Oſſium t.* XXI. *ic.* III. IV. c.

(*m*) *Sceleti t.* I. *inter* G & F *in manibus. Et t.* II. *inter* π & o *in manibus. Et t.* III. *inter* g & a *in manu ſiniſtra. Et hiſtor. muſcul. ic.* III. *inter* 61 & 13. *Et ic.* IV. *inter* 34 & 32. *Et oſſium t.* XXXIV. *ic.* II. d *cum* m.

(*n*) Vide ſupra cap. CIV. §. VII.

(*o*) *Oſſium t.* XXI. *ic.* III. & IV.

(*p*) *Oſſium t.* XXI. *ic.* I. & II.

(*q*) *Oſſium t.* XXI. *ic.* VI. I. II. III. IV.

(*r*) *Oſſium t.* XXI. *ic.* VI. I. II. III. IV. a.

Eaque parte cum vertice pollicis oſſis primi committitur (*s*).

A parte autem interiore procurrit mucrone ad utramque oram uno, continue cartilaginoſis, inter eos lunatum (*t*): quibus aſſident ſeſamoïdea (*v*). Mucro poſterior brevior, ſed latior (*w*).

VII. Truncus parte exteriore depreſſus, ex transverſo non niſi leniter gibbus (*x*).

Interiore ex transverſo gibbus (*y*), ſed tum juxta partem poſteriorem (*z*), tum juxta priorem (*a*), per longitudinem depreſſus: ubi juxta poſteriorem inſidet abductor indicis; juxta priorem, opponens.

VIII. In parte priore capitis ſuperioris eminentia eſt (*b*), cui affigitur abductor longus.

IX. Tum in priore tum in poſteriore capitis inferioris tuberculum (*c*); quibus affiguntur ligamenta cum pollice connectentia.

CAPUT CXV.

De digitis manus.

I. A metacarpo digiti quinque ſequuntur, ab unoquoque ejus oſſe unus, ſicuti in pede: nimirum pollex, index,

(*s*) *Sceleti t.* I. *inter* H & L *in manibus. Et t.* II. *inter* π & τ *in manibus. Et t.* III. *inter* h & k *in manu ſiniſtra. Et hiſtor. muſcul. ic.* III. *inter* 62 63 & 67.

(*t*) *Oſſium t.* XXI. *ic.* I. b, b.

(*v*) *Sceleti t.* I. *inter* H & I K *in manu dextra. Et t.* II. *inter* π & σ *in manibus. Et t.* III. *inter* g & i i *in manu dextra. Et hiſtor. muſcul. ic.* III. *inter* 62 & 64, & *inter* 63 & 65.

(*w*) *Oſſium t.* XXI. *ic.* I. b, b.

(*x*) *Oſſium t.* XXI. *ic.* II.

(*y*) *Oſſium t.* XXI. *ic.* I.

(*z*) *Oſſium t.* XXI. *ic.* I. & III. e.

(*a*) *Oſſium t.* XXI. *ic.* I. & IV. f.

(*b*) *Oſſium t.* XXI. *ic.* IV. g.

(*c*) *Oſſium t.* XXI. *ic.* III. & IV. d.

index, medius, annularis, auricularis (*d*).

Medius longiſſimus: hoc brevior annularis: hoc index: hoc multo brevior auricularis: hoc pollex, qui breviſſimus.

Pollex generaliter craſſiſſimus: poſt eum medius: hoc aliquanto gracilior index, & annularis, fere aequales inter ſe: his multo gracilior auricularis, qui gracillimus. Paulatimque gracileſcunt.

Similiores inter ſe index, medius, annularis, auricularis.

Reſpondet pollex, & differt.

II. Omnes ex oſſibus ternis conſtant; primo (*e*), medio (*f*), poſtremo (*g*).

Excipiendus autem pollex, qui eſt è duobus (*h*), negato medio.

Reſpondetque primum primis caeterorum, poſtremum poſtremis.

III. Eaque oblonga ſunt, aliaque aliis per longitudinem junguntur.

Similesque iis digiti inter ſe ſunt.

IV. Omnibus prima longiſſima & craſſiſſima. Media breviora his, & graciliora. His poſtrema (*i*).

Et

(*d*) *Sceleti t.* I. L O X — α *in manibus. Et t.* II. τ — φ Θ — f *in manibus. Et t.* III. k — m s — Ξ *in manibus.*

(*e*) *Sceleti t.* I. X, Y, Z, Γ *in manibus. Et t.* II. Θ, Λ, Ξ, Π *in manibus. Et t.* III. s, t, u, v *in manibus. Et hiſtor. muſcul. ic.* III. 48, 48, 48, 48.

(*f*) *Sceleti t.* I. Θ, Λ, Ξ, Π *in manibus. Et t.* II. Φ, Ψ, Ω, a *in manibus. Et t.* III. x, y, z, Γ *in manibus. Et hiſtor. muſcul. ic.* III. 52, 52, 52, 52.

(*g*) *Sceleti t.* I. Φ, Ψ, Ω, α *in manibus. Et t.* II. c, d, e, f *in manibus. Et t.* III. Θ, Λ, Ξ, Π *in manibus. Et hiſtor. muſcul. ic.* III. 56, 56, 56, 56.

(*h*) *Sceleti t.* I. L, & O *in manibus. Et t.* II. τ, & φ *in manibus. Et t.* III. k, & m *in manibus. Et hiſtor. muſcul. ic.* III. 66, & 69.

(*i*) *Oſſium t.* XXII. *ic.* I — IV; X — XIII: XIX — XXII.

Et in pollice poſtremum primo brevius, & gracilius (*k*).

v. Medii ſingula quaeque longiora, & craſſiora (*l*).

Aliquanto breviora his, & graciliora, quae annularis ſunt (*m*).

Nonnihil his breviora, quae indicis ſunt, fere aliquantum craſſiora (*n*).

Quae auricularis, breviora, & graciliora (*o*).

Verum pollicis primum breviſſimum, ſed par fere craſſitudine primo medii (*p*).

Poſtremum pollicis inter poſtrema maximum, longius, & craſſius (*q*).

vi. Praeterea autem ordinibus illis tribus communia multa, alia propria ſingulis.

Communia haec. Extremis aliquantum ſpongioſa ſunt.

A capite craſſiore paulatim gracileſcunt, in fine rurſus aliquantum craſſeſcunt, inque caput deſinunt minus (*r*).

Pollicis autem primum gracileſcit inſignius, ac deinde craſſeſcit magis: quo fit, ut capita eminentiora ſint (*s*).

vii. Per longitudinem ante & retro ſinuata (*t*).

viii. Parte exteriore per longitudinem modice gibba: interiore ſinuata (*v*).

Pollicis autem primum illa parte, quae reſpondet exteriori re-

(*k*) *Oſſium t.* xxii. *ic.* xxvii—xxx: xxxiii—xxxvi.

(*l*) *Oſſium t.* xxii. *ic.* iii. xii. xxi.

(*m*) *Oſſium t.* xxii. *ic.* ii. xi. xx.

(*n*) *Oſſium t.* xxii. *ic.* iv. xiii. xxii.

(*o*) *Oſſium t.* xxii. *ic.* i. x. xix.

(*p*) *Oſſium t.* xxii. *ic.* xxvii—xxx.

(*q*) *Oſſium t.* xxii. *ic.* xxxiii—xxxvi.

(*r*) *Oſſium t.* xxii. *ic.* i—vii: x—xvi: xix—xxv: xxvii—xxx: xxxiii. xxxvi.

(*s*) *Oſſium t.* xxii. *ic.* xxvii—xxx.

(*t*) *Oſſium t.* xxii. *ic.* i—iv: x—xiii: xix--xxii: xxvii. xxviii: xxxiii. xxxiv.

(*v*) *Oſſium t.* xxii. *ic.* vi. vii: xv. xvi: xxiv. xxv: xxxv. xxxvi.

reliquorum, fere rectum: quae interiori, ſupra rectius, infra ſinuatum magis (*w*).

Poſtremum ejusdem, qua reſpondet interiori reliquorum, rectius (*x*).

IX. Extrinſecus per transverſum gibba ſunt, ſpecie terete (*y*), pertinentque ad dorſum digitorum (*z*).

Ex interiore parte depreſſa (*a*), locum praebent commodum tendinibus flectentium muſculorum.

CAPUT CXVI.

De oſſibus primis digitorum manus.

I. Caetera per ſingulos ordines dicentur.

Prima metacarpo innituntur (*b*).

II. Caput primum veluti quadratum circuitu, angulis rotundis, inter partem priorem & poſteriorem longius, ab exteriore parte gibbum, ante & retro depreſſius, parte interiori leniter ſinuatum, per circuitum inaequabile (*c*).

In pollice circuitu, praeter partem quae interiori reſpondet, magis ovatum (*d*).

III.

(*w*) *Oſſium t.* XXII. *ic.* XXIX. XXX.

(*x*) *Oſſium t.* XXII. *ic.* XXXV. XXXVI.

(*y*) *Oſſium t.* XXII. *ic.* V. VI. VII: XIV. XV. XVI: XXIII. XXIV. XXV: XXVIII. XXIX. XXX: XXXIV. XXXV. XXXVI.

(*z*) *Sceleti t.* II. Θ, Λ, Ξ, Π, τ: Φ, Ψ, Ω, a: c, d, e, f, φ *in manu dextra.*

(*a*) *Oſſium t.* XXII. *ic.* I — IV: X — XIII: XIX - XXII: XXVII. XXXIII.

(*b*) *Sceleti t.* I. II. III. *Et hiſtoriae muſculorum ic.* III.

(*c*) *Oſſium t.* XXII. *ic.* I — VIII.

(*d*) *Oſſium t.* XXII. *ic.* XXVII — XXXI.

III. Vertex rectior, &, praeterquam circuitu, cartilagino-ſus (*e*).

Pars cartilaginoſa ſinuata, ac circuitu ovata magis, quam caput (*f*).

Pollici ſinus minus profundus, circuitu magis ovatus, hîc autem ea parte, quae reſpondet interiori caeterorum, lunatus (*g*).

Sinu omnes recipiunt (*h*) caput inferius metacarpi ſui (*i*).

Qui articulus, praeterquam pollicis, flecti in partem omnem poteſt, & nonnihil etiam converti.

Pollicis autem fere tantummodo introrſum flecti, & extrorſum.

IV. Caput alterum vix, niſi ex interiore parte, ſupereminet, per circuitum parte exteriore, lateribusque, depreſſum (*k*).

In pollice ſupereminet magis (*l*).

V. Infra autem rotula haec oſſa ſunt cartilaginoſa, ab exteriore parte in interiorem orbiculata (*m*).

Exceptoque pollice longius pertinet per partem interiorem (*n*), quam exteriorem (*o*).

In pollice autem per eam partem, quae exteriori caeterorum reſpondet, pertinet longius (*p*). Omni-

(*e*) *Oſſium t.* XXII. *ic.* VIII. XXXI.

(*f*) *Oſſium t.* XXII. *ic.* VIII. a: *&* *ic.* XXXI. s.

(*g*) *Oſſium t.* XXII. *ic.* XXXI. s.

(*h*) *Sceleti t.* I. *inter* X *&* P: *&* *inter* Y *&* Q: *&* *inter* Z *&* R: *&* *inter* Γ *&* S: *&* *inter* L *&* G *in manibus. Et t.* II. *inter* Π *&* χ: *&* *inter* Ξ *&* ψ: *&* *inter* Λ *&* ω: *&* *inter* Θ *&* Γ: *&* *inter* τ *&* π *in manibus. Et t.* III. *inter* k *&* g: *&* *inter* v *&* n: *&* *inter* u *&* p: *&* *inter* t *&* q: *&* *inter* s *&* r *in manibus. Et hiſtor. muſcul. ic.* III. *inter* 66 *&* 60: *&* *inter* 49 *&* 46 46: *&* *inter* 49 *&* 42: *&* *inter* 49 *&* 37: *&* *inter* 49 *&* 31.

(*i*) Vide ſupra cap. CIX. §. V. Et cap. CXIV. §. VI.

(*k*) *Oſſium t.* XXII. *ic.* I—VII.

(*l*) *Oſſium t.* XXII. *ic.* XXVII—XXX.

(*m*) *Oſſium t.* XXII. *ic.* I—VII. IX. b: XXVII—XXX. XXXII. t.

(*n*) *Oſſium t.* XXII. *ic.* I. IV. b.

(*o*) *Oſſium t.* XXII. *ic.* V. b.

(*p*) *Oſſium t.* XXII. *ic.* XXVIII. t.

Omnibus extrinſecus à principio anguſta, lateſcit in partem interiorem (*q*).

Circa medium ab exteriore parte in interiorem ſinus eſt, paulatim, quo propior parti interiori, hoc profundior: latera gibba, & ut ſinus profundior, ſic inſigniora (*r*).

Rotula committitur cum oſſe medio (*s*): in pollice, cum poſtremo (*t*).

VI. In capite primo eminentiae duae, prior altera (*v*), altera poſterior (*w*), partim quoque in parte interiore prominulae (*x*), leniter inaequabiles.

Affiguntur ligamenta lateralia, quae cum metacarpo connectunt.

Interiori praeterea parti prioris indicis (*y*), interoſſeus ejus prior, & abductor.

In auriculari autem poſterioris (*z*) parti interiori, abductor ejus.

In pollice ei, qui poſteriori caeterorum reſpondet (*a*), flexor ejus

(*q*) *Oſſium t.* XXII. *ic.* IX. V. III. I. II. IV. b: & *ic.* XXXII. XXVIII. XXVII. t.

(*r*) *Oſſium t.* XXII. *ic.* IX. V. III. IV. II. I. b: & *ic.* XXXII. XXVIII. XXVII. t.

(*s*) *Sceleti t.* I. *inter* X & ⊖: & *inter* Y & Λ: & *inter* Z & Ξ: & *inter* Γ & Π *in manibus. Et t.* II. *inter* Π & Φ: & *inter* Ξ & Ψ: & *inter* Λ & Ω: & *inter* ⊖ & a *in manibus. Et t.* III. *inter* v & x: & *inter* u & y: & *inter* t & z: & *inter* s & r *in manibus. Et hiſtor. muſcul. ic.* III. *inter* 48 & 52.

(*t*) *Sceleti t.* I. *inter* L & O *in manibus. Et t.* II. *inter* τ & φ *in manibus. Et t.* III. *inter* k & m *in manu ſiniſtra. Et hiſtor. muſcul. ic.* III. *inter* 66 & 70.

(*v*) *Oſſium t.* XXII. *ic.* VI. e: & *ic.* XXX. w.

(*w*) *Oſſium t.* XXII. *ic.* VI. e: & *ic.* XXIX. v.

(*x*) *Oſſium t.* XXII. *ic.* IV. f, e: & *ic.* XXVII. w, v.

(*y*) *Oſſium t.* XXII. *ic.* IV. f.

(*z*) *Oſſium t.* XXII. *ic.* I. g.

(*a*) *Oſſium t.* XXII. *ic.* XXVII. y.

ejus brevis, & adductor: qui priori (*b*), ei abductor brevis.

VII. Sinus levis tum in parte priore (*c*), tum in poſteriore (*d*) capitis inferioris eſt, rotundus, circuitu inaequabili: cui affigitur ligamentum laterale, quod cum oſſe ſecundo connectit.

In pollice reſpondentibus in locis fere eminentia parva eſt (*e*): &, quae affiguntur ligamenta, connectunt cum oſſe poſtremo.

VIII. Truncus medius ſecundum oras, tum priorem tum poſteriorem, ex interiore depreſſa parte per longitudinem inaequabilis eſt, eminetque aliquantum ex ipſa ora, ubi pars gibba depreſſaque diſterminantur (*f*).

Affigitur ligamentum, quo flexorum tendines continentur.

In pollice reſpondentibus in locis notae leviores (*g*), ubi ligamentum affigitur flexoris longi tendinem continens.

IX. Praeterea autem, quibus extenſor brevis primo pollicis affigitur, iis in dorſo ejus, ſtatim infra caput primum, eminentia angulo ſimilis (*h*), cui is affigitur.

CAPUT CXVII.

De oſſibus mediis digitorum manus.

I. Media innituntur primis.

II. Caput primum longius intra partem priorem &

(*b*) *Oſſium t.* XXII. *ic.* XXVII. W. XXIX. X.
(*c*) *Oſſium t.* XXII. *ic.* VII. d.
(*d*) *Oſſium t.* XXII. *ic.* VI. d.
(*e*) *Oſſium t.* XXII. *ic.* XXX. &
(*f*) *Oſſium t.* XXII. *ic.* IV. c, c.
(*g*) *Oſſium t.* XXII. *ic.* XXVII. u, u.
(*h*) *Oſſium t.* XXII. *ic.* XXVIII.

& poſteriorem, quam latius intra exteriorem & interiorem, ovatumque circuitu, ſed parte interiore depreſſius, perque circuitum leniter inaequabile (*i*).

III. Vertex depreſſior, praeter circuitum cartilaginoſus (*k*).

Ante & retro ſinuatus, convenientibus ſinibus in eminentiam mediam, ex altero in alterum gibbam (*l*).

Sinus ovati, ab exteriore parte in interiorem longiores, magisque ſinuati: perque eandem partem ſinuata cum iis eminentia (*m*).

Contraria haec forma orbitae capitis inferioris oſſis primi (*n*).

Committiturque (*o*) hac parte cum ea vertex. Sinibus recipit latera: eminentia recipitur per ſinum. Per quem articulum hoc os porrigitur, inque internam partem inſigniter flectitur, ac nonnihil quoque in externam.

IV. Caput inferius (*p*) ſimile inferiori ordinis primi (*q*).

Similis quoque (*r*) orbita (*s*), articulusque (*t*) cum oſſe proximo (*v*), quod poſtremum eſt.

V.

(*i*) *Oſſium t.* XXII. *ic.* X — XVII.
(*k*) *Oſſium t.* XXII. *ic.* XVII.
(*l*) *Oſſium t.* XXII. *ic.* XVII. h.
(*m*) *Oſſium t.* XXII. *ic.* XVII. h.
(*n*) Vide ſupra cap. CXVI. §. V.
(*o*) *Sceleti t.* I. *inter* Θ & X, & *inter* Λ & Y, & *inter* Ξ & Z, & *inter* Π & Γ *in manibus. Et t.* II. *inter* Φ & Π, & *inter* Ψ & Ξ, & *inter* Ω & Λ, & *inter* a & Θ *in manibus. Et t.* III. *inter* x & v, & *inter* y & u, & *inter* z & t, & *inter* Γ & s *in manibus. Et hiſtor. muſcul. ic.* III. *inter* 52 & 48, & *inter* 53 & 51, & *inter* 52 & 48, & *inter* 52 & 48.

(*p*) *Oſſium t.* XXII. *ic.* X — XVI. XVIII.
(*q*) Vide ſupra cap. CXVI. §. IV.
(*r*) Vide ſupra cap. CXVI. §. V.
(*s*) *Oſſium t.* XXII. *ic.* X — XVI. XVIII. i.
(*t*) Vide ſupra cap. CXVI. §. V.
(*v*) *Sceleti t.* I. *inter* Θ & Φ, & *inter* Λ & Ψ, & *inter* Ξ & Ω, & *inter* Π & α *in manibus. Et t.* II. *inter* Φ & f, & *inter* Ψ & e, & *inter* Ω & d, & *inter* a & c *in manibus. Et t.* III. *inter* x & Θ, & *inter* y & Λ, & *inter* z & Ξ, & *inter* Γ & Π *in manibus. Et hiſtor. muſcul. ic.* III. *inter* 52 & 56.

v. Extrinſecus caput primum in media parte ſumma eminet, ſimilitudine tuberculi oblongi, transverſi (*w*).

Ubi tendo extendentium affigitur.

vi. Anteque caput idem (*x*), & retro (*y*), tuberculum habet, etiam ex parte interiore eminens (*z*).

Ligamenta lateralia affiguntur, quae cum oſſe primo connectunt.

vii. In capite inferiore, tum ante (*a*), tum retro (*b*), ſinus lenis, rotundus, circuitu inaequabili.

Ubi affiguntur ligamenta lateralia, quae connectunt cum oſſe poſtremo.

viii. Truncus ſecundum oram priorem, ſecundumque posteriorem, ex interiore parte medius per longitudinem eminet, & inaequabilis eſt (*c*).

Ubi affigitur ſublimis tendo, & vagina tendinem profundi continens.

CAPUT CXVIII.

De oſſibus poſtremis digitorum manus.

i. Haec innituntur mediis.

In pollice, cui medium nullum, poſtremum innititur primo.

ii.

(*w*) *Oſſium t.* xxii. *ic.* xiv. n.
(*x*) *Oſſium t.* xxii. *ic.* xvi. l.
(*y*) *Oſſium t.* xxii. *ic.* xv. l.
(*z*) *Oſſium t.* xxii. *ic.* xiii. l, l.
(*a*) *Oſſium t.* xxii. *ic.* xvi. m.
(*b*) *Oſſium t.* xxii. *ic.* xv. m.
(*c*) *Oſſium t.* xxii. *ic.* xiii. k, k.

II. Caput primum primo medii ſimile (*d*).

III. Vertex cartilaginoſus ſimilis (*e*), ſimiliſque articulus.

Committitur autem (*f*) cum capite inferiore oſſis medii (*g*): in pollice (*h*) cum eodem primi (*i*).

Inque pollice vertex magis obliquus, aliquantum in dorſum pollicis declivis (*k*): flectiturque articulus eam in partem magis.

IV. Extrinſecus quoque in media parte ſumma capitis illius eminentia ſimilis (*l*), cui tendo extendentium affigitur.

V. Et ante quoque in eo (*m*), retroque (*n*), eminentia, inſignior in parte interiore (*o*).

Ubi affiguntur ligamenta lateralia, quae connectunt cum oſſe medio: in pollice, cum primo.

VI. A capite autem primo intra partem priorem & poſteriorem gracileſcunt citius, magiſque, quam prima, & media: infraque deſinunt circuitu rotundo (*p*).

VII. Locoque capitis ibi in tuber migrant (*q*), in parte inte-

(*d*) *Oſſium t.* XXII. *ic.* XIX--XXVI: *&* XXXIII--XXXVII.

(*e*) *Oſſium t.* XXII. *ic.* XXVI. o: *& ic.* XXXVII. y.

(*f*) *Sceleti t.* I. *inter* Φ *&* Θ: *& inter* Ψ *&* Λ: *& inter* Ω *&* Ξ: *& inter* α *&* Π *in manibus. Et t.* II. *inter* f *&* Φ: *& inter* e *&* Ψ: *& inter* d *&* Ω: *& inter* c *&* a *in manibus. Et t.* III. *inter* Θ *&* x: *& inter* Λ *&* y: *& inter* Ξ *&* z: *& inter* Π *&* Γ *in manibus. Et hiſtor. muſcul. ic.* III. *inter* 56 *&* 52.

(*g*) Vide ſupra cap. CXVII. §. IV.

(*h*) Vide ſupra cap. CXVI. §. V.

(*i*) *Sceleti t.* I. *inter* O *&* L *in manibus. Et t.* II. *inter* φ *&* τ *in manibus. Et t.* III. *inter* m *&* k *in manu ſiniſtra. Et hiſtor. muſcul. ic.* III. *inter* 69 *&* 66.

(*k*) *Oſſium t.* XXII. *ic.* XXXV. *&* XXXVI.

(*l*) *Oſſium t.* XXII. *ic.* XXIII. q: *& ic.* XXXIV. β.

(*m*) *Oſſium t.* XXII. *ic.* XXV. p: *& ic.* XXXVI. α.

(*n*) *Oſſium t.* XXII. *ic.* XXIV. p: *& ic.* XXXV. α.

(*o*) *Oſſium t.* XXII. *ic.* XXII. p, p: *& ic.* XXXIII. α, α.

(*p*) *Oſſium t.* XXII. *ic.* XIX--XXII: *& ic.* XXXIII. XXXIV.

(*q*) *Oſſium t.* XXII. *ic.* XIX--XXV: *& ic.* XXXIII--XXXVI.

teriore ſupereminens (*r*), & aliquantum quoque per circuitum extremum (*s*).

Gibbum eſt, inaequabile, ſubaſperum, circuitu ovato, cujus mucrone extremo deorſum directum, interiore in parte ſupra ſecundum truncum ſinuatum (*t*).

Pulpam digiti ſuſtinet.

VIII. Trunci interiore in parte juxta caput locus inaequabilis eſt, eminensque (*v*), ubi tendo flectentis affigitur.

CAPUT CXIX.

De oſſibus ſeſamoïdeis pollicis manus.

I. Pollicis os primum ſeſamoïdea duo habet, multo, quam primum pollicis pedis, minora, quibus respondent: oblonga, ovata, majorem partem gibba, & inaequabilia (*w*).

Aliis alterum minus, aliis rotundius (*x*).

II. Apponuntur parti cartilaginoſae capitis inferioris metacarpi pollicis (*y*), ubi ea, quae interiori caeterorum reſpondet, utrimque excurrit (*z*).

Et

(*r*) *Oſſium t.* XXII. *ic.* XIX—XXII: & *ic.* XXXIII.

(*s*) *Oſſium t.* XXII. *ic.* XXIII. XXIV. XXV: & *ic.* XXXIV. XXXV. XXXVI.

(*t*) *Oſſium t.* XXII. *ic.* XIX—XXII: & *ic.* XXXIII.

(*v*) *Oſſium t.* XXII. *ic.* XXII. r: & *ic.* XXXIII. γ.

(*w*) *Oſſium t.* XXII. *ic.* XXXVIII. XXXIX: XL. XLI.

(*x*) *Oſſium t.* XXII. *ic.* XXXVIII. XXXIX.

(*y*) *Sceleti t.* I. I, K *in manu dextra. Et t.* II. σ *in manu dextra. Et t.* III. i, i *in manu dextra. Et hiſtor. muſcul. ic.* III. 64, 65.

(*z*) Vide ſupra cap. CXIV. §. VI.

Et qua parte apponuntur, cartilaginoſa ſunt, depreſſiora, leniter ſinuata (*a*).

III. Alligata pollicis primo: nempe tuberculis, quae utrimque in capite ejus primo ſunt, qua reſpondet caeterorum parti priori & poſteriori (*b*).

IV. Supra affigitur iis brevis pollicem flectens: qui per ea, perque ligamenta eorum mododicta ad os primum pertinet.

Et quum flectimus extendimusque articulum pollicis cum metacarpo ſuo, aguntur ſurſum deorſumque ſuper caput metacarpi.

V. Flectit per ea flectens brevis melius, firmiusque.

Per ea fit, ut non affricetur ad caput metacarpi, ut detrimentum capere ex eo poſſit.

Per eadem fit, ut in contrectatione non comprimatur.

Et quoniam partes oſſis primi non ſunt continuae, adaptant ſeſe.

VI. Ac duo ſunt, intervallo inter ea modico.

Sic fit, ut per illud tendo extenſoris pollicis longi ad os poſtremum apte procedat.

CAPUT CXX.

De ſeſamoïdeis manus reliquis.

I. His quod reſpondeat, invenitur ad articulum indicis cum

(*a*) *Oſſium t.* XXII. *ic.* XXXIX. XLI. *&.* (*b*) Vide ſupra cap. CXVI. §. VI.

cum metacarpo ſuo (*c*), & ad eundem auricularis (*d*).

Fere autem rotundiora ſunt (*e*).

II. Invenitur etiam parvulum ad articulum pollicis oſſis primi cum poſtremo (*f*).

Reſpondet illi, quod eodem in loco in pede eſt (*g*).

III. Ad articulos reliquos rara.

CAPUT CXXI.

De compoſitione oſſium manus.

I. Nunc quoque compoſitionem oſſium manus breviter complectemur.

Manus incipit carpi ordine primo (*h*). Cujus naviculare prius eſt (*i*). Huic retro adjunctum lunatum (*k*). Huic triquetrum (*l*). Hujus parti interiori ſubrotundum (*m*).

II.

(*c*) *Sceleti t.* I. V *in manu dextra. Et hiſtor. muſcul. ic.* III. 47.

(*d*) *Sceleti t.* I. W *in manu dextra. Et hiſtor. muſcul. ic.* III. 32.

(*e*) *Oſſium t.* XXII. *ic.* XLIV. & XLV: & *ic.* XLVI. & XLVII.

(*f*) *Sceleti t.* I. N *in manu dextra. Et hiſtor. muſcul. ic.* III. 72. *Et oſſium t.* XXII. *ic.* XLII. XLIII.

(*g*) Vide ſupra cap. LXXXIII.

(*h*) *Sceleti t.* II. γ ζ η *in manu dextra. Et t.* I. r u x y *in manu dextra. Et hiſtoriae muſculorum ic.* IV. I 6 II 16. *Et ic.* III. 8. 5. 2. I. *Et oſſium t.* XXXIV. *ic.* III. K L M N.

(*i*) *Sceleti t.* II. γ *in manu dextra. Et t.* I. r *in manu dextra. Et hiſtor. muſcul. ic.* IV. I. *Et ic.* III. 8. *Et oſſium t.* XXXIV. *ic.* III. K.

(*k*) *Sceleti t.* II. ζ *in manu dextra. Et t.* I. u *in manu dextra. Et hiſtor. muſcul. ic.* IV. 6. *Et ic.* III. 5. *Et oſſium t.* XXXIV. *ic.* III. L.

(*l*) *Sceleti t.* II. η *in manu dextra. Et t.* I. x *in manu dextra. Et hiſtor. muſcul. ic.* IV. II. *Et ic.* III. 2. *Et oſſium t.* XXXIV. *ic.* III. M.

(*m*) *Sceleti t.* I. y *in manu dextra. Et hiſtor. muſcul. ic.* IV. 16. *Et ic.* III. I. *Et oſſium t.* XXXIV. *ic.* III. N.

II. Naviculare, lunatum, & triquetrum, partibus ſuperioribus, iisque cartilaginoſis, veluti in caput unum componuntur (*n*): quo cum imo radii ſinu (*o*), ligamentoque, quod ab eo ſubter ulnam deductum, principium manus committitur.

Oblongum eſt, longitudine pertinens à parte priore in poſteriorem: gibbum per latitudinem, perque longitudinem; per longitudinem maxime, ſpecie arcuata (*p*).

III. Eadem à parte inferiore deſinunt in caput (*q*), & ſinum (*r*), utraque cartilaginoſa.

Caput prius eſt, idque navicularis ſolius: oblongum, longitudine à parte priore pertinens in poſteriorem, depreſſius, gibbum (*s*).

Sinus ſtatim pone caput, oblongus quoque, ac longitudine pertinens à capite in poſteriora (*t*): ſed compoſitus è naviculari (*v*), lunato (*w*), triquetroque (*x*), partem conferente unoquoque eorum.

Caput recipitur per ſinum ſecundi ordinis. (*y*).

Si-

(*n*) *Hiſtoriae muſculorum ic.* IV. 2, 7, 12. *Et ic.* III. 10, 7, 3.

(*o*) *Sceleti t.* II. *inter* δ ζ *&* Z α *in manu dextra:* *&* *inter* γ ζ *&* V *in ſiniſtra. Et t.* I. *inter* s w *&* m *in manu dextra:* *&* *inter* s u *&* n o p q *in ſiniſtra. Et t.* III. *inter* T W *&* S R *in manu ſiniſtra.*

(*p*) *Hiſtor. muſcul. ic.* IV. 2 7 12. *Et ic.* III. 10 7 3.

(*q*) *Oſſium t.* XXXIV. *ic.* III. Z α.

(*r*) *Oſſium t.* XXXIV. *ic.* III. β γ δ.

(*s*) *Oſſium t.* XXXIV. *ic.* III. Z α.

(*t*) *Oſſium t.* XXXIV. *ic.* III. β γ δ.

(*v*) *Oſſium t.* XXXIV. *ic.* III. β.

(*w*) *Oſſium t.* XXXIV. *ic.* III. γ.

(*x*) *Oſſium t.* XXXIV. *ic.* III. δ.

(*y*) *Sceleti t.* II. *inter* ε *&* ο ξ *in manu dextra:* *&* *inter* γ *&* ο ξ *in ſiniſtra. Et t.* I. *inter* r *&* F E *in manu dextra:* *&* *inter* t *&* F E *in ſiniſtra. Et t.* III. *inter* V *&* a b *in manu ſiniſtra. Et hiſtor. muſcul. ic.* IV. *inter* 3 *&* 31 27 28. *Et ic.* III. *inter* 11 *&* 15 19. *Et oſſium t.* XXXIV. *ic.* III. Z α *recipitur per* o q.

Sinus viciſſim recipit ordinis illius caput (*z*).

IV. Secundi quoque ordinis oſſa juncta ſunt inter ſe (*a*), ſic ut multangulum majus prius ſit (*b*): pone hoc minus (*c*): pone hoc capitatum (*d*): pone hoc cuneiforme (*e*).

V. Supra partibus cartilaginoſis componuntur in ſinum (*f*), & caput (*g*).

Sinus prior, oblongus, longitudine pertinet à priori parte in poſteriorem, profunditate modica (*h*). Fit è multangulis (*i*).

Caput mox pone ſinum, fit è capitato (*k*), & cuneiformi (*l*): magnum, gibbum, oblongum, à ſinu in poſteriora longitudine pertinens (*m*).

Sinus caput ordinis primi recipit (*n*).

Ca-

(z) *Sceleti t.* II. *inter* γ ζ η *&* ι λ *in manu dextra. Et t.* I. *inter* r u x *&* D A *in manu dextra: & inter* r u x *&* D z *in ſiniſtra. Et hiſtor. muſcul. ic.* IV. *inter* 4 9 14 15 *&* 22 18. *Et ic.* III. *inter* 9 5 2 *&* 21 26. *Et oſſium t.* XXXIV. *ic.* II. β γ δ *recipit* u v y.

(*a*) *Sceleti t.* II. ο ξ μ κ *in manu dextra. Et t.* I. F E C z *in manu dextra. Et hiſtor. muſcul. ic.* IV. 30 26 21 17. *Et ic.* III. 12 17 20 23. *Et oſſium t.* XXXIV. *ic.* III. FGHI: *& ic.* II. FGHI.

(*b*) *Sceleti t.* II. ο *in manu dextra. Et t.* I. F *in manu dextra. Et hiſtor. muſcul. ic.* IV. 30. *Et ic.* III. 12. *Et oſſium t.* XXXIV. *ic.* III. II. F.

(*c*) *Sceleti t.* II. ξ *in manu dextra. Et t.* I. E *in manu dextra. Et hiſtor. muſcul. ic.* IV. 26. *Et ic.* III. 17. *Et oſſium t.* XXXIV. *ic.* III. *&* II. G.

(*d*) *Sceleti t.* II. μ *in manu dextra. Et t.* I. C *in manu dextra. Et hiſtor. muſcul. ic.* IV. 21. *Et ic.* III. 20. *Et oſſium t.* XXXIV. *ic.* III. *&* II. H.

(*e*) *Sceleti t.* II. κ *in manu dextra. Et t.* I. z *in manu dextra. Et hiſtor. muſcul. ic.* IV. 17. *Et ic.* III. 23. *Et oſſium t.* XXXIV. *ic.* III. *&* II. I.

(*f*) *Oſſium t.* XXXIV. *ic.* III. oq.

(*g*) *Oſſium t.* XXXIV. *ic.* III. uvy.

(*h*) *Oſſium t.* XXXIV. *ic.* III. oq.

(*i*) *Oſſium t.* XXXIV. *ic.* III. o, q.

(*k*) *Oſſium t.* XXXIV. *ic.* III. u v.

(*l*) *Oſſium t.* XXXIV. *ic.* III. y.

(*m*) *Oſſium t.* XXXIV. *ic.* III. uvy.

(*n*) *Sceleti t.* II. *inter* ο ξ *&* ε *in manu dextra: & inter* ο ξ *&* γ *in ſiniſtra. Et t.* I. *inter* F E *&* r *in manu dextra: & inter* F E *&* t *in ſiniſtra. Et t.* III. *inter* a b *&* V *in manu ſiniſtra. Et hiſtor. muſcul. ic.* IV. *inter* 31 27 28 *&* 3. *Et ic.* III. *inter* 15 19 *&* 11. *Et oſſium t.* XXXIV. *ic.* III. o q *recipit* z α.

Caput per ejusdem recipitur ordinis ſinum (*o*).

Sic cum ordine primo ſecundus committitur.

VI. Infra eadem in partem extremam componuntur cartilaginoſam, oblongam, pertinentem longitudine à parte priore in poſteriorem, per eamque generaliter leniter gibbam, ſed inaequabilem, inaequaliter ſinuatam, eminentemque (*p*).

Cum ea metacarpus committitur (*q*).

Cujus oſſa verticibus ſuis componuntur in partem cartilaginoſam reſpondentem, & convenientem (*r*).

VII. Metacarpi manus oſſa quatuor ſuis praeterea inter ſe committuntur capitibus (*s*): proximumque capiti primo metacarpi indicis caput primum metacarpi pollicis eſt (*t*).

Inde diducuntur alia ab aliis. Manus autem quatuor modice, ſic ut capita inferiora tenui diſcrimine ſeparata ſint (*v*). Multo

(*o*) *Sceleti t.* II. *inter* ν λ *&* γ ζ η *in manu dextra. Et t.* I. *inter* D A *&* r u x *in manu dextra: & inter* D z *&* r u x *in ſiniſtra. Et hiſtor. muſcul. ic.* IV. *inter* 22 18 *&* 4 9 14 15. *Et ic.* III. *inter* 21 26 *&* 9 5 2. *Et oſſium t.* XXXIV. *ic.* II. u v y *recipitur per* β γ δ.

(*p*) *Oſſium t.* XXXIV. *ic.* II. mnp rstwx.

(*q*) *Sceleti t.* II. *inter* ο ξ μ κ *&* π χ ψ ω Γ *in manu dextra: & inter* ο ξ κ *&* π Γ *in ſiniſtra. Et t.* I. *inter* F E C z *&* G P Q R S *in manibus. Et hiſtor. muſcul. ic.* IV. *inter* 32 29 24 19 *&* 34 41 42 45 48 49. *Et ic.* III. *inter* 13 18 22 24 27 *&* 61 44 39 34 29. *Et oſſium t.* XXXIV. *ic.* II. defghikl *cum* m n p r s t w x.

(*r*) *Oſſium t.* XXXIV. *ic.* II. defg hikl.

(*s*) *Sceleti t.* II. *inter* χ *&* ψ: *& inter* ψ *&* ω: *& inter* ω *&* Γ *in manu dextra. Et t.* I. *inter* P *&* Q: *& inter* Q *&* R: *& inter* R *&* S *in manu dextra. Et hiſtor. muſcul. ic.* IV. *inter* 43 *&* 44: *& inter* 46 *&* 47: *& inter* 48 *&* 49. *Et ic.* III. *inter* 45 *&* 41: *& inter* 40 *&* 36: *& inter* 35 *&* 30. *Et oſſium t.* XXXIV. *ic.* II. *inter* g *&* h: *& inter* h *&* i: *& inter* k *&* l.

(*t*) *Sceleti t.* I. G *in manu ſiniſtra. Et oſſium t.* XXXIV. *ic.* II. d.

(*v*) *Sceleti t.* II. χ, ψ, ω, Γ *in manu dextra. Et t.* I. P, Q, R, S *in manu dextra. Et hiſtor. muſcul. ic.* III. 46, 42, 37, 31. *Et oſſium t.* XXXIV. *ic.* II. B, C, D, E.

to magis os pollicis ab eo, quod indicis eſt (*w*).

Itaque ex iis cratis quaedam ſpecies eſt, ad ſimilitudinem pedis.

VIII. A ſingulis metacarpi oſſibus digiti ſinguli (*x*).

A metacarpo prima eorum (*y*): à primis media (*z*): ab his poſtrema (*a*).

In pollice poſtremum à primo (*b*).

IX. Seſamoïdea interiore in parte digitorum ſunt.

Nempe ad articulum pollicis cum metacarpo ſuo (*c*): ad articulum indicis cum ſuo (*d*): ad articulum auricularis cum ſuo (*e*): & ad articulum oſſium pollicis (*f*).

X. Ex carpo & metacarpi principio compacta pars: à qua metacarpi oſſa diſcreta, cum digitis (*g*).

(*w*) *Sceleti t.* I. G *in manibus. Et t.* II. π *in manibus. Et hiſtor. muſcul. ic.* III. 60. *Et oſſium t.* XXXIV. *ic.* II. A.

(*x*) *Sceleti t.* II. τ φ, Π Φ f, Ξ Ψ e, Λ Ω d, Θ a c *in manibus. Et t.* I. L O, X Θ Φ, Y Λ Ψ, Z Ξ Ω, Γ Π α *in manibus. Et hiſtor. muſcul. ic.* III. 66 69, 48 52 56, 48 52 56, 48 52 56, 48 52 56.

(*y*) *Sceleti t.* II. τ, Π, Ξ, Λ, Θ *in manibus. Et t.* I. L, X, Y, Z, Γ *in manibus. Et hiſtor. muſcul. ic.* III. 66, 48, 48, 48, 48.

(*z*) *Sceleti t.* II. Φ, Ψ, Ω, a *in manibus. Et t.* I. Θ, Λ, Ξ, Π *in manibus. Et hiſtor. muſcul. ic.* III. 52, 52, 52, 52.

(*a*) *Sceleti t.* II. f, e, d, c *in manibus. Et t.* I. Φ, Ψ, Ω, α *in manibus. Et hiſtor. muſcul. ic.* III. 56, 56, 56, 56.

(*b*) *Sceleti t.* II. φ *in manibus. Et t.* I. O *in manibus. Et hiſtor. muſcul. ic.* III. 69.

(*c*) *Sceleti t.* I. I, K *in manu dextra. Et t.* II. σ *in manu dextra. Et t.* III. i, i *in manu dextra. Et hiſtor. muſcul. ic.* III. 65, 64.

(*d*) *Sceleti t.* I. V *in manu dextra. Et hiſtor. muſcul. ic.* III. 47.

(*e*) *Sceleti t.* I. W *in manu dextra. Et hiſtor. muſcul. ic.* III. 32.

(*f*) *Sceleti t.* I. N *in manu dextra. Et hiſtor. muſcul. ic.* III. 72.

(*g*) *Sceleti t.* II. & I. *in manu dextra.*

C A-

CAPUT CXXII.

De manus ejusque partium forma & poſitu.

I. Manus autem oblonga eſt, cubitoque latior. Cujus parti interiori exteriorique reſpondet latitudine. Atque ab eodem procedit longitudine ſua (*h*).

II. A parte priore pollex. Inde per exteriorem retrorſum, index, medius, annularis, auricularis (*i*).

III. A principio circuitu rotundiore extremo reſpondet cubito, & latitudine, & craſſitudine (*k*). Tenuior priore (*l*) pars poſterior (*m*).

IV. Inde paulatim lateſcit per carpum & metacarpum. Metacarpus autem pollicis citius deſinit: ultraque eum procedens metacarpus reliquus lateſcere pergit (*n*).

V. Et à cubito craſſitudo fere ſimilis per carpum, capitaque metacarpi prima, poſtremaque (*o*).

VI. Carpus ac metacarpus per longitudinem manus extrinſecus leniter gibbi: ex interiore parte carpus rectior, metacarpus modice ſinuatus (*p*). Pollex autem rectior (*q*).

VII.

(*h*) *Sceleti t.* I. *&* II. *in manu dextra.*

(*i*) *Sceleti t.* I. *&* II. *in manu dextra.*

(*k*) *Sceleti t.* I. II. III. *in manibus.*

(*l*) *Sceleti t.* I. III. *in manu ſiniſtra.*

(*m*) *Sceleti t.* II. *in manu ſiniſtra. Et t.* III. *in dextra.*

(*n*) *Sceleti t.* I. *&* II. *in manu dextra.*

(*o*) *Sceleti t.* I. *&* II. *in manu ſiniſtra. Et t.* III. *in manu utraque.*

(*p*) *Sceleti t.* I. *&* II. *in manu ſiniſtra. Et t.* III. *in manu utraque.*

(*q*) *Sceleti t.* I. *&* II. *in manu dextra.*

VII. Per latitudinem autem magis incurvi, gibbi quoque extrinſecus, ſinuati ex parte interiore: & quidem ubi pollex indici aſtat, magis (*r*).

In quam formam ſtrictius compacta oſſa carpi ordinis ſecundi, capitaque prima oſſium metacarpi manus, apte conveniunt, eo quod multangulum minus (*s*), & capitatum (*t*), caputque metacarpi medii (*v*), & annularis (*w*), à dorſo manus in partem ejus interiorem anguſtantur.

VIII. Carpi autem ſinus à parte poſteriore inſigniter augetur per os ſubrotundum (*x*), perque proceſſum cuneiformis (*y*).

Perque ſinum illum à cubito ad manum tendunt tendines ſublimis, profundi, pollicis flexoris longi, radialis interni, nervusque.

IX. Carpus cum capitibus primis metacarpi inaequabilis eſt, tum in dorſo manus, tum in parte interiore. Reliquum metacarpi aequabile partibus illis (*z*).

X. Metacarpi oſſa, praeterquam pollicis, infra in finem rotundum componuntur. Longius protenditur metacarpus medii. Ante hunc, aliquanto brevius, quod indicis: eo quod multangulum minus, cui innititur, minus longe deorſum pertinet, quam cui, qui medii eſt, innititur, capitatum. Poſt eundem quod annularis eſt, brevius quam quod indicis. Poſt metacarpum annularis,

(*r*) *Sceleti t.* I. II. III. *in manibus.*

(*s*) Vide ſupra cap. CV. §. II.

(*t*) Vide ſupra cap. CVI. §. II.

(*v*) Vide ſupra cap. CXI. §. I.

(*w*) Vide ſupra cap. CXII. §. I.

(*x*) *Sceleti t.* I. γ *in manu dextra. Et t.* II. ι *in manu ſiniſtra. Et hiſtoriae muſculorum ic.* III. I. *Et oſſium t.* XXXIV. *ic.* III. N.

(*y*) *Sceleti t.* I. B *in manu dextra. Et t.* II. λ *in manu ſiniſtra. Et hiſtor. muſcul. ic.* III. 25. *Et oſſium t.* XXXIV. *ic.* II. *ſupra* X.

(*z*) *Sceleti t.* II. & I. *in manu dextra. Et hiſtor. muſcul. ic.* IV. & III.

ris, brevius quod auricularis eſt. Quod pollicis eſt, id multo brevius, idemque declinat (*a*).

XI. A metacarpo digitus medius longiſſime protenditur. Aliquanto minus annularis. Hoc nonnihil minus index. Hoc multo minus auricularis. Hoc multo minus pollex (*b*).

XII. Per longitudinem modice curvati, dorſo gibbi, ex interiore parte ſinuati. Pollex rectior, extrema etiam parte flexus modice extrorſum (*c*).

XIII. Digiti à metacarpo recti quum ſunt, ponuntur ut ille. Itaque index, medius, annularis, auricularis, in ſerie una ſunt. Cui pollex ſic appoſitus, ut interiorem partem in interiorem illorum aliquantum oblique dirigat (*d*).

XIV. A metacarpo manus per digitos praeter pollicem quatuor, adductis iis, anguſtat ſe fere ſenſim. Pollex abludit extremo (*e*).

CAPUT CXXIII.

De mobilitate manus ejusque partium.

I. Carpi inter cubitum metacarpumque interjectu certa juncturae manus cum cubito mobilitas.

Per

(*a*) *Sceleti t.* II. *&* I. *in manu dextra. Et hiſtor. muſcul. ic.* III.

(*b*) *Sceleti t.* I. *&* II. *in manu dextra. Et hiſtor. muſcul. ic.* III.

(*c*) *Sceleti t.* I. II. III. *Et hiſtor. muſcul. ic.* III.

(*d*) *Sceleti t.* I. *&* II. *in manu dextra. Et hiſtor. muſcul. ic.* III.

(*e*) *Sceleti t.* I. *&* II. *in manu dextra. Et hiſtor. muſcul. ic.* III.

Per articulum ordinis primi cum cubito flectitur in priora, & in adverſum, inque interiora, atque in exteriora.

Perque articulum primi cum ſecundo flectitur in partes eaſdem, ſed minus.

Per utrumque curvatur abſque cubito, & multo quidem aequabilius, ac cum ſtabilitate.

II. Ordinis autem ſecundi oſſa ſtricte compinguntur inter ſe, ut fiat ex iis oſſis unius quodammodo obſequentis ſpecies: quod baſis firma eſt, & ſtabilis, quae metacarpum ſuſtinet.

III. Inter ſecundum cubitumque primus intereſt, commiſſus cum utroque.

Ejus particulae laxius connexae inter ſe: ex quo obſequitur, ſeſeque aptat.

IV. Subrotundum autem, quod extra ordinem eſt, mobile eſt ſimilitudine patellae.

V. Capita metacarpi manus prima cum ordine ſecundo coagmentantur ſic, ut obſequantur.

Inter ſeque ſuis committuntur lateribus: qui articuli aliquantum mobiles ſunt.

Ex quo veluti unum quoddam, ſed tamen obſequens.

Per quos articulos vix mobilis metacarpus indicis: parum mobilis metacarpus medii: mobilior, qui annularis eſt: laxius mobilis, qui auricularis.

VI. Juxta capita inferiora cum ſtabilitate obſequitur.

Maxime tamen, qui annularis eſt, quique auricularis, tum in exteriorem partem, tum in interiorem agi poſſunt.

VII. Multo liberior & mobilior metacarpus pollicis.

Flectitur extrorſum, introrſum: ad indicem adducitur, abducitur ab eodem: convertitur in volam, obvertiturque caeteris.

VIII. Ad metacarpum digiti flectuntur in partem omnem. In vo-

volam maxime: dein in latus utrumque, quando ſimul convertuntur: in dorſum manus minimum.

In pollice autem praeſertim in dorſum: in volam minus: in latera minimum, aut vix.

IX. Digitorum oſſa per articulos ſuos & porriguntur, & in volam curvantur.

Pollicis autem articulus flectitur etiam in dorſum modice.

CAPUT CXXIV.

De ratione manuum, & brachiorum.

I. His quoque de ratione manuum & brachiorum adjiciemus nonnulla ex innumeris.

Nimirum manibus apprehendimus, & quidem multiplici ratione.

II. Prima manus pars baſis eſt, quae digitos ſuſtinet, & comprehenſa.

Itaque à cubito ſtrictiore carpus, &, è quo baſis conſtat, metacarpus, pandunt ſe paulatim.

Eaque baſis compactior eſt, cum eaque digiti comprehendunt.

III. Manus autem pars altera major eſt: altera minor, quam pollicem nominamus.

IV. Manus majoris baſis amplior eſt, eique praepoſiti digiti quatuor.

Per longitudinem rigens, ſtabilior eſt.

Ex interiore parte leniter concava, per transverſum ex oſſibus quatuor obſequitur, reddique planior poteſt atque explicari, itemque contrahi, ut concava fiat.

Per

Per quod adaptat ſeſe apprehendendis: maxime qua parte latior, id eſt, prope digitos, ubi obſequitur laxius; ibique praeſertim, ubi auricularis eſt.

v. Haec augetur digitis quatuor, qui proprie apprehendunt.

Igitur oblongi ſunt, atque in partem interiorem, ubi vola eſt, modice incurvi.

Porrigique poſſunt, id eſt, quaſi aperiri: & in volam magis magisque curvari, donec extremi extremum contingant metacarpum.

vi. Itaque non ex oſſe uno rigidi ſunt, ſed ex pluribus flexiles.

Et flectuntur quidem in internam partem, hoc eſt, occurrunt volae, pollicique, cum quibus apprehendunt.

Sed neque in externam, neque in priorem, poſterioremque: ex quo firmamentum majus, ac robur, quum eas in partes flectere neceſſe non ſit.

vii. Firmiores quoque quod conſtant ex oſſibus paucis.

Nec tamen pauciora ternis. Quo fit, ut, quamvis ex oblongis, rigidisque ſint, tamen aequabiliter veluti in arcum ſe curvent, apprehendendaque circumplicent, etiam multiformiter.

viii. Et quoniam oſſa prima longiora ſunt, media breviora, breviſſima poſtrema, paulatimque gracileſcunt, inque extremum parvum rotundumque deſinunt; ex eo apti ſunt, qui extremis ſuis commode, firmiterque, etiam parva corpuſcula apprehendant, pertinaciterque retineant.

ix. Ad metacarpum mobiles toti.

Inſigniter ac praecipue in volam, in quam nimirum flectuntur.

Eique, ipſi primum recti, dein paulatim incurvati, obviam eunt. Et vel per latum curvamen ſuis extremis pertingunt fere

ad

ad metacarpi principium: vel incurvati magis ac magis, ad quamcunque volae partem, manum diverſimode claudentes.

X. Tum quoque flectuntur modice in partem exteriorem: quo manus explicatur, aperiturque magis, nec tamen ultra, quam uſui eſt.

XI. Diſcreti autem. Quo fit, ut adaptent ſe melius, quam ſi plurium loco unus eſſet; & vel omnibus ſimul, tanquam uno, utamur, vel eorum aliquo, pluribusve, multipliciter.

XII. Et quum diſcreti ſint, etiam, qua parte alii alios ſpectant, ad metacarpum mobiles ſunt. Maxime autem, ſi cum metacarpo recti ſunt: quo magis in eum flexi, eo minus.

Itaque diduci aperta manu poſſunt, & à metacarpo veluti expandi; rurſusque adduci. Ac ſic manus hac parte explicatur, contrahiturque.

XIII. Directoque ordine alii aliis aſtant, rectaque ſe in volam curvant, quum ea planior eſt.

At eadem per transverſum juxta digitos concava, digitisque adductis, modiceque flexis, una ex iis capacitas fit, ſcaphulae ſimilitudine.

Tunc autem diducti digiti ponuntur in ſemiorbem: ac maxime annularis & auricularis pollicem verſus ſe convertunt.

Quo poſitu curvantes ſe, ſuis extremis paulatim coëunt.

In volam autem una omnes, niſi recta, curvari nequeunt.

XIV. Huic manui parva quaedam adjutrix eſt, pollex.

Majori generaliter quidem ſimilis, ſed multo brevior, è ſingulis oſſibus conſtat.

XV. Ac principio ſuo cum carpo ſic committitur, ut à manu reliqua abduci, ad eandem adduci, eidemque opponi plurimis modis queat.

XVI. Ponitur autem à latere, ut impedimento non ſit, ac

 cum

cum manu reliqua explicari in palmam poſſit, ampliorem, & planiorem; rurſusque ſurgens in interiora, cum poſteriore volae parte, ſimiliter ſurgente, contrahi in cavam volam.

XVII. Et quidem juxta indicem ponitur, ubi manus pars praecipua, ſtabilior, major.

Atque juxta partem interiorem, ſic, ut in volam flecti poſſit, eique, digitisque opponi.

Itaque & in volam digitosque curvat ſe.

XVIII. Ejus autem diſcreta pars ad ſuum metacarpum inſigniter flectitur dorſum ejus verſus, à digitis recedens: eoque hac parte manus aperitur maxime.

In volam flectitur, quam reliqua, minus: quibus tantummodo occurrere neceſſe habet.

Vix in latera, ſtabilior ex eo. Neque, quoniam ſingularis, & per metacarpum eas in partes ſatis inclinatur, flecti in eas neceſſe eſt.

XIX. Manu majore, polliceque, ex contrariis partibus apprehendimus. Quando & pollicis metacarpus reliquae volae occurrit, & pollex digitis reliquis quatuor, digitique illi pollici obviam eunt.

XX. Atque ut digiti quatuor in volam flexi, ei ſuis extremis occurrunt; ſic pollicem verſus flexi coëunt cum extremo, apto latitudine ſua ad excipiendos.

Et quoniam digiti diſcreti ſunt, vel unus ex iis, atque is quicunque, vel plures, vel una omnes, cum eo conveniunt.

XXI. Quinetiam cavata vola, digitisque polliceque in orbem diductis, atque aliis in alios omni ex parte incurvatis, comprehendimus undique, firmiterque.

XXII. Digiti quoniam ſatis longi ſunt, magnum quid complecti poſſunt. Quoniam non nimis longi, non ſunt infirmi.

XXIII.

XXIII. Longiores quatuor, qui alii juxta alios in eadem ſerie poſiti, cum vola comprehendunt.

Sed pollex brevior eſt: quippe qui cum digitis comprehendit, qui curvamine occurrunt latiore.

XXIV. Itaque, quum in arcum pollex, quam caeteri, curvetur minus, oſſa ſufficiunt duo: è quibus eſt.

Poteſtque cum extremo extremus digitorum quisque veluti in orbiculum coïre.

XXV. Jam pollicis poſtremum os portione longius eſt, latiusque, ac flecti in exteriora poteſt. Ita fit, ut digitis ad pollicem incurvatis, ipſe extremus contrario modo aliquantum ſe curvans, tota parte interiore extrema cum digitis conveniat.

Quinetiam digiti extremi, quod in exteriora cogi nonnihil posſunt, cum pollice parte interiore tota commode conveniunt.

XXVI. Ea inſuper ſingulorum digitorum pollicisque longitudo eſt, ut in orbem diducti, ſuis una extremis partibus veluti in circuli circuitum coïre poſſint, eumque, dum alii in alios aequabiliter curvantur, paulatim minorem, donec iis conveniant. Quo apti ſunt ad rotunda aequabiliter circumplectenda.

XXVII. Ac medius longior eſt, tribusque in eadem ſerie reliquis craſſior: itaque cum pollice, qui craſſus, eximius eſt.

Hunc unus ab utraque parte juvat: breviores, tenuiores, ſimiles inter ſe.

Tertius autem, qui à pollice diſtat longius, primo aliquantum longior, ſed tenuior.

Eique minimus adjutor.

XXVIII. Per quam longitudinis rationem una quoque in volam ita flecti queunt, ut minimus ſpatium medium nullum relinquat, inde ſequentes ad pollicem usque fere paulatim majus; quod denique pollice, tanquam operculo, claudatur.

XXIX. Ex quibus omnibus aptiſſimae manus ſunt ad contrectanda, apprehendenda, comprehendenda, retinenda, majora, minora, perparva, firma, fluida, rotunda, recta, cava, incurva, quadrata, angulofa, figuras denique omnes, multiplicibus modis. Et quidem tum vola, & vel uno aliquo digitorum, vel pluribus, vel ſimul omnibus; tum pollice digitisque potiſſimum extremis; atque etiam manu tota, & fere inexplicabili varietate.

Quinetiam ad innumeras res alias idoneae ſunt.

XXX. Et quum corporis pars prior potior ſit poſteriore, ad uſum commodiſſime à priori quoque parte poſita pars manus praecipua eſt: nempe medius, index, ac pollex.

XXXI. Quae manus, quod longioribus brachiis affixae ſunt, inſigniter protendi poſſunt.

Ea vero brachiorum longitudo, ut manus ad quamcunque corporis partem admoveri poſſint, ad ipſos, ſi ſublati ſunt, pedes extremos: ad terram praeterea, demiſſo corpore.

XXXII. Eaedemque in omnem partem transferuntur libere, quod ſummorum brachiorum articuli quoquoverſus inſigniter mobiles ſunt.

Quae mobilitas liberior eſt, eo quod, quibus brachia innituntur, ſcapularum oſſa protenduntur, atque obſequuntur.

XXXIII. Brachia porro, ut pedum columnae, ex paucis, rectis, craſſioribusque oſſibus ſtabilia ſunt.

XXXIV. Ac ſimiliter fere media diviſa curvant ſe, &, ut poſcit res, aptant.

Curvat autem ſe alterum in alterum: quo fit, ut manus manum juvare queat, ut brachia ad amplexum, ut manus ad corpus noſtrum contrectandum, atque ad alia plurima apta ſint.

Ac

Ac ſtabiliora ſunt, quod, praeterquam in partem internam, curvari nequeunt.

XXXV. Jamque mira manibus agilitas, eo quod ad cubitum extremum poſſunt in partem omnem flecti, curvante ſe junctura. Aptiſſime autem ad uſus flectimus maxime introrſum.

XXXVI. Easdem convertimus totas. Et quidem vel ſolius ad ſcapulam converſione brachii, vel ſolius circum ulnam radii, cui manus praeſertim adjuncta; vel denique converſione utriusque ſimul, multiplicibus modis. Per quam rem manus partem interiorem ad corporis partem quamcunque admovemus, & ad innumera alia recte adhibemus.

XXXVII. Gemina autem brachia uſus illos ab utroque latere aequaliter praebent, absque impedimento. Et adjuvat brachium brachium, manus manum.

CAPUT CXXV.

De oſſe hyoïde.

I. Poſtquam fabricam abſolvi, hyoïdes, quanquam extra eam eſt, ſubjiciendum (*f*).

In medio ſummo gutture inter laryngem linguaeque radicem penſile eſt; aliud non contingens ullum (*g*).

II. Parvum eſt, bicorne.

Con-

(*f*) *Oſſium t.* VI. *ic.* V. VI. VII. VIII.

(*g*) *Muſculorum t.* X. *ic.* V. t u v.

Conſtat autem ex partibus tribus: baſi (*h*), & cornubus duobus (*i*). Adjuncta graniformia duo (*k*).

III. Baſis non admodum craſſa, quaſi quadrangularis, longior quam latior (*l*).

Per longitudinem ſupra leniter gibba (*m*), aut rectior, aut undulata, ſinuata media, extremoque utroque.

Infra eminet media, ab utroque latere modice ſinuata (*n*): aliis gibba, aut undulata, ut ſupra.

Latera, quibus extrema utrimque longitudo comprehenditur, ſupra rectiora, inde obliqua, in ſimilitudinem anguli hebetis (*o*), gibbi aliis, aliis rectioris, aliis etiam modice ſinuati (*p*).

Extrinſecus gibba tota (*q*), concava ad intercapedinem (*r*), aliis etiam ſupra in medio profundius.

IV. Ad utrumque longitudinis extremum cornu adjunctum (*s*), mobili quoquoverſus articulo.

Siquidem latera extrema ſuperiore eaque rectiore parte in tuberculum deſinunt cartilaginoſum, ovatum, per altitudinem longius (*t*): cum quo ſinus cartilaginoſus ſimilis, qui in principio cornu eſt (*v*), committitur (*w*).

V. Unde cornua diducuntur (*x*).

Ea

(*h*) *Oſſium t.* VI. *ic.* V. VI. VII. ⸸. VIII. ⸸.

(*i*) *Oſſium t.* VI. *ic.* V. VI. VII. ω, ω.

(*k*) *Oſſium t.* VI. *ic.* V. VI. VII. B, B.

(*l*) *Oſſium t.* VI. *ic.* V. VI. ⸸.

(*m*) *Oſſium t.* VI. *ic.* V. ⸸.

(*n*) *Oſſium t.* VI. *ic.* V. VI. ⸸.

(*o*) *Oſſium t.* VI. *ic.* V. VI. VII. ⸸.

(*p*) *Oſſium t.* VI. *ic.* V. VI. VII.

(*q*) *Oſſium t.* VI. *ic.* V. VII. ⸸.

(*r*) *Oſſium t.* VI. *ic.* VI. ⸸.

(*s*) *Oſſium t.* VI. *ic.* V. VI. ω, ω.

(*t*) *Oſſium t.* VI. *ic.* VIII. C.

(*v*) *Oſſium t.* VI. *ic.* VIII. D.

(*w*) *Oſſium t.* VI. *ic.* V. VI. VII. *inter* ⸸ & ω.

(*x*) *Oſſium t.* VI. *ic.* V. & VI.

Ea longiora, tenuiora, totaque ſtrictiora (*y*). Haud raro autem alterum altero aliquanto longius.

Et fere quo longius à baſi recedunt, anguſtiora, donec aliquanto rurſus pleniora (*z*) tuberculo finiantur cartilaginoſo (*a*).

Per longitudinem à baſi modice, ſicut illa, incurva, dein rectiora (*b*). Aliis alterum altero magis incurvum.

Alioqui leniter falcata, ſupra ſinuata, infra gibba: gibbaque pars circa longitudinem mediam excurrit acumine humili, hebeteque (*c*).

VI. In gutture ponitur ſic, ut baſis prior ſit, ab ea cornua tendant per latera retrorſum, & nonnihil ſurſum (*d*).

Perque latitudinem tum baſis tum cornua tendunt deorſum, ſimulque oblique extrorſum, ut intercapedo infra major ſit (*e*).

VII. Superimminet cartilagini thyreoïdeae.

Circuituque reſpondet ei, ut generaliter conveniat, ac circumcirca vix emineat ultra eam (*f*).

VIII. Utrique articulo à parte exteriore & eadem ſuperiore oſſiculum graniforme aſſidet: oblongum, tumidulum, forma grani hordei, per longitudinem ab articulo in latus modice aſcendens, extremo acuto (*g*).

Ea non niſi principio ſuo alligata hyoïdi, facile obſequuntur.

Fit, ut ſolito majora ſint, inque mucronem deſinant longiorem, gracilem, acutum.

Fit,

(*y*) *Oſſium t.* VI. *ic.* VII. ω.

(*z*) *Oſſium t.* VI. *ic.* VII. ω.

(*a*) *Oſſium t.* VI. *ic.* VII. V. VI. A.

(*b*) *Oſſium t.* VI. *ic.* V. VI. ω, ω.

(*c*) *Oſſium t.* VI. *ic.* VII. ω.

(*d*) *Muſculorum t.* X. *ic.* V. t u. *Et t.* XI. *ic.* XLV.

(*e*) *Oſſium t.* VI. *ic.* V. & VII.

(*f*) *Muſculorum t.* X. *ic.* V. t u. *Et t.* XI. *ic.* XLV.

(*g*) *Oſſium t.* V. *ic.* V. VI. VII. B, B.

Fit, ut ab iis oſſicula ſimilia procedant, etiam longiora.

Fit, ut plura ſint, vario modo, alia poſt alia ſequentia, usque ad proceſſus ſtyliformes oſſium temporum, ligamento, quod intereſt inter ea, aut longius, aut brevius, colligata.

IX. Inque ligamentis, per quae cornua extrema alligantur apicibus proceſſuum ſuperiorum cartilaginis thyreoïdeae, oſſiculum quoque invenitur rotundum, aut ovatum (*b*).

X. Totumque hyoïdes mobile eſt, obſequiturque, ac cedit in partem omnem, laxe continentibus ligamentis, membranis, carnibus.

XI. Et, quod os unum continuum non eſt, cedit quoque convenienter, quum neceſſe eſt.

Quanquam tamen multis, deleto articulo, cornu alterutrum cum baſi coït, aut utrumque, aliis ex parte, ſuperſtite ſeparatione à parte exteriore.

Ac deleto quoque ligamento coït cum iis principio ſuo graniforme: aliis alterum, aliis utrumque.

XII. Fundamentum eſt linguae laryngique interſertum, per quod lingua radice ſua aequabiliter detrahitur, ſurgitque.

Per id invenitur quoque fundamentum, à quo muſculi ad linguam, laryngem, pharyngem pertinent.

XIII. Notaeque exteriore in parte baſis ſunt, ubi muſculi affiguntur.

Supra ſcrobes ora latiore gibbaque ſunt duae, dextra & laeva, proximae inter ſe, oraque communi diſterminatae (*i*); quae ora aliis eminentior, nonnullis ſubaſpera. Geniohyoïdei affiguntur.

XIV.

(*b*) *Ut in iconibus oſſium foetus humani*, *ic.* CLIV. g, g.

(*i*) *Oſſium t.* VI. *ic.* V. E, E.

XIV. Quarum à lateribus aut depreſſior, aut leviter ſinuata (*k*): ubi baſiogloſſi affixi.

XV. Infraque haec in medio ſinus parvi duo, media quoque eminentia ſeparati (*l*): ubi ſternohyoïdei affixi.

XVI. A lateribus eorum, juxta cornua, ſinus ampliores depreſſique (*m*): ubi coracohyoïdei affixi.

XVII. Inter foſſulas ſuperiores inferioresque eminet (*n*): ubi media in parte mylohyoïdei affixi; lateribus ſtylohyoïdei.

C A P U T CXXVI.

De ſceleto foeminino.

I. Ac de virili ſceleto hactenus.

Foemininus generaliter ſimilis eſt, ſed non totus toti.

In utroque autem genere conſiderandum id, quod perfectius eſt, aut haberi poteſt. Ut enim foeminae reperiuntur, quae viro ſimiliores, quam foeminae; virique, qui ſimiliores foeminae, quam viro; ſic etiam ratio comparata eſt oſſium eorum.

II. Foemininus igitur cum generaliter differt, tum maxime partibus quibusdam ad uſus ſexus ſui.

III. Generaliter, ut foemina, quae cum viro communia habet, ea foeminina habet, non virilia; ſic oſſibus ejus foeminini quid-

(*k*) *Oſſium t.* VI. *ic.* V. *à lateribus* E, E.

(*l*) *Oſſium t.* VI. *ic.* V. *infra* E, E.

(*m*) *Oſſium t.* VI. *ic.* V. *infra latera* E, E.

(*n*) *Oſſium t.* VI. *ic.* V. *inter* E E *ſinusque qui infra ſunt.*

quiddam eſt, non ita facile ad explicandum.

IV. Minus perfecta eſſe exiſtimes, quamvis tamen certe ſuo in genere, ut foemina, perfecta ſint.

In comparatione autem ad virum minus plena ſunt, oſtenduntque imbecillitatem infirmitatemve ac gracilitatem quandam foemininam.

V. Cernas id manifeſtius iis in partibus, quae robur ſignificant: quippe quae roboris ſignificant minus. Neque enim foeminae aeque robuſtae ſunt, aut ad robur illud virile comparatae. Itaque veluti non exuberat iis os tantopere.

VI. Et quae per curſum aetatis accedunt per appoſita oſſibus, annexaque, leviora ſunt: id quod in iis, quae per muſculos fiunt, evidentius eſt (*o*).

VII. Hic autem ad eas attendimus, quae vivunt, ut vivendum foeminae eſt, neque flexibilem obſequentemque naturam alio alioque vitae genere cogunt, redduntque oſſa ſua alia atque alia.

VIII. Quibus autem in locis ſexus maxime differunt, in iis quoque oſſium differentia notabilis eſt, reſpondens ſexui.

IX. Circa coxas differt maxime.

Sacrum latius, per longitudinem rectius, infra non aeque incurvatum in priora.

Coccyx rectior, magisque obſequens.

Coxarum oſſa ampliora, à ſacro curvamine latiore coëunt in pube, ubi cartilagine conjuncta fere craſſiore.

Iſchia in latus extrorſum tendunt magis, ſuis praeſertim tuberibus.

Eoque

(*o*) Vide ſupra cap. I. §. IV.

Eoque pubis oſſium rami inferiores rèctiore angulo ab imis iſchiis in pube conveniunt: ipſi praeterea magis verſi in exteriora.

Ob quas res pelvis amplior eſt, hiatuque ampliore deorſum patet, atque à priori parte ſub commiſſura pubis hiatum habet patentiorem.

Cum pelve amplior ventris pars ima.

Oſſa quoque ilium ampliora, internisque partibus magis ſinuata, ac magis reſupinata; intervalloque disjuncta majore: quo fit, ut cum iis quoque venter amplior ſit.

Itaque corporis fundamentum illud totum portione corporis majus eſt.

Quapropter femora ſupra magis divaricata, à coxis magis etiam oblique conveniunt, quum genua adducta ſunt.

Iisdem cervix fere magis transverſa, eoque ſupra disjuncta ſunt longius.

x. Quibus omnibus ad ea, quae prae viro praeſtanda foeminae ſunt, aptiſſimus eſt: ad virum admittendum, ad embryonem continendum, geſtandum, enitendum.

Ad virum admittendum, intercapedine majore crurum inferiorum oſſium pubis.

Ad embryonem continendum, capacitate pelvis, ventrisque imi inter oſſa ilium.

Ad geſtandum quum adoleſcit in alvo, reſupinatis oſſibus ilium, eoque aptius ſuſtinentibus.

Ad enitendum, patentiore infra pelvi, per ſacrum rectius, coccygem obſequentem, iſchia rectiora, tuberaque eorum extrorſum verſa, hiatum inter crura inferiora oſſium pubis majorem, cartilaginem qua in pube conjuncta ſunt craſſiorem, commisſura etiam nonnihil obſequente. Accedit, disjunctiora eſſe femora,

XI. Per eadem differt quoque gremio, ſinuque.

Gremio: eo quod fundamentum corporis cum ſuperiore femorum parte amplius, cum iisque gremium.

Sinu: eo quod fundamentum corporis majus, ultra thoracem eminet.

Itaque gremio ſuſtentat infantem melius, aptiusque, ac commodius, quam vir; geſtatque ſinu.

XII. Pectus utrimque fere depreſſius, ob mammas.

Cum pectore claviculae rectiores.

CAPUT CXXVII.

De dentibus.

I. Jamque hoc opus exegiſſem, niſi de dentibus dicendum eſſet. Qui quamvis ab oſſibus differant, ad ea tamen pertinent, veluti partes maxillarum.

II. Duriores ſunt oſſe, ſolidiores, candidiores, ac naturae propriae.

III. Adverſas maxillarum oras tenent, extra eminentes, altisque defixi radicibus, in quas migrant.

IV. Praeter radicem nudi. Eaque parte candidi ſunt, & perpoliti, nitentque, ac ſplendent, ſolidiſſimi, duriſſimi: cruſtam vitream nominant.

Aptique ad uſus noſtros ſunt nuditate, ſoliditate, duritie: neque, ob laevorem, ab iis labia, buccae, lingua, quum allidunt, aut laeduntur, aut retardantur.

V. Radices in praeſepiolis, tanquam vaginis, reconditae.

Eae impolitiores ſunt, neque ita nitent & ſplendent, neque extrin-

extrinſecus aeque ſolidae & durae ſunt, ſic differente cruſta: per quam, quum, cujusmodi parti nudae eſt, neceſſaria non ſit, inhaerent membranis melius.

VI. Utrique maxillae ſexdecim (*p*). Quorum genera ſunt tria.

Lati & acuti quaterni primi (*q*).

Dein canini duo, quorum unus utrimque ad acutorum ſeriem aſtat (*r*).

Ultra quos ab utraque parte maxillares quinque (*s*).

Dextri laevique ſimiles inter ſe, itemque ſuperiores & inferiores, non quidem toti, ſed generaliter.

VII. Is plenus numerus eſt.

Sed, etiam quum plenum incrementum adeptus eſt homo, nondum prodiere quatuor ex omni parte intimi: aliis non prodiit unus aliquis, aliis duo non prodierunt, aliis tres, aliis prodiit nullus.

Vidimus, quibus in ſupera parte ſecantium non niſi duo erant, aequaliter tenentes ſpatium quod inter caninos eſt.

Praeterque naturam aberrant canini & acuti, ut extra ſeriem caeterorum ponantur, hi ab interiore parte, illi fere ab exteriore.

Aberrantque etiam magis, ut viderimus in palato directos in fauces, juxtaque naſum directos ſurſum; qui tamen non prodierant (*t*). Vidimusque poſtea in infante, qui infra ex mento perforata cute eruperat, deorſum directus.

VIII.

(*p*) *Oſſium t.* I. *ic.* I. II. III. *Et ſceleti t.* I. II. III.

(*q*) *Oſſium t.* I. *ic.* I. II. III. π, π, ϱ, ϱ *in maxilla utraque.*

(*r*) *Oſſium t.* I. *ic.* I. II. III. σ, σ *in maxilla utraque.*

(*s*) *Oſſium t.* I. *ic.* I. II. III. τ, υ, φ, χ, ψ: τ, υ, φ, χ, ψ *in maxilla utraque.*

(*t*) Academic. annotat. lib. I. cap. XIII.

VIII. Magnaeque ſingulorum in aliis atque aliis diſſimilitudines ſunt. Quamobrem deſcribendos elegimus, qui uſui, quem praebent, magis reſpondeant, integrioresque ſint, ac pulchriores; exemplumque naturae optimae proponemus.

IX. Secantium ſuperiores majores inferioribus (*v*).

Et qui ſuperiorum medii, maximi (*w*).

Inferiorum extremi nonnihil majores mediis duobus (*x*).

X. Omnes hi (*y*) longiores quam latiores.

Ubi è gingiva prodeunt, per circuitum fere ovati, intra partem exteriorem & interiorem craſſiores, quam intra latera.

Intra latera ſenſim latiores (*z*).

Intra partem exteriorem & interiorem cuneantur in acumen. Cuneantur ſic, ut extrinſecus per longitudinem leniter gibbi ſint (*a*), ex interiore parte primum quoque gibbi, ſed minus, mox ſinuati (*b*).

Ex transverſo modice gibbi extrinſecus (*c*), intrinſecus à principio, dein fere ſinuati (*d*).

Extrinſecus aliquantum latiores quam ex interiore parte; ſenſimque, usque in acumen, minus.

Circuitus tum ab exteriore, tum ab interiore parte, juxta radicem ovatus: inde per latera rectior.

Acu-

(*v*) *Oſſium t.* I. *ic.* I. *&* II. π, π, ϱ, ϱ *ſuper. & infer.*

(*w*) *Oſſium t.* I. *ic.* I. *&* II. π, π *ſuper.*

(*x*) *Oſſium t.* I. *ic.* I. *&* II. π, π, ϱ, ϱ *infer.*

(*y*) *Oſſium t.* I. *ic.* I. *&* II. π, π, ϱ, ϱ *ſuper. & infer.*

(*z*) *Oſſium t.* I. *ic.* I. *&* II. π, π, ϱ, ϱ.

(*a*) *Oſſium t.* I. *ic.* I. *&* III. π, π, ϱ, ϱ.

(*b*) *Oſſium t.* I. *ic.* II. π, π, ϱ, ϱ.

(*c*) *Oſſium t.* I. *ic.* I. *&* III. π, π, ϱ, ϱ.

(*d*) *Oſſium t.* I. *ic.* II. π, π, ϱ, ϱ.

Acumen rectius (*e*): aliis nonnihil gibbum, aliis oblique poſitum.

Latera depreſſiora, interque cuneatas partes ſenſim usque in acumen anguſtiora: gibbaque circuitu juxta partem gibbam, ſinuata juxta ſinuatam.

A radice diſtinguitur ora ſupereminente, gibbaque circuitu (*f*). Quae tum ab exteriore parte, tum ab interiore, in utrumque latus ovata circuitu, in lateribus migrat in angulum, mucrone acumen verſus directo.

XI. Canini his pleniores ſunt, rotundioresque, fereque faſtigiantur in cacumen, acie gibba reſpondentes caeteris (*g*).

Superiores aliquanto pleniores inferioribus.

XII. His graciliores ſunt proximi maxillares primi & ſecundi (*h*). Interque eos aliquanto pleniores qui in ſupera parte ſunt, quam qui in infera.

Tertii multo craſſiores, craſſiſſimique omnium (*i*).

His graciliores quarti (*k*), his quinti (*l*).

XIII. Differunt praeterea à caninis & ſecantibus, veluti gemini alii, alii quadrigemini. Nam differunt quoque inter ſe.

XIV. Primi & ſecundi circuitu ex interiore parte, quam exteriore, non minus rotundi (*m*): quippe in cacumen deſinentes à parte utraque.

Sed

(*e*) *Oſſium t.* I. *ic.* I. π, π, ϱ, ϱ *ſuper:* & *ic.* II. π, π, ϱ, ϱ *infer.*

(*f*) *Oſſium t.* I. *ic.* I. π, π, ϱ, ϱ *ſuper.* & *infer.*

(*g*) *Oſſium t.* I. *ic.* I. II. III. σ, σ *ſuper.* & *infer.*

(*h*) *Oſſium t.* I. *ic.* I. II. III. τ, τ, υ, υ *ſuper.* & *infer.*

(*i*) *Oſſium t.* I. *ic.* III. φ *ſuper.* & *infer.*

(*k*) *Oſſium t.* I. *ic.* III. χ *ſuper.* & *infer.*

(*l*) *Oſſium t.* I. *ic.* III. ψ *ſuper.* & *infer.*

(*m*) *Oſſium t.* I. *ic.* I. II. & III. τ, τ, υ, υ *ſuper.* & *infer.*

Sed in cacuminibus differentia quaedam.

XV. Iis, qui in ſupera parte ſunt, cacumina duo, exterius alterum, alterum interius, ſimilia inter ſe, ſed interius gracilius & brevius, media inter ea veluti vallicula.

Utrumque cuneatum, exterius foras gibbum, interius ex interiore parte, depreſſa, aut leniter ſinuata, qua parte alterum alterum ſpectat: quodque intereſt ſpatium, angulo ſinuato ſimile.

XVI. Ejusmodi quoque cacumina duo inferioribus ſunt, ſed conjuncta eminentia media, à cujus latere utroque ſcrobiculus.

Aliis ſecundi ad partem interiorem cacumina duo habent, accedente minore, atque adeo etiam angello inter ea ſinuato.

XVII. Caeteri quaſi quadrati, angulis rotundis: rotundior quintus.

Laterum unum exterius, alterum interius, lateralia duo. Eaque fere depreſſiora, leniter gibba: exterius per altitudinem magis (*n*).

Deſinunt in finem ampliorem depreſſioremque, ac per cacumina quoque, valliculasque inaequabilem.

Diviſionisque etiam in latere externo internoque indicia ſunt, ſinus ab intervallo cacuminum pertinentes radicem verſus (*o*).

XVIII. Tertiis cacumina quatuor, ad angulum laterum unumquemque unum (*p*). Intermediis locis anguli ſinuati totidem, in centro convenientes.

Aliis cacumina quinque: ad partem exteriorem tria, medio majore: ad interiorem duo.

XIX.

(*n*) *Oſſium t.* I. *ic.* I. II. III. φ, χ, ψ *ſuper. & infer.*
χ, ψ *ſuper. & infer.* (*p*) *Oſſium t.* I. *ic.* III. & II. φ,
(*o*) *Oſſium t.* I. *ic.* III. & II. φ, φ *ſuper. & infer.*

XIX. Quartis quoque cacumina quatuor, in quae laterum anguli deſinunt (*q*).

Totidemque inter ea anguli ſinuati, ſimiliter convenientes in centro.

Aliis pars interior deſinit in cacumen tantummodo unum.

XX. Quinti cacuminibus ſimiles cacuminibus tertiorum: aliis quartorum (*r*).

XXI. Jam radix omnibus una: verum aliis ſimplex, ramoſa aliis.

Differuntque praeterea inter ſe.

XXII. Secantibus ſimplex, ſatis magna, oblonga, recta, intra latera tenuior, lateribus depreſſa, fere à primo nonnihil lateſcens, mox ſenſim anguſtata, totaque extenuata deſinit in mucronem: lateribusque ſinuata per longitudinem mediam, ſed ſuperioribus leniter.

XXIII. Caninis ſimiliter ſimplex, ſimilisque, ſed major, in fine acutior.

Superioribus major, fereque longior, ac fere magis exacuta.

Utrisque in fine haud raro veluti tortuoſa, aut adunca: maxime ſuperioribus.

XXIV. Maxillarium inferiorum primis ab utraque parte duobus, ſecundisque ſuperiorum, fere à principio ad finem usque anguſtata, minus mucronata, per mediam laterum longitudinem leniter ſinuata, ſuperioribus magis.

At ſuperiorum primis in fine fiſſa, plerisque in ramos duos, aliis in tres. Aliis fiſſa quoque ſecundo.

XXV.

(*q*) *Oſſium t.* I. *ic.* III. χ *ſuper. & infer.*

(*r*) *Oſſium t.* I. *ic.* III. ↓ *ſuper. & infer.*

XXV. Caeteris cito finditur in ramos.

Inferioribus in duos, eosque inſignes, lateribus depreſſos, ſimilesque radicibus ſimplicibus primorum, altero priore, altero poſteriore.

Majores tertiis, ſatis aequaliter disjuncti, ſenſimque aliquanto magis.

Sequentibus minores, rectiores, minus disjuncti.

XXVI. Horum qui in ſupera parte ſunt, iis rami tres, accedente uno à parte interiore.

Duo qui ab exteriore, propinquiores inter ſe, ſimilesque duobus, qui ſunt in inferioribus.

Tertius introrſum abſcedit, fere teres. Longiusque is abſcedit in tertiis: in quartis, quintisque, fere minus longe; quintis praeterea minus disjuncti, breviores, exiliores.

Et quartis quoque, quintisque, maxime quintis, rami in aliis quatuor, accedente exiguo.

XXVII. Ludit autem natura radicibus: maxillarium maxime.

His major, illis minor: aliis longior, aliis brevior: aliis craſſior, & quaſi teres, aliis tenuior, & depreſſa: anguſtior aliis, aliis latior. Acuta aliis, aliis obtuſa, aliis extremo tumens. Plerisque recta, aliis incurva, plurimis modis: modice à ſummo in alterutrum latus flexa, bis flexa, contorta, adunca, in fine hamata.

Et haec quidem tum ſimplicibus, tum ramoſarum ramis.

Quibus rami duo, iis aut recti fereque aequaliter diſtantes inter ſe, aut in eandem ambo partem flexi, praeſertim in latus. Aliarum autem conveniunt inter ſe, aliarum modice disjuncti ſunt, aliarum alii in alios incurvati, ſaepe conveniunt extremis. Aliis quo magis procedunt, eo curvantur magis in diverſum. Aliis ramus alter rectus, alter incurvus: aliis incurvus uterque, id-

idque diverſimode. Tres habentibus ramos diverſitates eaedem. Sive duo fuerint, ſive tres, coëunt: aliis ex tribus coëunt duo. Coëunt aliis plane. Aliis veluti incile ſupereſt, aut nota: idque in geminis vel ad alterutram partem, ubi coïerunt, vel ad utramque; in tergeminis ſimili diverſitate. Aliis coëunt ex parte, abſoluti extremis. Aliis diſtincti quidem, ſed media parte tenui conjuncti. Aliis mucro ramoſus, fiſſusque in duos, tresve.

Atque horum omnium magnae ſunt diverſitates. Inveniuntur radices, quae plura habent eorum.

XXVIII. Praeſepiolis radices omni ex parte fere ad amuſſim conveniunt.

Principio autem extra ea eminent, parte brevi (*s*): ubi gingiva circumcirca adhaeret.

Atque ita infixae ſunt, complentibus, quae ambiunt, membranis; ac per gingivas firmatae, ut dentes immobiles ſint, haud aliter, ac ſi maxillarum partes eſſent continuae.

Nituntur que ac ſuſtinentur circumcirca, ad ſimilitudinem clavi, qui ligno infixus. Gomphoſem hanc appellarunt compoſitionem, atque ad ſynarthroſem retulerunt (*t*).

XXIX. Inque praeſepiolis ſic ponuntur, ut latitudine ſua ſpectent dentes proximos, eoque intra partem exteriorem & interiorem craſſiores ſint, intra latera tenuiores.

Firmiores igitur, ſi quid urgeat aut à parte interiore, aut ab exteriore. A quibus quoque partibus magis quam à lateribus urgentur, quum apprehendimus dentibus, mordemus, laceramus; perque alia.

A

(*s*) *Oſſium t.* I. *ic.* I. II. III.

(*t*) Galenus de oſſibus, in prooem.

A lateribus autem ne multum urgeantur, impediunt proximi, &, ſi quid urgeat, juvant.

Habeo tamen calvariam, in qua maxillaris in ſupera parte quarti rami radicis gemini contrario modo poſiti: quippe exterior alter, alter interior, latitudinemque ſuam dirigunt in exteriora & interiora. Quoniam autem duo ſunt, firmior eſt alter per alterum. Concretique praeterea juxta maxillarem tertium.

XXX. Secantium, quia minores, minus firmiter inhaerent: ſuperiorum, quia majores, firmius.

Firmius caninorum, utpote majores.

Qui caninis ex omni parte aſtant maxillares primi duo, eorum, quia minores, minus firmiter, quam caninorum.

Maxillarium reliquorum firmius, eo quod tanquam duae iis ſunt, treſve.

Inter eos firmiſſime maxillarium mediorum, quod majores iis ſunt. Inque ſupera parte etiam firmius, quod non modo veluti tres ſunt, ſed interior etiam introrſum longius recedit.

His minus firmiter maxillarium intimorum, quod, quamvis inferioribus veluti duae ſint, ſuperioribus tres, minores ſunt, neque ſic divaricatae ſuperioribus.

XXXI. Jam vero, ut praeſepiola, ſic continui, qui infixi dentes (*v*).

Conveniuntque curvamini maxillarum, extrinſecus cum radicibus ſuis fere craſſiores, inde in partem interiorem aliquantum tenuiores.

XXXII. Itaque conſtructi, ut extremis partibus utraque in maxilla componantur in oram unam, in qua continua acutorum &

(*v*) *Oſſium t.* I. *ic.* I. II. III.

& caninorum acies eſt, ab eaque utrimque cacuminibus ſcabra maxillarium amplitudo.

XXXIII. Extremisque partibus illis aciem efficiunt unam, contingentes ſe inter ſe (*w*).

Verum juxta radices ſuas intra latera anguſtiores, inde intra eadem lateſcunt, donec alii alios juxta acies contingant. Itaque ſpatiola reliquunt inter ſe, juxta maxillam latiora, indeque anguſtata in angulum acutum (*x*): quae fere implentur ab excurrente gingiva.

XXXIV. Vergunt autem ſecantes aliquantum extrorſum: rectiores canini: à quibus. maxillares vergunt introrſum, paulatim magis ac magis.

XXXV. Longiusque eminent ſecantes. In ſupera parte eminent medii longius caeteris: ab utroque latere, qui aſtant, breviores. In infera parte eminent fere aequaliter.

Aliquanto proximis ſecantibus longius eminent canini.

Ab his maxillares modice breviores, & breviores (*y*).

XXXVI. Eaque ratio eſt, ut, quum maxillas adducimus, aequaliter conveniant, occurrantque invicem dentes adverſi: & generaliter quidem ſecantes ſecantibus, canini caninis, maxillares maxillaribus (*z*).

XXXVII. Sed quum maxillae commode maximeque ſolito modo adducuntur, inferior dentium ſeries ſuperiorem ſubit, donec per eam quaſi recipiatur.

Nempe ſic, ut ſuperior ultra exteriorem inferioris partem demittatur: & maxime quidem demittantur ſecantes primi, minus ſecun-

(*w*) *Oſſium t.* I. *ic.* I. II. III.
(*x*) *Oſſium t.* I. *ic.* I. *&* II.
(*y*) *Oſſium t.* I. *ic.* I. II. III.
(*z*) *Oſſium t.* I. *ic.* I. II. III.

ſecundi, his aliquanto magis canini, & ab his paulatim minus & minus exteriores maxillarium partes, donec poſtremi directo conveniant (*a*).

Atque hoc quidem tunc maxime, quum maxillares inferiores ad ſuperiores recte adducimus.

XXXVIII. Eodemque poſitu conveniunt hoc modo.

Secantium ſuperiorum ſeries latior eſt, quam inferiorum (*b*): quippe ſinguli ſingulis latiores ſunt. Inferioresque medii in medio conveniunt cum mediis ſuperioribus (*c*).

Eorundem inferiorum laterales conveniunt cum ſuperiorum mediis & lateralibus (*d*).

Canini inferiores cum ſecantium ſuperiorum lateralibus, cumque caninis (*e*).

Maxillares inferiores primi cum caninis ſuperioribus & maxillaribus primis (*f*).

Maxillares inferiores ſecundi cum primis ſuperioribus, & ſecundis (*g*).

Maxillares inferiores tertii cum ſuperioribus ſecundis & tertiis: ſed cum tertiis parte multo majore (*h*).

Maxillares inferiores quarti nonnihil cum tertiis ſuperioribus, caeterum cum quartis.

Maxillares inferiores quinti parva quoque parte cum ſuperioribus quartis, caeterum cum quintis.

XXXIX.

(*a*) *Oſſium t.* I. *ic.* I. II. III.

(*b*) *Oſſium t.* I. *ic.* I. *&* II. ϖ, π, ϱ, ϱ *ſuper. & infer.*

(*c*) *Oſſium t.* I. *ic.* I. *&* II. π, π *infer. & ſuper.*

(*d*) *Oſſium t.* I. *ic.* I. *&* II. ϱ, ϱ *infer. cum* π, π, ϱ, ϱ *ſuper.*

(*e*) *Oſſium t.* I. *ic.* I. *&* II. σ, σ *infer. cum* ϱ σ, ϱ σ *ſuper.*

(*f*) *Oſſium t.* I. *ic.* I. *&* II. τ, τ *infer. cum* σ τ, σ τ *ſuper.*

(*g*) *Oſſium t.* I. *ic.* I. *&* II. υ, υ *infer. cum* τ υ, τ υ *ſuper.*

(*h*) *Oſſium t.* I. *ic.* I. *&* II. φ, φ *infer. cum* υ φ, υ φ *ſuper.*

XXXIX. Quique eorum exceſſus acuminatos habent, eos intervallo ſinuive reſpondentium inſerunt: ex eoque veluti pectinatim coëunt.

Canini inferiores intervallo ſecantium lateralium caninorumque ſuperiorum (*i*).

Maxillares inferiores primi intervallo caninorum ſuperiorum & maxillarium primorum (*k*).

Maxillares inferiores ſecundi intervallo ſuperiorum primorum & ſecundorum (*l*).

Maxillares inferiores tertii cacumina priora intervallo ſuperiorum ſecundorum & tertiorum: poſteriora ſinui, qui inter cacumina priora & poſteriora tertiorum eſt.

Maxillares inferiores quarti cacumina priora intervallo ſuperiorum tertiorum & quartorum: poſteriora ſinui, qui inter cacumina priora & poſteriora quartorum eſt.

Maxillares inferiores quinti cacumina priora intervallo ſuperiorum quartorum & quintorum: poſteriora poſt quintos erigunt.

Viciſſimque canini ſuperiores ſuum inſerunt intervallo caninorum & maxillarium inferiorum primorum (*m*).

Maxillares ſuperiores primi ſuos intervallo inferiorum primorum & ſecundorum (*n*).

Maxillares ſuperiores ſecundi intervallo inferiorum ſecundorum & tertiorum (*o*).

Max-

(*i*) *Oſſium t.* I. *ic.* I. *&* II. σ, σ *infer. inter* ϱ *&* σ, ϱ *&* σ *ſuper.*

(*k*) *Oſſium t.* I. *ic.* I. *&* II. τ, τ *infer. inter* σ *&* τ, σ *&* τ *ſuper.*

(*l*) *Oſſium t.* I. *ic.* I. *&* II. υ, υ *infer. inter* τ *&* υ, τ *&* υ *ſuper.*

(*m*) *Oſſium t.* I. *ic.* I. *&* II. σ, σ *ſuper. inter* σ τ, σ τ *infer.*

(*n*) *Oſſium t.* I. *ic.* I. *&* II. τ, τ *ſuper. inter* τ υ, τ υ *infer.*

(*o*) *Oſſium t.* I. *ic.* I. *&* II. υ, υ *ſuper. inter* υ φ, υ φ *infer.*

Maxillares ſuperiores tertii cacumina priora ſinui inter priora & poſteriora tertiorum inferiorum: poſteriora intervallo tertiorum inferiorum & quartorum.

Maxillares ſuperiores quarti cacumina priora ſinui inter priora & poſteriora quartorum inferiorum: poſteriora intervallo inferiorum quartorum & quintorum.

Maxillares ſuperiores quinti ſua ſinui inter priora & poſteriora quintorum inferiorum.

Quo fit, ut impedimento cacumina alia aliis hoc poſitu non ſint.

Quamvis tamen maxillares poſteriores tres detritis cacuminibus fere directo conveniant aliis (*p*).

XL. Ad hunc igitur modum inſtructis adverſis maxillarum oris, mobilitate inferioris, atque utriusque robore fit, ut aptae ſint ad mordendum, retinendum, lacerandum, frangendum, mandendum.

Ad quos nimirum uſus dentium & magnitudo apta eſt, & figura, & ſtabilitas, poſitusque.

XLI. Sigillatim autem apprehendimus ſecantibus, ſecamusque in morſu.

Itaque in priori parte maxillarum ſunt, proxime contra medium oris hiatum: ſufficiuntque magnitudine & firmitate, apti forma.

Superioribus etiam caedimus, majoribus iis, maxime mediis, maximis inter eos; firmiusque infixis.

XLII. Caninis valide retinemus, ac diſcerpimus.

Ad-

(*p*) *Oſſium t.* I. *ic.* III. φ, χ, ψ *infer. cum ſuperioribus.*

Adjutores aſtant ſecantibus, juxta angulos oris, majores, rotundi, acuminati, altius defixi, firmiusque.

XLIII. Maxillaribus confringimus, conficimus, conterimus, extenuamus, molimus.

Itaque tota latera maxillarum ultra caninos tenent interiore oris in parte, inque cacumina plura deſinunt.

Aptioresque poſtremi tres, craſſiores, cacuminibus pluribus, firmiusque infixi, atque in intima oris parte.

Mediisque utimur inprimis commode, iisque majoribus, firmiusque infixis, ac circa medias buccas poſitis.

Poſtremisque his tribus in ſupera parte radicis ramus tertius adjunctus, utpote quod duo, quibus iis, qui in infera parte ſunt, reſpondent, ob oſſium maxillarium raritatem, ut videtur, minus firmiter infixi ſunt.

XLIV. Praeterea, qui prima in parte ſunt, ii moderantur pronuntiationem quarundam litterarum.

Omnesque linguam continent, orisque decus ſunt, atque ornamentum.

F I N I S.

ADDENDA.

Relegens animadverti quae typis deſcribendo praetermiſſa ſunt, addique velim.

Pag. 146. *lin.* 11. *poſt* priora *adde* oblique introrſum

Pag. 167. *lin.* 8. *poſt* unguis *adde* corpus maxillaris

Pag. 173. *lin.* 4. *poſt* oculorum, *adde* palatum,

Pag. 180. *lin.* 15. *poſt* incurvatur *adde* intra carvernam maxillarem eminens

Column. 2. *l.* 2. poſt ζ adde *ubi ſectus: & ic.* 111. & 11. *κ*, *ubi integer*

Pag. 247. *l.* 21. *poſt* lateribus *adde* ante

Pag. 250. *l.* 16. *poſt* inaequabiles *adde* duae

Pag. 394. *l.* 1. *poſt* poſteriore *adde* eademque interiore

Pag. 448. *l.* 1. *poſt* brevis. *adde* Atque utrique ligamentum, per quod ſeſamoïdeum alligatur.

EMENDANDA.

Pag. 134. *l.* 15. 16. *pro* poſterius *pone* inferius

Pag. 161. *l.* 5. *pro* interiorem *pone* inferiorem

Pag. 287. *l.* 14. *pro* entenſori *pone* extenſori

Pag. 308. *l.* 21. *pro* introrſumque *pone* extrorſumque

Pag. 399. *l.* 21. *pro* gracilor *pone* gracilior

IN-

INDEX CAPITUM.

Praefatio. Pag. 3.

Caput I. *Generatim de oſſibus.* 9.
II. *De compoſitione oſſium.* 10.
III. *De ſceleto generatim.* 14.
IV. *De partibus ſceleti.* 16.
V. *De ſpina.* 17.
VI. *De oſſe ſacro.* 19.
VII. *De coccyge.* 38.
VIII. *De columna ſpinae.* 41.
IX. *De corporibus vertebrarum.* 42.
X. *De arcubus vertebrarum.* 51.
XI. *De proceſſibus obliquis vertebrarum.* 60.
XII. *De ſpinis vertebrarum.* 66.
XIII. *De proceſſibus transverſis vertebrarum.* 74.
XIV. *De foraminibus vertebrarum.* 83.
XV. *De ratione ſpinae.* 87.
XVI. *De thorace.* 89.
XVII. *De ſterno.* 90.
XVIII. *De coſtis.* 95.
XIX. *De ratione thoracis.* 112.
XX. *De capite.* 115.
XXI. *De calvaria.* 115.
XXII. *De oſſibus verticis.* 117.
XXIII. *De oſſe frontis.* 121.
XXIV. *De oſſe occipitis.* 130.
XXV. *De oſſibus temporum.* 137.
XXVI. *De oſſe multiformi.* 147.
XXVII. *De oſſe cribriformi.* 162.
XXVIII. *De oſſibus maxillaribus.* 173.
XXIX. *De oſſibus jugalibus.* 186.
XXX. *De oſſibus naſi.* 189.
XXXI. *De oſſibus palati.* 191.
XXXII. *De oſſibus unguis.* 199.
XXXIII. *De oſſibus ſpongioſis inferioribus.* 202.
XXXIV. *De vomere.* 204.
XXXV. *De conceptaculo encephali.* 207.

Cap. XXXVI. *De foraminibus oculorum.* Pag. 211.
XXXVII. *De naribus.* 213.
XXXVIII. *De maxilla ſuperiore.* 219.
XXXIX. *De palato.* 219.
XL. *De auribus.* 219.
XLI. *De calvariae circuitu exteriore.* 220.
XLII. *De ratione craſſitudinis calvariae.* 224.
XLIII. *De commiſſuris calvariae.* 226.
XLIV. *De oſſiculis ſuturarum.* 229.
XLV. *De foraminibus conceptaculi encephali.* 231.
XLVI. *De foraminibus foraminum oculorum.* 236.
XLVII. *De foraminibus in naribus.* 239.
XLVIII. *De foraminibus in palato.* 240.
XLIX. *De foraminibus in aure.* 241.
L. *Index foraminum in calvariae circuitu exteriore.* 242.
LI. *De maxilla, quae appellatur inferior.* 246.
LII. *De capitis poſitu, & mobilitate.* 252.
LIII. *De coxis.* 252.
LIV. *De fundamento ſpinae & corporis.* 270.
LV. *De pelvi.* 271.
LVI. *De pedibus.* 273.
LVII. *De femore.* 273.
LVIII. *De crure.* 281.
LIX. *De tibia.* 281.
LX. *De patella.* 291.
LXI. *De fibula.* 294.
LXII. *De compoſitione cruris & femoris.* 299.
LXIII. *De pede extremo.* 300.
LXIV. *De tarſo.* 300.
LXV. *De calcaneo.* 301.
LXVI. *De talo.* 305.
LXVII. *De naviculari tarſi.* 310.
LXVIII. *De cuneiformi majore.* 313.
LXIX. *De cuneiformi minore.* 315.
LXX. *De cuneiformi medio.* 317.
LXXI. *De cubiformi.* 320.
LXXII. *De metatarſo.* 323.
LXXIII. *De oſſe metatarſi pollicis.* 324.
LXXIV. *De metatarſi gracilioribus quatuor.* 327.

Cap.

Cap. LXXV. *De metatarſi ſecundo.* Pag. 329.
LXXVI. *De metatarſi tertio.* 331.
LXXVII. *De metatarſi quarto.* 333.
LXXVIII. *De metatarſi quinto.* 335.
LXXIX. *De digitis pedis.* 337.
LXXX. *De oſſe primo pollicis pedis.* 337.
LXXXI. *De ſeſamoïdeis oſſis primi pollicis pedis.* 339.
LXXXII. *De oſſe ultimo pollicis pedis.* 341.
LXXXIII. *De ſeſamoïdeo pollicis pedis oſſis ultimi.* 343.
LXXXIV. *De oſſibus primis digitorum pedis minorum.* 344.
LXXXV. *De oſſibus ſecundis digitorum pedis minorum.* 346.
LXXXVI. *De oſſibus tertiis digitorum minorum pedis.* 348.
LXXXVII. *De compoſitione oſſium pedis extremi.* 350.
LXXXVIII. *De forma poſituque pedis extremi.* 354.
LXXXIX. *De mobilitate partium pedis extremi.* 358.
XC. *De ratione pedum.* 359.
XCI. *De brachiis.* 366.
XCII. *De ſcapula.* 367.
XCIII. *De clavicula.* 375.
XCIV. *De oſſe humeri.* 378.
XCV. *De cubito.* 386.
XCVI. *De ulna.* 386.
XCVII. *De radio.* 393.
XCVIII. *De manu.* 400.
XCIX. *De carpo.* 401.
C. *De oſſe naviculari carpi.* 402.
CI. *De oſſe lunato carpi.* 405.
CII. *De oſſe triquetro carpi.* 407.
CIII. *De oſſe ſubrotundo carpi.* 410.
CIV. *De oſſe multangulo carpi majore.* 411.
CV. *De oſſe multangulo minore carpi.* 414.
CVI. *De oſſe capitato carpi.* 418.
CVII. *De oſſe cuneiformi carpi.* 422.
CVIII. *De metacarpo.* 426.
CIX. *De metacarpo manus.* 427.
CX. *De metacarpo indicis.* 429.
CXI. *De metacarpo digiti medii.* 432.
CXII. *De metacarpo digiti annularis.* 435.
CXIII. *De metacarpo digiti auricularis.* 438.

Cap. CXIV. *De metacarpo pollicis.* Pag. 440.
CXV. *De digitis manus.* 442.
CXVI. *De oſſibus primis digitorum manus.* 445.
CXVII. *De oſſibus mediis digitorum manus.* 448.
CXVIII. *De oſſibus poſtremis digitorum manus.* 450.
CXIX. *De oſſibus ſeſamoïdeis pollicis manus.* 452.
CXX. *De ſeſamoïdeis manus reliquis.* 453.
CXXI. *De compoſitione oſſium manus.* 454.
CXXII. *De manus ejusque partium forma & poſitu.* 459.
CXXIII. *De mobilitate manus ejusque partium.* 461.
CXXIV. *De ratione manuum, & brachiorum.* 463.
CXXV. *De oſſe hyoïde.* 469.
CXXVI. *De ſceleto foeminino.* 473.
CXXVII. *De dentibus.* 476.

FINIS

Apud JOH. & HERM. VERBEEK proſtant:

B. S. ALBINI Hiſtoria muſculorum hominis. Leid. 1734. 4°.

Icones oſſium foetus humani. Accedit oſteogeniae brevis hiſtoria. Leid. 1737. 4°.

Tabulae ſceleti & muſculorum corporis humani. Lugd. bat. 1747. folio maximo.

Tabulae VII. uteri mulieris gravidae, cum jam parturiret mortuae: Lugd. bat. 1748. & appendicis tab. I. 1751. folio maximo.

Tabulae oſſium humanorum. Leid. 1753. folio maximo.

Tabula vaſis chyliferi cum vena azyga, arteriis intercoſtalibus, aliisque vicinis partibus. Lugd. bat. 1757. folio maximo.

Explicatio tabularum anatomicarum B. Euſtachii. Auctor recognovit, caſtigavit, auxit, denuo edidit. Leidae 1761. in folio.

Academicarum annotationum lib. I. II. III. IV. V. Leidae 1754. 1755. 1756. 1758. 1761. 4°.

TYPIS

DAMMEANIS.